
BIBLIOTECA
UNIVERSIDAD
DE
SEVILLA

Guillermo de Estouteuilla Epo Ostieñ. Car. Rotho. Camerario D.N. Pape Dignissimo dño suo precipuo. Oliuerius Seruius Tholétias. S.P.D. Cũ magnoꝝ uiroꝝ iudicio ꝑcellétissime dñe de singlari igenio doctriaq; Reuereñ. pris Ambrosii Choriolani Theologi Clarissimi ac uniuersi ordinis fratrũ Eremitarũ Sci Augustini ꝑoris Generalis magna undiq; ꝑdicatio esset: diligenti cura perqsitur: ut ex multis eius monimétis aliquod impmendũ daré: allatũ est uolumen ubi uita doctorũ ꝑncipis Aurelii Augustini describit' simul & obseruatio uite aplice: in tribus editionibus ab ipo Augustino posteris relicta: quaꝝ duas post annũ a sacri & phennis fontis lauacro: in móre Pisano nondũ clericus. Tertiã uero in Africa apud yponẽ Ciuitatem factus ꝑsul cõposuit: qbus idem pr Ambrosius tres orones in laudẽ ipius doctoris. corã diuersis Pont. hitas adiecit. Opus sane eruditum & castigatũ sepius plegi: unde cũ uberrimi fructus pcipiant': opeptiũ esse duxi: palam & ubiq; cõmunicandũ fore. Magna enim utilitas supprimi nõ debet. At uero siqua lectio religiosis ac deuotis uiris ꝓdesse poterit: ea ꝑfecto erit: tũ dicẽdi quodã leni: familiari & iuxta subiectã materiam eloquẽti stilo: tũ rerũ necessariaꝝ notitia: & utriusq; ꝑserti: philosophie ac diuinaꝝ lraꝝ optimis documẽtis. Igit' Reuerẽdissime pr impssoribus dedi: & usq; ad metã deducto uagare p ora hoim pmisi: ut quod piter antea oblectamẽto fuisset: iã multis suope placeret: nõ enim quẽpiã fugit apud Celsitudinẽ tuã iã dudũ huius alũni & creature tue claruisse doctrinã: cui nõ ipe tm: sed totus sacer augustianus ordo uelut alteri penti p cuncta secula debet. Et quidẽ apud oẽs ꝙ q scripsit toto animo tibi deuictus est. Et una cum cæteris eius fribus: nutu pendet tuo. Iccirco cum tanto munere. D. tua digniorem intelligã neminem. obsecro & obtestor ut inter innumera alia bñficia: quibus quottidie sub ea uiuentes impartis: opus hoc uirtuti & dignitati tuæ dedicatum: gratum suscipias: ut non modo corporeorum ædificiorũ instaurator: fundator ac protector: sed etiam ipius animorum perpetuus atq; acerrimus existas defensor. Vale.

VITA PRECELLENTISSIMI ECCLESIE DOCTORIS DIVI AVRELII AVGVSTINI IPONENSIS ANTISTITIS EDITA A SACRE THEOLOGIE PROEESSORE MAGISTRO AMBROSIO CHORIOLANO CIVE ROMANO ET TOTIVS SACRI ORDINIS FRATRVM HEREMITARVM EIVSDEM SANCTI GENERALI ET PREFATIO IN COMMENTARIOS SVPER REGVLA IPSIVS AB EODEM GENERALI COMPOSITOS FELICITER INCIPIT ET PRIMO PONITVR EXORDIVM SVPER VITA



Epe numero cũ i maioribus perorãdi generibus tempus meum haud inane ducerem: de summi ac precellentissimi doctoris Aurelii Augustini laudibus haud ignorare me comperio in conspectu maximoꝝ pontificum: tum & indignissimo Cardineo cetu: tum deniq; in plurimaꝝ precellentium ciuitatum senatu habuisse orationem: & ex eius inexplicandarũ uirtutũ cumulo quoad potui preconia recensuisse tamen uite seriem explicasse nunq̃ memini. Quod medius fidius in omniũ commendatione sanctoꝝ maximũ precipuumq; arbitror excogitandum atq; referandum merito fore. Non enim miracula: non scientia: sed uite rectitudo. Testis est idonee sanctitatis Nã q; multi uitam uoluptuosam adamarunt qui tamẽ preclaro ingenio excellentiq; doctrina gloriosissime claruere. Multi nephandissima labe polluti arcani etiam summi dei uates extiterunt. Multi cuiusq; optime uite exterminatores se hominũ conspectui: uel prestigiis: uel etiam quibusdam miraculis mirificos reddiderunt: quod nilmirũ uideri debet: cum in recipientium fide crebro miracula fieri soleant. Nonne etiam iudeoꝝ gentilium. Christianoꝝ & cuiuscunq; secte uiros etiam graues signis ac prodigiis imanissima illa bestia Antichristus subuertet? Qui tamen ad blassemandũ deum uiuentẽ: ad euertendum euacuandumq; omnẽ diuinũ cultũ: si fieri poterit subleuabitur de antechristo.

Ob eam rem sagax solers diligensq; ecclesia non tam miraculorum: q̄ religiose uite in examinandis sanctorumq; cathalago in scribēdis hominibus ē indagatrix. Quo circa ut Augustini p̄stantia: celsitudo: sanctitasq; oibus elucescat: in his cōmentariis: quos sup eius excellentissimo canone edidimus omnem uite sue cursum paucis quo adfieri potest exordiendo describam. In quo quidē q̄ admirabilis sit deus in sanctis suis: q̄mq; sublimis pietatis oculo. Nos sua intueat᷑ maiestas longe: late: aperteq; intelligere poterimus: q ex nihilo aliquid: ex malis bonos: ex tetris lucidos animos creat. Verū cū nō nisi ex uetustissimorum: grauiūq; uirorum auctoritate: necnon ex eius egregio confessionū uolumie: aliisq; plerisq; libris huius perhēnis diueq; memorie ueritatē hauserim: ac etiā ut breuior fiam: allegandi contestandiq; sicquē tiā ut aliis meis ī orationibus facere consueui: hoc tempore omittam

Incipit uita beati Augustini doctoris eximii.

Vita beati Augustini:

Vgustinus itaq; ut dicere incipiam: genere qdem Afer: ciuis Tagastēsis: genitore Patritio: matre Monica: nō tam sanguine q̄m moribus p̄clarissimis A mundi creatione quīq; milia. d. l. ab urbe condita iuxta Eusebii supputationem. M. c. iii. ut uero aliis placet. M. c. lxxv. ab humana xp̄i natiuitate Anno ccc. lxxvii. Imperii uero Cōstātii quondā magni Cōstātini filii: āno vn deuigesīo Siritii qdē romani p̄sulis pōtificatus: āno. xi. uel Liberii anno. v. ut libet aliis: idibus decēbris natus ē mūdo. Nec i baptismo tum susceptus: uel adhuc gentili p̄re (ut qbusdā placet) renitēte: uel qa in ea primeua ecclia si aliis assentire magis libet pro sacrosancto suscipiēdo baptismate discretiōis prestolabant᷑ anni. Verum cū filii sui mater ip̄a christianissima salutē magnopere affectaret: sic bonis beatisq; moribus adhuc eū lactentē imbuebat: ut nunq̄ ei ubera suggenda p̄beret: qn & inuictissime crucis signaculi eū munimine roboraret: saluberrimūq; nomē p̄ficeret redemptoris: pinde tertio suarū cōfessionū libro memorat: q̄ cū defuncto iam patre: anno etatis sue vndeuigesimo eius ad manus Marci Tulii. C. liber Ortensius nomine ad

philosophiam continens exhortationé deuenisset: ipmq; perlegeret: mens affectusq; suus ad immortalem ꝑpotentéq; deū immutaretur: longe uehementerq; i illius libri lectione inflāmari se fatebat᷑. Solū tāmē ut inquit se i ea fragrantia cōtorsit: quod nomen xp̄i iesu mūdi saluatoris nō erat ibi. Quod adhuc lacte matris tenerū cor eius pie biberat alteq; tenebat. Et quicqd illo sine ꝑcellentissimo maximeq; efficientie noīe fuisset: q̄muis (ut eius uerbis utar) litteratū: expollitū: ueridicūq; esset: ipm tn̄ totū minime rapiebat. Ea uero prime infātie etate cōsumpta litteris primo eius in ciuitate Subinde Madauris traditur capessendis. Et q̄mq̄ parentū imperio grecas ꝓsequeret᷑: multo tamen ei erant nostre gratiores: quas tanta didicit celeritate: ut pene adolescentie primos agens annos in omni grāmatices celsitudine maximus euaserit. In hac item etate sic dicendi artem adeptus est: ut eius eleganti accurataq; oratione: & incredibili quodam ac pene diuino docendi modo Cartaginenses: cū duos de uiginti nondū ageret annos: ad liberos edocendos oratoriam artem magno eum premio cōduxere: ubi annis fere decē ex omnibus preceptoribus singularem fuit gloriā cōsecutus. In hac rursus eius adolescentia tanto ualuit īgenio: ut Aristotelis Platonis Zenophontis Pithagore Demosthenis: ceterorūq; philosophoꝝ singularium artium quas liberales uocant: ut quarto suaꝝ cōfessionū libro ipse meminit codices per se ipm legit & intellexit quoscūq; legere potuit. Et quoniā nō deo a quo omne datū optimū & omne donū perfectū est: sed proprie mentis tribuebat perspicacitati. Cū conuersus & iam prestantissimus esset in fide: suam ambitioné eodé in libro agnouit: cū diceret se tūc malarū cupiditatū seruum fuisse. Et rursus cum paulopost ait. Quicqd de arte loquendi & differendi. Quicqd de geometria: quicqd de figuraꝝ dimensionibus de lineis: de musicis: de numeris: sine magna difficultate nullo hoīm tradente intellexi: & mox adiecit. Sed scis dn̄e deus meus qa celeritas intelligendi & disputandi acumen donū tuū ē: sed nō inde sacrificabā tibi. Et quoniā nō ipi oīm munerū datori deo mentis sue aciem dedicarat: inani tumēs philosophia eo tempore quo precellentissimus carthagine uenerabat᷑: in manicheoꝝ lapsus est errores. Veri ac summi dei uates & noue legis scribas ꝑclarissimos irridēs qui eius sublimem

infinitamq; maiestatem mortalem hominũ carnẽ sumpsisse scriptita uerant. Verebat͛ enĩ ob nimiã humane carnis labem: ex ea unione il lius summã celsitudinẽ inquinari. Perinde non uerã: sed fantasticam Christi carnẽ acerrima dialectica cõtendebat. Et qm̃ eius errores tolle re nemo poterat: baptismi gratiã differebat. Eas ob causas pientissi ma genitrix dolore maximo distenta: cum multo amplius flebat: q̃m flere matres corpora funerea soleãt. In deprecãda exorãdaq; dei maie state: ut eum de tam profunda eriperet caligine: diem noctemq; pene ducebat in somnem. Fundebat gemitus matris deplorantis mortem filii unigeniti. Crebra munera sacro offerebat altari. Iuges pro eo ele mosinas dabat. Quicquid ei facltatis erat pauperibus erogabat: ut fi lii salutis compos efficeret͛. Adibat uiros quoscunq; optimos: quosq; optima pollere fama nouerat: ut pro eo humiles darent altissimo pre ces. Nanq; tam iocundi tanq̃ grati filii aĩe ĩminere mortem perspicie bat. Et ex ingenti uehementiq; quã in deo de deoq; fide gerebat ex audiuit eam altissimus. Eius mirũĩmodũ defluentes lacrimas q̃ sub oculis terrã in omni sue orationis loco irrigabãt immensam: eternam q; clementiã despicere nõ decebat. Exaudiuit itaq; eã & multis multi plicibusq; modis de solito excelsoq; sue pietatis solio intuitus & sola tus fuit eã pientissimus deus. Imprimis quippe cũ eã ob causam: una ex innumeris uicibus esset merore confecta rapitur somno: rapta li gnea se q̃dã ĩ regula stãtẽ: ad seq; ueniẽtẽ iuuenẽ micãtẽ splendore: an gelum. s. dñi hilarem arridentemq; sibi. Mestitie lacrimarumq; suarum causam exposcentẽ aspexit. Eiq; respondenti: filii sui se perditionem deplorare angelũ dixisse. Esto: uiuitoq; secura. Vbi enĩ tu: ibi & ille. Et mox eadẽ in regula penes se stantẽ itidem filiũ Augustinũ prospe xit. Quid enĩ ꝑfecto hoc ei uisum indicauit: nisi q̃ future conuersio nis illius: preclarũ esset uaticiniũ͛ Eademq; recta in regula: hoc est ue ra sincera: indubitataq; christi fide: in qua ipsa sine macula & dubita tione degebat: ille felicius uicturus esset. Rursus ut multa preteream expeditiorq; properẽ ad ea que me magis urgẽt dicẽda. Postridie quẽ dam uenerabilem antistitẽ in ecclesia religiose nutritũ: diuinisq; in lit teris diutius exercitatũ inexplicabilibus precibus tota irrigata lacri mis exorauit: ut cũ Augustino loqui: eiusq; errores refellere dignaret͛

qui cum eum adhuc indocilem eius erroris nouitate diceret:moneret
q; pro eo deū exorandum:tuncq; quis esset ille error:q̄taq; ipius esset
impietas legendo differendoq; certior fieret.Cuius responsū cū haud
eius desiderii merces sufficiens uideret᷑:ꝑcibus:fletibusq; uberioribus
institisset:ut eum & uideret & alloqueret᷑ uberius.Ille uero tedio cō
stratus.A me inquit discede.Ita uiuens persuadeas tibi:fieri nō posse
q; tantaꝝ filius pereat lacrimaꝝ.Quod uerbū tam gratū:tamq; iocū
dissimū matri acceptum fuit:nō secus ac si e celo insonuisset.Opiam
neneradamq; parentem:que tanto studio gnati adamabat salutem:
ut neq; uigiliis:neq; ieiuniis:neq; disciplinis:neq; lacrimis:neq; itine
rum discriminibus:neq; aliis quibusuis unq̄ parceret laboribus:do
nec eū ad salutis portum uiderit peruenisse.Perinde cum latente dei
nutu :relicta Cartagine Romā ꝓficisci:in eamq; rhectoricam docere
prorsus animo sanciret.Eius nō tam corporis q̄m spiritus mater nau
fragiū timens:qd inde ex hac ꝓfectione deus facturus esset nescia:eā
equo animo ferre nequibat.Ea de re luctu mestitiaq; cōfecta eum ad
maris usq; littora ardenti desiderio fuit ꝓsequuta:ut uel eū ab exco
gitato reuocaret itinere:uel cū eo saltē in italiam cōmigraret.Blandis
tamen uerbis Augustinus astruebat se eam nolle deserere.At ille sub
dole:se abscondēdo peramantissimā genitricē uafra simulatione fefel
lit.Nam cū in sacello:quod Diui Cipriani memoria uocabat᷑ iuxta
littus uberiori lacrimaꝝ fonte humilibus precibus eius itineris impe
dimenta parturiens nocte consisteret pia mater:clam nauim Augu
stinus ascendit:& uelis ꝓspero uento impletis mox a littoris substra
ctus aspectibus italiam uersus cōtendit.Mane aūt illa uehentissimo
soluebat᷑ dolore.Querelisq; & gemitibus prepotentis dei aures talia
contemnentes implebat.O monica admirande pietatis genitrix:sola
re:tuisq; lacrimis moderamen tribue.Et enim ex alto eius consilio ꝓ
ficiscit᷑:ut que iam petis deus minime tribuat:ut tui scilicet desiderii
cardinem maiori cū gr̄a curet & cōpleat:ducatq; dilectissimū filiū tu
um ad eū locū:ubi a diebus eternitatis eius celsitudo sapientie statue
rat:ut quā tantū aues infallibilis ueritatis uiam inueniat assequat᷑ &
cōplectat᷑.Venit itaq; deo comite sospes ad urbem:ubi illico magna
scholasticorum parta frequentia in explicandis eloquentie preceptis

sedulo erat intentus. Venerabaturq; ab oibus tanq̃m specimen & exẽplar quoddam maximũ litterarũ. Cũq; uero eius florerent gymnasia Mediolanenses ad urbis prefectũ misere: quatenus ei dicẽdi arte peritus: euentione publica impartita: p̃ceptor destinaret᷑ Symachus itaq; urbis prefectus cũ non modo in ea exercitatione ꝓbatissimũ: sed omni scientia: sapientiaq; prestantẽ Augustinũ dignosceret: pro amplissimo quodã munere ipm mediolanensibus destinauit. Qui eum profecto tanti fecere: q̃nti eius ingenii exposcebat celsitudo. Is quoq; immensus ei tributus est honos: quẽ eius peritia ingeniiq; sublimitas merebat᷑: sicq; oibus charus erat. Vt tanq̃m rarꝝ p̃clarũq; munus haberet᷑ Mox animo perlustrauit: qui erant ibi uiri prestantes ingenio: ex quibus Diuũ antistitem Ambrosiũ pium dei cultorẽ: eiusq; arcanoꝝ preconẽ uigilãtissimũ adiuit: a quo paterno fuit susceptus & complexus affectu: quẽ Augustinus: q̃m doctor erat ueritatis: quẽ in dei ecclesia inuenire prorsus desperarat: maximo ꝓsequebatur amore. Ob eam q; rem disputantẽ: declamantemq; eum: q̃mq̃m non ea qua decuisset mentis rectitudine: sed uelut eius fame explorator ꝑ quã studiose audiebat. Nihilominus eius mentẽ sanctissimi uiri Ambrosii declamationes sic exuscitarunt: ut clare intelligeret: eũ uerũ esse doctorẽ salutis: a quo nimirũ ueteris: ac noui testamenti locis illis mirũimmodũ explicatis: in quibus tãdiu existimarat a nullo posse declarari: omnẽ desperationẽ abiiciens sese obiurgari: detestariq; cepit. Sed cũ nondũ omnes eius ex animo ambiguitates excidissent: etiã ut tũc adolescenti ecclesie morem gereret: statuit: ut tãdiu cathetuminus esset: q̃mdiu singulis fugatis erroribus: quã percontabat᷑ ueritas eluceret. Interea ex Africa uenit eius constantissima genitrix: terra mariq; ipm sequẽs sic ue de dei pietate in omni periculo secura: ut per marina discrimina cũ salute peruentionẽ ad portum polliceret᷑ inexplicabile nautis solamen: que cũ neq; iam Augustinũ manicheũ: neq; catholicũ reperiret christianũ mira ineffabiliq; letitia exiliuit: quasi iã tuta de celeri ueritatis amplexu. Hic diuia fiducia pectore pleno sic eũ affat᷑. Credo fili mi in xp̃o: ut anteq̃ e uita demigrem: Te fidelẽ ueracemq; sim christianum uisura. O inexplicande pietatis matrẽ: ut fons clementie & misericordiaꝝ pater deus: quã pie ceperat gratiã perficeret: cõfirmaret

augeretq; celerius:& uberiores & crebtiores preces :lacrimasq; effun
dere cepit:necnõ frequentius adire templa:& diui Ambrosii declama
tionibus deuotius actentiusq; autes prestare. Venerabat̃ nanq; illum
tanq̃m summi dei angelũ:qm̃ eius doctrina non dubitaret gnatum
eius Augustinũ ad illam ancipitẽ fluctuationem fuisse deductũ: per
quã e summa tenebrarum abysso ad uerũ:indeficientẽq; luminis fon
tem illico transiturũ speraret. Crebtis itaq; diui antistitis Ambrosii
exhortationibus cumulatisq; matris precibus influctuãte illo equore
magis magisq; agitabat̃ & adinquirendã ueritatem ꝓpensior:feruẽ
tiorq; fiebat. Valebat aũt tm̃ ea differendi exercitatione:ut mente cor
poreq; lustraret quoscunq; ualuisse ingenio intellexerat:quos eum tã
accerrime cõuinceret:suasit ac iussit uir sanctus Ambrosius eũ non di
sputationibus:sed piis ac sanctis p̃cibus adeundũ fuisse. Et ne confli
ctu fideles inuaderet in publicis quotidianisq; obsecrationibus pie sã
cteq; demandauit decantari:ut deus ab Augustini logica eos tueret̃
Tunc amici sui charissimi Alippius & Nebridius:qui opibus:opti
misq; paternis relictis laribus Carthagine eũ uisendi gratia uenerãt
necnõ ut in fragrantissimo ueritatis sapientieq; studio cũ eo degerent
secum pariter fluctuantes:pariterq; suspirantes:pariter indagabãt be
atam uitã. Erant enim uiri excellentes ingenio & difficillimaꝝ questi
onum scrutatores acerrimi:quos sepenumero q̃dulciter alloquebat̃
Experiebat̃ enim cor eius:& a quo nesciebat compungi. Promebat q
dem & crebro exclamabat. Heus mihi charissimi Heus cordi meo dul
cissimi. Relaxemus a curis reꝝ terrenaꝝ animum. Omittamus uana:
inania & noxia impedimenta salutis. Relinquamus caducũ & lutulẽ
tum hunc mundũ. Conferamus nos & ꝓperemus ad optimã atq; in
fallibilẽ ueritatem. Vita enim hec misera est:feda est :caduca & fluxi
bilis est:& omnis eius iactãtia ꝓfecto inanis:Mors incerta:pericula
undiq; iminent. Et nisi festinemus & inueniamus quod querẽdũ est
miseri erimus absq; fine. O bone iesu. o bone & super bone & semper
bone deus. Exaudiebas iam lacrimas pientissime matris Monice. Ex
audiebas preces pissimi patris Ambtosii. Nihil iã illi dulce erat:nisi
tua esset dulcedine conditum. Omnis mundi dulcedo tantum ei erat
odio:ut omnis eius sapor esset amaritudini. Iam nõ modo fractum

& uulneratum: sed contritum se cor habere persentiebat: perinde ex
cogitabat omne salutis mysterium: in celumq; tollens lacrimis irriga
tos oculos: cancellatisq; palmis genu complectens summi dei implo
rabat maiestatem: ut suum referaret archanum: uiamq; acquirende fe
licitatis patefaceret. Optimus autem & clementissimus deus: eius pro
sequende ueritatis affectum eterne pietatis intuitu aspiciens: quod re
ctũ: quod uerũ: quod equũ: quodq; omni mente imitãdũ: ꝓsequendũ
q; foret pandens: intelligentie infirmitatem reuerberauit: irradiauitq;
eum luce uehementissima: qua quidem amore: timoreq; pariter cõtre
muit: seq; adeo longe indissimilitudinis regione distare: & eius beati
fici muneris expertem esse cognouit: quibus monitis: & ad seipsum
rediens: in intimaq; cordis intrans: insolitam: admirabilem: & dictu
prorsus impossibilem: excedentemq; omnẽ: corporeis aspectibus con
spicuam: & sui magnitudine totum occupantem uniuersum lucẽ: sue
mentis oculo prospexit: & tanq̃m e summo celo tonantem uocem: eã
q; ipsum alloquentem hoc pacto audiuit. Cibus sum grandium Au
gustine. Cresce & manducabis me: nec tu me mutabis in te sicut cibũ
carnis tue: sed tu mutaberis in me. Quque cum perciperet uehementi cor
dis clamauit affectu. O lux inaccessibilis. O lux ineffabilis. O lux in
comprehensibilis: que omnem ueritatem pandis: omnem mentem il
luminas: omnem eternitatem referas: omnem demum charitatem ac
cendis. O eterna ueritas: uera charitas: chara eternitas. Tu es deus me
us: ad te die noctuq; suspiro. Illumina me cupientem & anhellantem
te. Et afflatu suo indicauit ei: ut ad Simplitianum celica nitentem gra
tia proficisceretur: eiq; suos conferret estus. Ipse autem: quisnam ui
uendi modus in dei uia foret prestantior: per quã quidẽ incedere mul
tiphariam solent: ostenderet. Ad quem cum se contulisset suorum ex
plicauit circuitus errorꝫ. Et cum quosdam platonicorum libros mul
tis mysteriis ad christi fidem spectantibus: & optimis preclarissimis
q; documentis reffertos: suas in manus incidisse narraret: uehemẽter
gratulatus est ei: q non in aliorum philosophorum codices fallaciarꝫ
deceptionumq; plenos tuisset. Deinde cum ad christi humilitatem sa
pientibus absconditam: paruulisq; reuelatam eum exhortaretur: ma
gna rerum gestarum serie exposuit: quo pacto Victorinus tanta om

nium optimarum artium peritia:tanto sapientie munere:tanta deni
q; omnium Romanorum gratia ualebat:ut senatus quod eximiū in
urbe censebatur pro suarum uirtutum perhenni memoria statuam in
romano foro erexerat:omni tamen ea gloria contempta:idolorū sa
crorumq; sacrilegiorum:quibus tūc fere tota romana nobilitas infla
ta spirabat:relicto cultu:mirante roma:cunctis:amicis:propinquis:
notis:familiaribusq; stupentibus:gaudente ecclesia:superbis irascen
tibus:ac tabescentibus & stridentibus dentibus:me inquit teste altio
rem templi locum conscendens in omnis fidelis cetus conspectu:to
nanti:apertoq; sermone catholicam orthodoxamq; fidem professus
christum mundi saluatorem inuocans de sacrosancto baptismatis fō
te renatus est. Alia quoq; in numera:saluberrimaq; ei documenta pre
buit:quibus multo uehemētius ī xp̄i incēderet' amore. Interea ad eū
uisendum ab Aphrica insperatus:eius amicissimus Pontianus uenit:
qui eum christianissimus esset:celibem uitam:preclaraq; miracula di
ui Antonii qui sub Constantino cesare nuper in egypto claruerat:re
censuit:astruxitq; multos:regias etiam edes illius concitatos miracu
lis reliquisse. Extemplo eius in conscientia exortis fluctibus corde:
mente:uultuq; turbatus Alippium inuasit & exclamans inquit ei:
Quid patimur? Quid est hoc? Quid audisti. Surgunt indocti & ra
piunt celum:& nos cum doctrinis nostris:sine corde:sine mentis ui
rore labimur in profundum. Ecce ubi ī carne & sanguine uolutamur
an quia precesserunt nos:sequi pudet? Et tam ingens mentis estus eū
ab Alippio semouit Alippius aūt attonitus intuebat' ī eū:non tā qa
insolita diceret. Sed quoniā plus animum:frons:gene:oculi:color:
modusq; uocis & pulsarent & panderēt q̄ uerba. Et mox in quendam
proprii domicilii ortum Alippio pedetentim comite salubriter insa
niens cucurrit. Ibiq; consedentes a profundo cordis arcano excel
sa arripuit meditatio. Omnemq; eius miseriam in cordis cōspectu cō
gessit. Impetus aūt ille ꝓcellaꝝ tam ingentē lacrimaꝝ ymbrē detulit:
ut totum illis locum madefaceret. Et cū tam cordis procella:q̄m lacri
marū effusio augeretur ne sibi esset Alippii onerosa p̄sentia:ab eo se
gregatus remotiori quodā in loco sub quadā.s.fici arbore se prostra
uit:ibiq; lacrimis dimisit habenas:& ut ip̄e ī cōfessiōibus suis testis ē

oculorum suoꝝ flumina:acceptabile sacrificium deo proruperũt.Et
de profũdis clamitans has dedit:nõ tam miserabiles q̃ salutiferas uo
ces.Et tu dñe:usq̃quo.Vsq̃quo dñe irasceris ĩ finẽ:ne memor fueris
iniq̃tatum meaꝝ antiquaꝝ.Quãdiu:q̃mdiu.Cras & cras.Quare nõ
modo:quare non hac hora finis turpitudinis mee:Heu mihi q̃ excel
sus es in excelsis:q̃m ꝓfundus in ꝓfundis:& nusq̃ recedis.Ad quem
ego tam serus me conuerti.Age dñe & fac:excita & reuoca me.Accen
de & rape me:fragra & dulcesce.Sero te amaui.O pulchritudo tã an
tiqua :& tam noua.Sero te amaui.O beataꝝ mentium gloria.Intus
eras & ego foris:& ibi te querebã:& in ista formosa que fecisti defor
mis irruebã.Meeum eras:sed ego tecũ nõ eram.Ea me tenebãt longe
a te:que si in te non essent:minime essent.Vocasti:clamasti:& rupisti
surditatem meam.Corruscasti:splenduisti:& fugasti cecitatẽ meam
fragrasti & eduxisti spiritũ & anhello tibi.Te gustaui:& exurio & si
tio te.Tetigisti me & exarsi:in pacem tuã.Cũ inhesero tibi ex omni
me:nusq̃ erit mihi dolor & labor & uiua erit uita mea tota plena te.
Nunc aũt qm̃ quẽ tu imples:subleuas:q̃mdiu te plenus nõ sum:one
ri mihi sum.Contendunt letitie mee flende cum letandis meroribus
& ex qua parte stet uictoria mea nescio.Hey mihi dñe miserere mei.
Contendunt metores mei mali cũ gaudiis bonis:& ex qua parte stet
uictoria de pugna mea ignoro.Hey mihi dñe miserere mei.Hey mi
hi ecce uulnera mea non abscondo.Medicus es:eger sum.Misericors
es:miser sum.Tota spes mea dñe:tota spes mea iã in te posita est.Nõ
nisi dñe in te:non nisi in magna ualde misericordia tua cor meũ:ani
mam meã:spiritũ meũ:& omne esse meũ:immo tuũ:quia illud tu mi
hi prestitisti:& ex nihilo illud deduxisti:humiliter pono:& iacto.Iu
be igitur christe uere fili dei.Iube quod uis:& quid ꝓ salute mea fa
cturus sim indica mihi fabricator celoꝝ.Iube celi terreq̃ patrator
quõ ego plasma tuũ tibi creatori:& redemptori:& glorificatori meo
seruire debeã.Cũ hec & his longe plura uehementioraq̃ amarissimo
cũ luctu & cõtritione ueracissima cordis depromeret/Vocẽ de uicina
domo quasi concinentis pueri crebroq̃ repetentis audiuit.Tolle le
ge.Tolle lege.Moxq̃ mutato uultu:q̃ accurate pẽsitare cepit.Vtꝝ ne
pueri:in aliquo ludendi genere tale quippiam cantare solerent.Neq̃

prorsus uenit in mentē:se uspiā tale quiddā audiuisse. Ob eā quidem
causam surgens lacrimarum impetum repressit:nil aliud interpretās
ei diuinitus iuberi:nisi ut q apud Alippium erat:codicē aperiret apo
stolicū:& ut eum lectio moneret:operaret̃. Sic eni illi magno Anto
nio egiptio Paulo superius nominato euenisse audierat:ꝙ cū in euan
gelica lectione legeret. Si uis pfectus esse:uade & uēde oīa que habes
& da pauperibus:habebis eni thesaurū ī celis:& ueni sequere me. Sic
accepit lectionis monumēta:ut sermonē illum ad se dirigi q̄si celesti
quodā oraculo minime dubitauerit. ac proinde nō modo mōastice
sed heremitice uite eo pacto se fecit ob noxiū:ut tā sublimis tā q; excel
sus ī celi gloria fieri bñmeritus fuerit q̄lē nationes oēs ipm uenerā
tur & colunt. Huius itaq; rei Augustinus non immemor:festinus eū
locū:ubi sedentē Alippiū reliquerat:adiuit:Diuiq; Pauli epistolarū
uolumen cōtinuo aperiens capitulū:in quod primū cōiecti sūt oculi
silēte labio legit. Nō in comessationibus & ebrietatibus:nō in cubili
bus & impudicitiis:non in cōtentione:& emulatione:sed induimini
dñm nostrū iesū xp̄m. O admirandū lectionis beneficiū:statim secu
ritatis luce infusa:oīum ambiguitatū tenebre diffugerunt. Et uolumē
illud claudens tranquillo serenoq; uultu que contigerāt Alippio in
dicauit:qui cū secū eā lectionē reputare maluisset:quod apostolus ad
iecit. Infirmū.f.ī fide suscipite:legit:quod ad se Alippius retulit:quo
in fide firmior & certior factus ē:ac perinde leti:iocundiq; ad diuā
Monicā celeriter pariterq; meant:cui que gesta erāt hylares enarrant.
at illa & gaudio & iubilo & mentis inexplicabili affecta tripudio im
mortalē ac prepotentē deū laudare ac benedicere sinebat nunq̄:cūctis
eius affectibus in laudes uersis creatoris:ore cordeq; dicebat. Tibi
laus:Tibi glīa:Tibi gratiarȝ actio summe clemētie deus:qui filiū me
um:filiū inq̄ ancille tue:filium & seruum & plasma tuū:deprofundis
tenebrarum eripuisti:& eius illuminasti mentem:ut cognoscat te lu
men uerum:cognoscatq; ꝙ iesus christus sit natura filius tuus:& ue
rā mortalē:passibileq; carnē:& nō ut impii manichei asserūt fantasti
cā de maria uirgine inclyta homis deiq; matre sūpserit. Cognoscat ꝙ
ipse sit lux mundi:uia:ueritas:& uita. Cor meum:lingua mea:omnia
& singula membra mea uersentur in laudem maiestatis tue domine

deus meus. Magnificet te aīa mea: magnificet te ſpiritus meus. magni ficet te oīs creatura tua: qm̄ nunq̄m relinquis diligentes te. Diligis ti mentes: & exaudis inuocantes te in ueritate. Et multo uberius q̄ nos uel petere: uel cogitare ualeamus concedis. Subinde uerſa in filiū dul cibus eū ſtrinxit amplexibus: oſculis linxit amenis: tante letitie: tanti qꝫ muneris gaudioꝝ lacrimis: utriuſqꝫ faciē irrigauit. Benedixit eū Et lacrimas: luctus: merores: uigilias: ieiunia: itinerū diſcrimina: & oēs quos ꝓ eo perpeſſa fuerat labores ei bn̄dixit. Tunc Auguſtinus ad eā ſic exclamauit. O mr̄ pietate fortis. O ſc̄tā uenerandaqꝫ parēs. O dile ctōis & feruoris gēitrix monica. Solare nūc: gaude: iocundare: & exul ta maxime. O filia ſyon: qa rex tuus: rex inq̄m fabricator & portitor orbis. Rex regū & imperator oīm me dilectiſſimū filiū tuū. Me inq̄ Auguſtinū quē plus lacrimaꝝ xp̄o: q̄m carnis mūdo feminꝫ genuiſti de babilonie ſeruitute in ſuoꝝ munerū diſpenſatorē: fideliſſimūqꝫ ci uem celeſtis urbis hieruſalē: ſua inexplicanda pietate ac bonitate con uertit. At ubi matrē ſic fere publice ſolatus eſt: ut ſibi diuinitus data gr̄a cōſirmaret᷑: gentium dimiſſa caterua: cū cathecumino Alippio: & matre Monica muliebri habitu: uirili fide: anili ſecuritate: materna ka ritate: chriſtiana pietate eis adherente. Rus petiit ſatis ſolitarium: ubi uoces in pſalmis & hymnis dabat: q̄ntūqꝫ illos decantando inflam maret᷑ explicare poſſet nemo. Cū aūt ad quartū pſalmū cuius exordi um eſt. Cū inuocarem exaudiſti me deus deueniret: ad tantū raptus eſt ardorē: ut pre dulcedine totus liquefieri uideret᷑. Et cū penultimū carmen alto clamore cordis ſui clamaret. In pace: ſcilicet inidipſū dor miam & requieſcam: dixit. O in pace. O inidipſum. O qui dixit ob dormiam & requieſcam: in quo quietem inueniam: niſi in te: qui om nino non mutaris: ſed uite requies uera: es omniū obliuiſcens & ex pers laboꝝ: & ita de melle celi mellitas: & de lumine ſūmi dei lumino ſas: ardenteſqꝫ meditationeſ: habebat: quarū dulcedine ne extolleret᷑ ſubito tam uehementem dentiū dolorē in eū immiſit deus: ut loque lam ipſam prorſus amitteret: quo in cereis tabellis ſcriberet opus fuit ut pro attenuando ſaltem dolore: qui ſecum aderant deum exora rent cuius deſiderio cognito: mox genua ſupplici fixerunt affectu & in ip̄o deprecationis exordio protinus dolor ille fugit: qui talis ac

tantus fuerat:tanq̃ ex tẽplo sedatus:ut de eius intentione ac repẽtino
recessu magnopere paueret:diceretq; nil esse miꝝ si aliqui in eam inci
dissent oppinionẽ:ut summũ locauerint bonũ in sanitate asserebat
quoq; ab ineũte sua etate penã talẽ expertũ fuisse nunq̃:quã quidem
ob rem insinuati sunt ei in profundo nutus dei:in cuius iam fide:q̃m
q̃ nondũ baptisma suscepisset:sic letus:alacer uiuebat:ut die noctuq;
laudare:benedicere:glorificareq; eius maiestatẽ & celsitudinẽ sinebat
minime:& ut ĩ eius amore magis magisq; succenderet. Diuo antistiti
Ambrosio pristinos errores suos:preleniq; tũc uotũ litteris insinuãs
edoceri ab eo petiit:quid de libris sacris ei legẽdum esset:quo diuine
pcipiẽde grẽ aptior fieret:atq; paratior. Ille aũt Ysaiã perlegi iussit:q̃m
tum christi mysteriorum:tũ gentiũ uocationis lucidissimus testator:
enuntiator clarus:ualidissimusq; preco fuisset. Quippe saluatoris my
steria sic describit aperte:ut euãgeliste potius q̃m ꝓphete stilũ sapiat
Veꝝ cũ prĩe lectiõis mẽtẽ nõ hauriret:totũq; uolumẽ tale arbitrãs re
petẽdũ ad illud usq; tp̃s distulit:quo ĩ diuinis eloquiis & sermonibus
eẽt exercitatior. Mansit aũt ĩ abditis his locis a tertio nonas maias:q̃n
sub ficu eũ xp̄i karitas uulnerauit ad ꝑdie usq; idus septẽbris:q̃n uin
demiaꝝ edictis feriis scholasticis suis aliũ uerboꝝ uẽditorẽ ꝓuidẽdũ
mediolanẽsibus insinuauit. Eo tp̄e meditationũ:soliloquioꝝ & alios
libros multos maxĩe cõtẽplationis scripsit. Vbi aũt tp̃s aduenit:quo
sicut tũc mos uigebat ĩ ecclia:de his q̃ cathecumini erãt:dare eum no
mẽ oportuit:reli cto rure Mediolanum remeauit. Sancte uero resurre
ctionis pascha aduenientie:dum triginta ageret annos Archadii:Ho
noriiq; temporibus ab integerrimo a p̃sule Ambrosio unacum Alip
pio & gnato suo Deodato in fontibus qui Diuo inscribuntur Io
hanni:cunctis admirantibus:ac deum laudantibus ineffabilis indi
uidue:ac sanctissime trinitatis patris.scilicet filii & spiritus sancti no
mine publice baptizatus est: Et ut de eius cõuersione idẽ Ambrosius
Datiusq; recẽsuit. Ambrosio Te deum laudamus exordiente: Augu
stino Te dñm cõfitemur rñdente:ꝑ ut spiritus sanctus eloqui illis
dabat:tam precellentẽ:altiq; tonantẽ hymnũ alternatim decantantes
cunctis stupentibus:cordeq; orãtibus posteris ediderũt:quẽ maxima
cũ ueneratione ecclia recipiẽs post nocturnos & ante laudes religiose

canēdum iussit: qui sic colletātes cōgaudētes simulq; iubilātes: & psal
lentes q̄si multis diuitiis: inestimabilibusq; margaritis ditati cum gra
tiaꝝ actione celeste sumentes pabulū in phenni dei seruitio confirma
ti & cōfortati fuere. At q tanta ī baptismate repletus fuit gratia: ut nō
modo e mēte oīs radix euulsa fuerit errorū. Verū etiā mundane uite
p̄terite ab eo sollicitudo fugiēs: oīs humane ac diuine sapientie fons
ad xp̄i fidē defendendā: protegēdā: irrigandāq; eius in aīo scaturiuit.
Ob eā rem: neq; illis diebus: ut ipe ī egregio suaꝝ cōfessionū uolumi
ne testis ē: satiabat' dulcedine mirabili cōsiderare altitudinē cōsilii di
uini sup salutē generis hūani: q̄ntūq; ī ymnis & canticis suaue sonan
tis ecclīe uocibus acriter corpe mēteq; ꝓstratus fleuerit: difficile eēt di
ctu. Voces quoq; ille eius auribus influebant: deiq; ueritas in cor su
um eliquebat': ꝑinde pietatis estuabat affectus: fluebat currebatq;
eius ex oculis tanq̄ duobus ex fontibus indefitiēs irrigatio lacrimaꝝ:
cū quippe q̄bus tam bene erat ei: ut diuine celestisq; dulcedinis com
pos uideret': cuius muneris amplissimi postmodū haud immemor
ut laudes gr̄asq; suo redderet creatori dicere cōsueuit. Sagictaueras tu
cor meū caritate tua dn̄e: & meis inuiscerībus trāsfixa uerba tua gesta
bā: tuoꝝ quoq; seruoꝝ: quos de nigris lucidos: de mortuis uiuos fece
ras ī cogitatōis mee sinū cōgesta me exēpla urebāt: Grauēq; torporē
assumebā: & a ploratōis ualle ascēdēti: & cātāti cāticū gradū dederas sa
gittas acutas tāq̄ carbones uastatoris: & ut longe feruētius dei uacaret
obsequiis: sicut ipe ī sermōe de filio ꝓdigo memorat idē sanctus Am
brosius eū Diui Pauli p̄mi heremite habitū: cucullā.s. nigrā ad mū
di cōtemptū significādū īduit: zonā pelliceā ad lūboꝝ refrenationem
indicādā cinxit: coronā etiam ī capite fecit: ut p capillos de uertice ra
sos terrestres cogitationes: criminūq; supfluitates de mente iugiter re
pellēdas dignosceret. Baptismate igit' & habitu eo modo suscepto:
omniumq; terrenarum rerum prorsus cura contempta Diui Ambro
sii suasu suceptoq; ab eo benedictionis munere ad eū quē superius no
minauimus Simplicianū eiusdē Pauli discipulū heremi cultorē opti
mū: grauitate morūq; honestate ac mira sanctitate fulgentē se cōtulit
quo cū heremi cultor eēt ī humilitatīs obediētie: paupertatīs ieiunioꝝ:
disciplinaꝝ: oronū: deniq; oīs sanctimonie & pie cōuersatiōis feruore

ei non modo equalis: sed maior esse studebat: & adeo quidē diuino
aspirāte afflatu ꝓfecit: ut sepe raptus alter uideret Elyas: & cū q̄diu
sic deuote: ac beate ī nemoribus degisset a pia rogat parente: secū ut ī
Affricā redire uellet: q recte tāte mr̄is munera noscens: ac dei mādati
memor: q parētes iubet a filiis honorari: ei morē gerere decreuit. Ob
idq; a sancto Simpliciano licentiā petēs: obnixe ei supplicauit: ut ali
quot suis ex fratribus de qbus in affricanis oris religionē plantaret
largiret. Cuius pius pater p̄cibus annuēs Anastasiū Fabianū Seuerū
Nicholaum Cirillū Stephanū Derotheū Ysaac Nichostratum Pauli
num Iacobū Vitalemq; uiros ꝓfecto ī heremitica uita ꝓbatissimos
donauit: amicisq; suis karissimis Alippio Nebridio Enodio Pontia
no: & filio suo ingeniosissimo: a Deodato diuaq; mr̄e sua adiunctis
aphricā petēs iter arripuit: de qbus oībus uelut humilitatis magistra
& oīs honestatis exemplar Monica ita curā gessit q̄si omnes genuis
set: ita eis seruiuit q̄si ab oibus genita fuisset: Cū uero p tuschos tran
siret colles: optimos quoscunq; reperisset heremi cultores: p̄sertim q
pisanos incolebāt mōtes: qbus primo cōdidit regulā uisebat: solaba
tur confortabat & delitioso eius sapientie pabulo in dn̄o recreabat
Romā aūt cū ex ostiis tyberinis applicuit. Christiani cultus imma
nissimos corruptores. Manicheos inuasit: expugnauitq;: quos aduer
sus duo ibidē habuit uolumina: alteꝝ de catholice eccl̄ie: alterum de
manicheoꝝ moribus inscriptū. Tūc insuper de aīe q̄ntitate: ac de li
bero arbitrio q̄rente filio: ipo aūt respondente cōtra eosdē libros ma
gna ꝓfūditate cōscriptos edidit; ubi etiā cesaris cadauer a uermibus
comestū: a buffonibus deuoratū: a serpētibus circūdatum: scorpioni
bus oīq; genere putredinis: ac fetoris repletū intuens ī matrē oculos
coniiciens puellaꝝ choros: diuitiaꝝ copiam: principū multitudinem
baronū cateruā: militū legiones: acies castroꝝ: equos ad arma feroces
canes auesq; ad uenādū: aucupādūq; rapaces: tubaꝝ clāgorem: timpa
nistriaꝝ tumultuātiū sonitum: cantoꝝ & cantatriciū: organoꝝ: oim
q; alioꝝ musicoꝝ melodias: uexilloꝝ papillionū uestimētoꝝ tapeto
rū: cubiliū auro siricoq; cōtestoꝝ apparatus & ornamēta. Omnē item
eius pompā: oīne fastigiū: oēm potētatū: oēm deniq; gl'iam & celsitu
dinē cōmemorās: ubinā hec oīa eē exclamauit. Cui pia mr̄ eius r̄ndit

Fili mi ei omnia pariter defecerunt: cum eius spiritus defecit: relique runtq; eum captiuũ in trium brachiorũ sepulchro putredine ac fetore plenum. ex urbe autẽ tranquillo iam mari facto: rursus ad tyberinã ostiam contendũt ubi mater & ipse sup quandã incũbentes fenestrã suppositum inspicientes pomeriũ soli ualde dulciter de beatorũ gloria loquebant᷑: cordisq; ore in supna fluenta fontis uite pariter inhyãtes intantam archanorũ dei: contemplationẽ eleuati sunt: ut prorsus mundus iste cũ oĩbus suis oblectamentis in eorũ sermone uilesceret. Tunc illa inquit: fili quo ad me spectat: nulla re iam in hac uita delector. Quid itaq; hic faciam. Quãobrem amodo uiuã profecto nescio Huius nanq; seculi spes omnis mihi cõsumata est. Nempe unũ solũ erat: quo nimirũ hac in uita parump immorari cupiebam: ut te uidelicet catholicum christianum anteq̃ ex ipa discederẽ hisce oculis intuerer quod tamẽ mihi deus meus multo prestitit cumulatius: ut terrena felicitate cõtempta te fidum eius uideam seruitorem. Quid igitur hec me amplius caduca mortalis fluxibusq; uita tenet᷑ Quĩta subinde uix subrepit dies: ut febribus ceperit agitari: in quibus solita bonitate: constantiaq; freta eterne uite documenta dabat. Nihil ꝓfecto de patria: nihil de cognatis: nihil demũ de proptio curabat corpore Illud etiam quod multorũ afficere mentẽ solet: extra scilicet lares proprios obite ipa incredibili animi uirtute aspernabat᷑: eam quidẽ ob causam: illa in egritudine poscentibus: an ab eius ciuitate corpus tã distanter tumulari formidaret: responsum prebuit: nil longe esse a deo: nilq; timendũ: ut in seculi consumatione nõ agnoscat: unde me resuscitet: perinde alteri nato Augustini. s. germano eam nõ peregre sed tanq̃ felicius ĩ patria defungi cupienti uultu anxio: reflexo aspectu: prestanti fide eius sermonem exprobrãs: quid hic inquit ad Augustinũ ait᷑ et illico nullo expectato responso uerbum ambobus adiecit. Hoc ubicunq; ponite corpus: nihil uos eius cura conturbet: Illud dumtaxat rogo: ut in diuine celsitudinis ara mei ubicunq; fueritis memores sitis. O preclarum uerbum: & sapiente homine dignum His aliisq; mltis memoratu dignis explicatis ingrauescẽte morbo die egritudinis sue nono q̃rto nonas maias: etatis uero eiusdẽ anno sexto & quinquagesimo. Augustini autẽ ceu ipse in confessionum libro

memorat tertio & trigesimo: pia sanctaq; illa anima corpore soluta ē Augustinus uero tam felicem obitum monumentis optimis astruēs minime deplorandū:exteriorē fletum mitigabat:reprimebatq;:& sui affectus increpabat molliciem:q̄mq̄ interiori maceraret dolore atq; planctu:q tanta esset orbatus parente:q̄ta post christi matrē alia nō fuerat in orbe inuenta. Cuius beatū corpus:cum suorꝝ fratrū:aliorꝝq; ei coherentiū:ac innumere multitudinis Ostieñ. ecclesie obsecrationibus:cum ea qua decuit ueneratione sepulture cōmisit. Solus mestus q; deinde Augustinus abditum locum adiuit. Vbi cum tam morigera:tam pia:tanq; sancta matre se orbatum pensitaret. Cum eius īmentem illius itineris discrimina:labores inexplicabiles:lacrimarꝝ gurgites:ceteraq; īmense pietatis uenirent offitia:libuit ei quidem in dei cōspectu flere:& quas continuerat lacrimas:ut pro arbitratu fluerēt: dimisit. Et in eo fletu ex intimis cordis preces ad deum pro ea fundebat gratiasq; illi optimo reddebat opifici:qui eam tot tantisq; meritis insignierat:ut glorie sue digna inueniret muneribus. Defuncta uero matre: nec ut quidam licenter aiunt in Aphricam remeauit:sed ad centū cellas quadrigesimū fere lapidem ab urbe se contulit:ubi sub sancte trinitatis uocabulo monasterium quod adhuc extat extruxit: quod optimis fratribus primi heremite pauli uitam ducentibus referfit eosq; apostolicum uiuendi modum quē heremitis de monte pisano dederat: perdocuit. Ibi ut pleriq; aiunt sublime de trinitate uolumen quod postea senio confectus expleuit exorsus fuit. Postmodū ut primi uoti compos efficeretur in aphricam suis cum comitibus reuersus est Carthaginemq; ueniens a quodam uiro deuotissimo Innocentio nomine hospitio suscipitur:qui cum tanta premeretur in ualitudine: ut quedam ei membra abscidi oporteret Augustinus pietate motus pro eo orauit confestim gratia descendente diuina sanitatem fuit adeptus. Ad proprios deinde agros cū sua profectus cohorte:patrimonioq; uendito:locum idoneum ubi cum suis fratribus omnino abdicato mūdo in ieiuniis:orationibus:sanctarumq; scripturarum lectionibus fāularet altissimo pcōctabat. Cuius uehem̄tissimū desiderium Valerius Iponensis antistes cognoscens:ei locū i heremo ab hominū semotum frequentia sancto suo proposito aptissimum donauit:

multaq; pro monasterii structura de episcopatus bonis largitus est. Vbi preter eos quos de italia secũ duxerat ex optime fame odore: copiosum ibi numerũ fratrũ lucratus est: quibus optimã uiuẽdi formã a sanctis apostolis seruatã: maxime ut eorꝫ nemo propriũ haberet aliquid: in omni obedientia: pudicicia: uera sinceraq; charitate degerent dedit. In quo quidem uiuendi ritu quedam compendiosa precepta q̃ in italia plus dederat quæ secundam dicunt regulam: complexus est. Ex quibus & aliis nõnullis preclarissimis documentis quas paradisi appellant margaritas. Postmodum factus antistes regulam quã ipse uite salutaris speculum uoluit nominari confecit. Experta igit᷑ eius celica uita: experta doctrine profunditate: experta efflagitantis ecclesie necessitate. Sanctus presul Valerius eũ ad se accersiri fecit: & q̃mq̃ inuitum sacerdotii dignitate eũ premuniuit. Sacerdotii quidem dignitate suscepta: beate uite auctus est feruor. Proinde suũ repetens monasteriũ magis ac magis pauper cũ pauperibus deo seruire decreuit tanto quippe diuine sapientie munere ualebat: ut quicquid uel ipse optaret: uel pro augenda seruandaq; fide opus esset: q̃mirabili celeritate cõscriberet. Cũ aũt a beato Valerio quiete solitudinis adeo mirificus uideret᷑ amator. Illiusq; salubri doctrina minus cõmode populus reficeretur: ut utriq; daret temperamentum: populi. s. necessitudini & augustini satisfaceret proposito: hortulum ciuitatis menibus contiguum ubi alterũ erigeret monasteriũ: condonauit: quod cum illius etiã ope construxisset: de prioris monasterii fratribus: & aliis multis qui effusa iam fama accurrebant: cum eiusdem uite obseruantia oportunum sufficiẽtẽq; numerũ intromisit: cũ q̃bus ut predicationi: disputationi ac publice lectioni cõmodius uacaret cõmorabat᷑. Eius quoq; uita: cõuersatioq; & sãctior: & redolentior cõtinuo habebat᷑. Et enĩ fratrꝫ suorum numerus mirũ crescebat ĩmodũ. In quorꝫ mentes tantus uite & doctrine fructus ex Augustini eminẽtissimo redũdabat fonte: ut Valerii pontificis iussibus: eorꝫ pleriq; oẽs dei uerbum publice saluberrimeq; docerẽt. Quibus enim de rebus uehemẽti gaudio: inexplicabiliq; letitia. Idẽ Valerius afficiebat᷑. Et q̄ talẽ: tantũq; uirũ donasset ei deus cuius sana: saluberrimaq; doctrina stabiliri: firmari: ab oĩq; hereticorꝫ perfidia defensari: ac ꝓtegi sua sancta posset ecclia. Iuges quas

poterat eius maiestati grãs habebat. Eoqdem tẽpore dira: seuaq; fortunati manicheorũ presbiteri plurimos inuaserat pestis: quẽ diuus Augustinus i publicũ fecit certamẽ cõueniri: & die: loco: oĩmq; famosissimorũ uirorũ cõuentu edictis: notariis & tabellionibus rogatis ad utriusq; argumẽta: rñsaq; suscipienda patefactis tabellis: die pͥma: q̃stio q̃ de mali erat origine: cõscripta & adnotata ẽ. Perẽdie aũt disputationẽ fuere cõgressi. In q̃ tã ualide: tã potẽter: tã acriter: tãq; apte illũ expugnauit: ac eius cõfutauit errorẽ: ut ñ mõ: pudori: cõfusioni: ludribrioq; oĩbus factus abierit: uerũ etiã de pñtium: absentiũq; mente: ad quorũ aures tanti certaminis deuenit uictoria: pestiferus ille morbus ultro & citro sublatus extitit: tũc ueritas: religio: fides augmento robori firmitati: nitoriq; inexplicabili oĩm fuit mẽtibus: in quẽ: & ĩ alios innumeros errores: q morbidã fluctuãtẽq; Petri reddebãt nauiculã pluria egregia edidit uolumina. Cũ aũt hũc hoĩem: e celo missum ad ꝓtegẽdã defendendãq; fidẽ xp̃i. Sanctus senex Valerius minime dubitaret fuisse destinatũ: formidare cepit: ne ip̃m in episcopũ alia postularet ecclesia Metropolitano suo: Carthaginensi uidelicet archipresuli clam obnixeq; supplicauit: q̃tenus ip̃o cedẽte Iponẽsem episcopũ Augustinũ ordinaret: cuius humilibus annuẽs p̃cibus: conuocata synodo: eo cedẽte Augustinũ Iponensis ecclie presulẽ creauit: ad quã certe dignitatẽ assumptus (nõ ut q busdã placet antea) clericorũ regularium: quos uocabulo greco canonicos appellamus monasteriũ instituit: & duos priores uiuẽdi modos: quos suis dederat fratribus ĩ unã redegit regulã: quã & fratribus & canonicis iussit eẽ cõmunẽ. Hec nempe tertia est q̃ a maximis pontificibus inter canones recepta ẽ & approbata. Nec ob p̃sulatus dignitatẽ fratres eiecit: qnĩmo secũ iugiter plurimos iusserit comorari: ut cũ eis (sicut ĩ sermõe ad presbiteros Iponenses inqt) aĩum mentẽq; ad deuotõem excitaret: & pr̃na solitaue cõfidẽtia dulcia cũ eis haberet colloquia. In episcopali celsitudine latiorẽ uitã non duxit: sed ut ip̃e posteris tradidit ĩ ea sede pauptate magnopere seruabat Olera & legumina absq; oleo: absq; butiro: absq; oĩ alio cõdimẽto: ut antea ĩ solitudine cõis eius uictus erãt: infirmorũ tñ hospitũq; gr̃a nõ nunq̃ carnes habebat. Vino semp q̃ sobrie utebat᷑. Quippe sibi pauper & parcus: aliis autem diues: & largus erat: sibi ieiunia: uigilias: &

acerrimas quascũq; uite asperitates:aliis epulas:& optima q̃cunq; que absq; pctõ poterat oblectamenta curabat. Eius hostiũ uiatoribus pa tebat. Mensa frugalis erat hospitibus:in qua nullã cõfabulationẽ fieri sinebat:sed uel disputationẽ:uel lectionẽ:aut saltẽ summũ instituerat seruari silentiũ:detractores ĩ mẽsa tanq̃m pestiferos:morbidosq; pelle bat. Iccirco in tabella mensali fecit in eos scribi uersiculos. Quisquis amat dictis absentũ rodere uitã. Hanc mensam indignã nouerit ẽẽ si bi. Vasa eius lignea erant:uel terrea:nõ q̃m argentea deessent ei:cũ au ro argento:diuitiisq; multis abundaret:sed q̃m ea frangi & conflari & captiuoꝝ redemptioni pauperũ & quorũcũq; indigentiũ subuẽtio ni ea distribui iusserat. Cũ autẽ cõtinua:diffusaq; erga egenos & pau peres largitate ecclie pecunia defuisset:fideli denũtiabat populo:se nõ habere:quod indigentibus erogaret. Idq; palam predicabat. Et ut in paupertate eos solidaret:fratribus Iponensibus sepenumero dicebat. Neq; temporaliũ bonoꝝ possessores:sed erogatores simus. Neq; ego qui episcopus sum hr̃e quippiã debeo:nisi tantũ ad dispensandum: q̃a bona eccliaꝝ matrimoniũ sũt pauperũ. De consanguineis ei cura nõ erat:nisi quos plus eguisse dignosceret. Et enĩ alieni pauperes:q̃m ꝓpinqui diuites sibi erant cariores. In uestimentis item & calciamen tis tantã seruabat mediocritatẽ:ut se de preciosa ueste erubescere fatere tur:iuberetq; habitũ nostrũ notabilẽ nõ ẽẽ:nec affectare uestibus pla cere:sed moribus. Ob eã rem cũ ei preciosum daret̃ indumentũ illud ꝓ pauperũ subuentione uendebat:ut cũ illud cõmune ẽẽ non posset: pecunia ĩde suscepta cõis eẽt cõmodiusq; egenis largiret̃. Pius erat mi seroꝝ cõsolator. Diligẽs pctõꝝ cõuersor. Libẽs predicator:dulcis doc tor tonãs arcanoꝝ dei p̃co:nefãdoꝝ uitioꝝ acerrimus reprehẽsor:ti midis amenus:temerariis seuerus:cũctis tñ erat affabilis. Viduas:or phanos:pupillos:miserosq; protegebat:subleuabat oppressos:defen sabat iniuste damnatos:rectus iudex oĩm erat: perinde filios uel sibi caros ꝓpter eccliam exheredandos petenti dicere solitus erat. Alterũ consultorẽ q̃reret:q̃ Augustinũ: Quid plura. Mixtam habebat cũ iu sticia mirã clementiã. Monasteria:ecclias:hospitalia:& cetera pia loca erigebat:sustentabat:& manutenebat. Fratres quos in xp̃o genuerat sepe uisitabat:tum ut eoꝝ cõuersatione eius augeret̃ feruor:tũ ut eos

exhortaret᷑:doceret:ac ī sācto confortaret ꝓposito.Eoꝝ q̄tum opus
erat indigentie subueniebat.Vnde cū eoꝝ numerus auctus fuisset:cē
tū & q̄draginta uestimenta:totidēq; calciamētoꝝ paria:q̄tenus seduli
ores frequētioresq; ī orationibus & aliis diuinis obsequiis essent:largi
tus ē.Feminaꝝ intro domū suā adire passus ē nullā:neq; germanā so
sorotē:neq; fratris filias:q̄ deo pariter seruiebāt:neq; ceu Possidonius
memorat cū muliere solus loq uolebat unq̄:etiā si quod tractandum
fuisset arcanum:si qua uero interdū tanto eius indiguisset affatu:ut
se ei negare nequiuisset nō nisi fratribus:aut clericis ꝓspicientibus ei
p̄stabat auditū .Eam hospitibus karitatē obseruabat:ut quot poterat
in ꝓprio susciperet domicilio:& tanq̄ xp̄i ꝑsonā coleret & ueneraret᷑
semp memor saluatoris dicētis.Quod uni ex minimis meis feceritis
mihi feceritis.Ob eā cām nō īmerito ceu diuus Prosper recensuit.Cū
ex multa pauperū frequētia uice q̄dā cuiusdā lauisset:& osculatet᷑ pe
des ab eo audire meruit.Gaude Augustine quia hodie christum dei
filium uidere in carne:tangere:lauare:& osculari eius pedes:atq; cum
eo loqui meruisti.Quibus expletis eius euanuit ab oculis summam
inexplicabilemq; relinquens letitiā.Sic legendo:p̄dicando:scribendo
disputādoq; ualenter inuadebat & cōfundebat hereticos:ut palā asse
rerent nil peccati perpetraturū.Qui Augustinū necaret:imo eum tā
q̄m lupum rapacē:leonēq; rugientē & inuasorem acerrimū occidendū
perdendumq; esse predicabant:astruentes perditoribus eius cuncta
ab immortali deo relaxanda fuisse facinora.Hinc eius de interemptō
ne cōsilium sepissime inientes:simul in nefandissima coꝝ conspiratio
ne:deificare illū decreuerunt:qui Augustinū quauis morte de medio
sustulisset:eā ob rem sepe ip̄m inuasere:sepenumero nūc ueneno:nūc
armis:nunc aliis modis plurimis eum extinguere conati fuerūt:sepe
numero cum docēdas monendasq; plebes adiret:armati in eum irrue
runt.Prepotēs aūt deus semper suum athletā seruauit illesum:ut mun
dā:illesamq; fidem eius iugiter custodiret:die noctuq; p̄ēsitabat:quo
pacto sue alioꝝq; potuisset prodesse saluti:perinde non tam super ec
clesie sue animis:sed super totius xp̄iane religionis uigilabat grege:
ne uel sathane:uel peruersoꝝ hoīm perfidia:dolisq; labentes lupis pa
bulo fierent.Quod si cuippiam contigisset:luctu amarissimo:diuinā

implorabat clementiã:ut eius presto adesset conuersioni. Quos uero
tis quod ab eo ꝑcipit᷑:aut ab eo declinas:quod ĩpat᷑:Quid exerces
inimicicias:quas nec ille euadere potuit:q eas ꝑmitus adinuenit.In i
tio inimicitias in ꝓthoplaustũ dũ serpẽs exercuit interfectus ẽ:pinde
Augustinus in libro de uerbis dñi de suggestore ꝓthoplaustoꝝ iqt
dũ hõi iuidet ipe ꝓsternit᷑:dũ Adã cupit decipe ipe ꝑmitus iugulat᷑
Quare aut xp̃i charitatẽ ãplectere xp̃iane:aut discordie auctori de si
militudine ipius opum:parẽ te ẽẽ cognosce Itaq; si uis i monasterio
ꝓficere:fuge rixas:fuge cõtẽtiones.fuge emulatiões:& cũ oĩbus fratri
bus deo seruire uolẽti bus concors esto.Attende fr̃ ad id. q Ambro
sius doctor ꝑcellẽtissimus in libro de priarchis monet. Melius ẽ iqt
emigrare cũ gr̃a:q̃ cohabitare cũ discordia.melius ẽ sine lite abir̃:q̃ cũ
iurgio residere.Nẽpe nulla spatia p̃nt ẽẽ satis discordibus:quietis aũt
& pacificis etiã angusta abũdãt:dissonis uero moribus spatiosa arctã
tur:imo ad nihilũ redigunt᷑:qm̃ ut Marcus Tullius Cicero in ꝑcla
ro de aicitia libro iqt.Nulla ẽ.n.domus tã firma:tãq; stabilis:q̃ odiis
& dissidiis funditus euerti ñ possit.Proide romanoꝝ tm̃ auctũ fuit i
piũ:ut dñi eẽnt uniuersi:qm̃ ad pcendũ subiectis:ad debellãdũ super
bos:ad cõculcãdos rebelles:ad diuinũ cultũ exercẽdũ:ad pudicitiã cõ
seruandã:ad relinquẽda ꝓpa cõmoda:ad cõprimẽdas uoluptates: &
deniq; ad singula honestatis officia extiterũt cõcordes:cũ uero ꝓpriũ
cõmodũ sectãtes abinuicẽ dissenserunt:de eorum celsitudine sic ad ĩsi
ma deuenerũt:ut sicut oĩum gentiũ ac nationũ:imo &totius orbis
terraꝝ primatũ monarchiãq; tenebãt:ita & oĩbus gẽtibus pene fuer̃e
effecti obnoxiores.& iure qdẽ:qm̃ ut ꝑstãtissimus eoꝝ ciuis crispus

Salustius inquit. Concordia res paruę crescũt: discordia uero maxiã dilabuntur. Et dominus in euangelio: omne regnũ in se ipsum diuisum astruit desolandum. Iccirco fratres nobis qui sumus in monasterio constituti sumopere necessaria est cõcordia. Et iõ: si cupimus deo placere: displicere autem diabolo: mutuã dilectionẽ & concordiã habeamus: quoniam sicut nihil est præciosius: nihilue gratius deo: cõcordię & dilectõis uirtute: ita nihil est (ut diuo Gregorio libuit) diabolo desiderabilius: extictõe charitatis: ac p ꝯseqns nihil ei odibilius: q̃ ipsa nostrarum mẽtiũ unio: qa hoc nos tenemus in terra: quod ipse ĩ cœlo seruare contempsit. Si cõcupiscimus igitur: sacrosanctã nostrã religionem: & eius monasteria in quibus habitamus: suscipere incrementa. Si affectamus nostras orationes: nostra ieiunia: nostras disciplinas: nostra sacrificia: nostraq; cætera bona a deo acceptari: contentiones: impugnationes: iurgia: dissensiones: cõspirationes: & cætera: q̃ concordiam tollunt: sumopere fugiamus: diligenter attendẽtes ad id quod luculẽtissimus Hieronymus ĩquit. Quisqs corpus affligit: & cõcordiam deserit deum quidem laudat in tympano: sed non in choro quia ubi dissensio: inuidia: impugnatio ueritatis: liguæ defluxus: & iurgia sunt: ibi chorus esse non põt. Ad quam quidẽ unionem & concordiam seruandam: fugiendamq; discordiam: licet innumera habeamus incitamenta: tamen si nihil cõtra uitium discordie: uel cauendũ uel sanandũ existeret: nisi plasmationis hoĩs memoria: quod scilicet summus oĩum opifex deus: ꝓpterea uoluit unum creare hominẽ: de quo multitudo ꝓpagaret: ut hac ãmonitione: ĩ multis cõcors unitas cõseruaretur: sufficeret quidẽ. Vuanimes igitur inquit: habitetis ĩ domo: & sit uobis aĩa una: & cor unũ in deo. Et qm̃ ut stoycus ille Seneca recte sentit. Discordie ꝑncipiũ & origo ẽ: aliquid ex cõi facere suũ. Icirco p̃ceptor noster pro cõseruanda cõcordia: & tollenda discordia secundum præceptum adiecit dicens.

Nota q nihil valet abstinentia si nõ iurgijs abstineat

Textus tertius. Augustinus

T non dicatis aliquid proprium.

Commentum tertium. Ambrosius

Postolicam uitam ducentes non modo habere:sed nec dicere aliquid proprium debent. Nam sicut eis omnia debent eẽ cõmunia:sic ab eis cõmuni debent appellari uocabulo:ut non meum quippiam ego:tu uero tuum:ille autem suũ:dicamus:sed nostrum quilibet:id nostrum esse dicat:ut codex noster:causa nostra:cucullla nostra:& opus nostrum dicatur. Nanq; si ab uno aliqua bona: siue spũalia:siue temporalia proficisci uideantur:illa tamen sibi uendicare minime debet:quoniam deus:a quo omnia bona ꝓcedunt: uel suorum cõfratrum obsecrationibus:uel ut illa cõfratribus cõmunicet dignatus est elargiri:& eo modo uel cooperantes sunt:uel coutentes sint secundum dei uoluntatem:necesse est:Non enim si scientiam: si sapientiam:siq; quodcunq; aliud donum summa dei bonitas cuipiã donat:id tribuit:nisi ut suorũ sit munerꝝ dispensator. Accedit ad hec quoniã charitas:qua in monasterio cõstituti feruere debẽt:sicut Apostolus Paulus ait:quæ sua sunt non quærit:accedit quoniam ut in altero præcepto assertum est:ꝓprietas ipsa rixarum: cõtentionum: litium:& omniũ deniq; est mater discordiarꝝ:quarꝝ uiri religiosi undiq; debent esse expertes. Accedit penarum terror:quibus proprietarii debent esse effecti. Nãq; & si omnium criminũ inflexibilis iudex ultor existat:huius tamẽ generis ꝓquãseuerus esse consueuit. Perinde iudã loculos habentẽ laqueo uoluit suspendi. Sic enim legimus in actibus Apostolorũ:& hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: & suspẽsus crepuit medius:& diffusa sunt omnia uiscera eius. Merces quippe iniquitatis Iude non tantum fuerunt illi triginta argentei: quibus uendiderat xp̄m: sed omnis pecunia ab eo furtim tanq̃m ꝓprietario sublata:perinde Anania & Saphira:defraudãtes p̄tiũ agri:& mẽtientes spiritui sancto coram apostolorũ cetu:& omnium assistentiũ turba:retrorsum cadentes uelut fulmine percussi mox expirarunt. In sacra etiã monachorꝝ cõtione apud egyptũ degentiũ:ubi sicut patres nostri scripserũt:circiter qnq; milia sacellorꝝ florebãt penitentiũ. Cuidam ex fribus cum centum solidis morienti cõmuni decreto dictum est. Pecunia tua tecum sit in perditione: quod quidam tremendum iudicium tradito sepulture Beatus Gregorius uni ex suis manachis cum tribus aureis decedenti omnino fieri iussit:quo etiam iudicio

Innocentius Pon.Max.fr**æ**tus:ſicut in capitulo:cum ad monaſteriũ.
de ſtatu monachoꝝ:exemplũ eſt:decreuit:ꝙ ſi proprietas apud quen
q̃ in morte fuerit inuenta:ipſa cum eo:in ſignum eterne perditionis:
extra monaſterium in ſterquilinio iuberet subterrari. Cæſarius quo
qꝫ refert:conuerſum quendam ordinis ciſterſienſis cum:e uita diſcede
ret dominicum corpuſ ſumere nõ potuiſſe:quoniã qnqꝫ ſolidos apud
ſe tenens non fuerat confeſſus. Quidam etiam monachus beatũ An
tonium in retinenda proprietate decipere ſatagẽs ab accipitribus:uul
turibus:& aliis rapidis auibus totus eſt dilaniatus. Sed quid alios cõ
memoro? Diuus præceptor & parens noſter Aurelius Auguſtinus:
q̃ ſeuerus improprietarios extiterit:ex ſententia in Ianuariũ aperte di
gnoſcitur:de quo ita in ſermone ad preſbyteros yponẽ.meminit. Ma
le inquit Ianuarius uixit:& male moritur? Quare uel quomodo ma
le uixit? quia quod ſuum non erat ſecrete tenuit. Quomodo etiã ma
le moritur:quia in fine ſe nõ cognouit:& obſtinatus in ſuo ſenſu no
bis ignorantibus teſtamentum fecit:& filium quẽ in ſeculo habebat:
ditauit:o utinam ſaltẽ in fine hoc nobis dixiſſet:ut orantibus nobis
ueniam impetraſſet. Nec eum feciſſe penituit: ꝓpterea de meis non ẽ
nec dum uiueret erat. Ligantes igitur manus cadaueris eius: ponẽtes
in panno centum & undecim ſiclos:quos in pariete cellule retinebat
abſcenſos:& flentes ſuper eum dicatis pecunia tua tecum ſit in perdi
tione. Non enim licet eam nobis ſeruis dei collocare:uł ponere in uic
tu:uel ueſtitu:uel in opere monaſterii:quoniam precium damnatio
nis eſt. Rurſus impoſſibilitas quam ſecum habet diſpenſandi:nos co
git ipſam proprietatem abdicare. Sic enim maximi pontifices contra
proprietarios regulares eodem capitulo:cum ad monaſterium acerri
ma extat ſententia. Abdicatio proprietatis ſicut & cuſtodia caſtitatis
adeo eſt: annexa regule monachali: ut contra eam nec ſummus pon
tifex poſſit licentiam indulgere. Et quãq̃ in maximo pontifice pleni
tudo inueniatur poteſtatis:ſuper proprietariis:cũ monachis diſpenſa
re poteſt minime. Poteſt quidem monachum de monaſterio extrahe
re:& ipſum non monachum facere. Poteſt cauſa legitima ſubſiſtente
ei tradere uxorem:tamen ut monachus ſit:& proprietarius:facere nõ
põt:nec miꝝ qa nl̃la uirtute etiã ſi ĩfinita ſit:alicui eẽnalia pñt auferri

Quis enim efficere potest:ut quispiam homo sit: & animal:seu rationalis non sit:neq; natura:neq; infinita summi dei potestas id ualet: Valet quidem deus sui præstantia hominem annihilare: At uero q homo expers sit animalitatis:expers sit rationis:non ualet.Sed omis approbate regule essentialia sunt obedientia:paupertas:& ipsa cōtinētie honestas:A nullo igitur regularꝫ genere:quauis uirtute hec tollūtur.Euitare ꝓprietatem insuper debemus:ut quātum inter carnales & spūales fratres intersit:agnoscatur.Illi enim quod cōmune est ꝓriūtur:isti quod diuisum erat cōmune efficiunt.Eorum quisq; quod suū est quærit.Hi uero non que sua sunt deposcunt: sed quæ ihesu christi.O quantū igitur hec ꝓpinquitas illi prestat.Nanq; illa deficit: ista crescit.Illa habet diuisionem:ista unitatem:illa cum seculo trāsit: ista cum eternitate manet.Presens item uita figura est illius:quā adipisci speramus. At enī in illa unum erit cōmune bonū.Vnum cōe gaudium.Vnum oīum btōrum pabulum:quo btī cōpotes efficiemur: ipa scilicet patris & filii & spūs sancti essentia:quæ summū & supremū est bonum:qm̄ infinita:incōprehensibilis:eterna: & mentium omnium est plenitudo . Quod si unū ibi est:a quo quod cuiq; opus est:accipiet:absurdum est:ut in monasterio degentes ꝓpria habeant & possideant:quinīmo sicut unum domicilium habent: ita unū uestiarium & unum habeant cellarium:oporteat.Quod si secus factū ab aliquibus fuerit:mentietur in eis.Illud apostoli dicentis. Scimus autem qm̄ cū apparuerit similes ei erimus:quoniā uidebimus eū sicuti ē. Sicuti est enī illū uidebimus:quoniā cognoscemus eū eē oē bonū:& nō ꝓpriū alicui:sed oībus cōe:qui desiderāt & cōcupiscūt eē boni.Omēs igit̃ illud cōe bonum cōiter possidebimus:si hic quoad fieri pōt oīa cōmuniter habebimus.Filii huius seculi:auꝝ:argentū:domos:familias:nomē grāde:potentiā:gloriā:& alia:q̄ ad huiusmodi potētatū spectāt:ꝑtiunt̃:& alter ꝓ his alteꝝ inuadit:quia humane mētis aciē explere nō pn̄t.Nos aūt qui religiosi sumus:hoꝝ cōtentione sublata nihil extra deū hr̄e debemus:quoniā nimis auarus ē:cui nō sufficit deus: qui pelagus ē:& abyssus isinita oīum bonoꝝ .Abiciāus igit̃ ꝓpetates frēs ne tā sublimis excellētisq; boni exptes fiamus.duo qppe sūt:tpale:& eternū:si tpaliū uolumus eē possessoꝝs:eternoꝝ neq̄q̄ erimus fruitoꝝs

Et ꝑpterea xp̃s dicit. Bt̃i paupes spiritu: quoniã ipoꝝ ẽ regnũ celorũ. Maiestatis item in celo presidentis efficientia ad abiiciendũ exectabile cõtagiosumq; proprietatis morbũ: cõseruandamq; com unitatis dignitatem nos etiam impellit. Non enim tantum sanctis dedit: deus solem & lunã & pluuiã & omnia nascẽtia terre: & oẽs fructus: qui oriunt' in ea: sed in cõmunione oĩbus hominibus dedit illa: qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. christus etiam saluator nr̃ non pro sanctis tantũ passus est: sed pro peccatoribus: impiis: & sceleratis: ascendit in crucẽ: & passione sua oẽs reuocauit ad uitam. Ideo ipsum oĩum redẽptorem recte predicamus: qui idcirco oĩbus hominibus sue pietatis opera fecit cõia: sicut ab Augustino in libro de salutaribus documentis preclare dissertum est: ut et bonum nostrum: & elemosine nostre: & charitas nostra: & pacientia nostra: & humilitas nostra: in cõmune omnibus hominibus distribuantur. Quamdiu ergo fuerimus in hoc mundo faciamus bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei: & oremus pro inimicis nostris: & bonum pro malo restituamus. Quod si ad totam uniuersi multitudinem nostrorum operum communionẽ iubeamur referre: q̃to magis id in uno degentibus monasterio seruandum est. Gentilium etiam exempla quantum nos in monasterio constitutos ad pestiferum uirus proprietatis fugiendum ꝯmoneant: preceptorem nostrum in libro de operibus monachorum audiamus dicentem: Si huius terrene rei publice principes preclarissimo litteratorum suorum eloquio predicari solent: q rem communem uniuersi populi sue ciuitatis primates suis rebus sic anteponebant: ut eorum quidam Africe domite triumphator: quid nubenti filie daret nõ habuerit: nisi ex senatusconsulto de publico dotaretur: quo animo esse debet in rẽ publicam suam. Ciuis eterne illius ciuitatis Hierusalem celestis: nisi ut illud ipsum quod propriis manibus elaborabit: in commune cum fratre habeat: Et si quid ei defuerit: đ communi suppleat. Dicens cum illo. Cuius preceptũ exemplũq; secutus ẽ: quasi nihil hñtes et oĩa possidẽtes: & ĩ tractatu đ spiritualibus margaritis iubet. nẽo ex opeř suo aliqd sibi approꝑet: ap̃lica. n. uita optãus uiueř: si qs aũt ꝯtrafecerit furti iudicio cõdẽnet'. & si correctus nõ emẽdauerit đ ur̃a societate abiiciat'

Et in sermone primo de cōi uita clericoꝝ: qualis esset uita sua: ostēdēs dicit. Ecce quō uiuimus: nulli licet in societate nostra habere aliquid ꝓpriū: quem uiuendi modum: nō solum dum heremi cultor cū suis fratribus eēt: retinuit: sed etiā dum antistes in sua cōmoraretur ecclia: ꝓpterea in sermone de tribus generibus monachoꝝ sibiipsi de paupertate cōgratulatus: hoc pacto suos fratres alloquit᷑. Igit᷑ fratres mei: licet in cathedra epāli me uideatis: pauptatem mihi tamen carā spōsā tenere cōgratulor: quia ipa est sponsa xpi: scōꝝ possessio: btōrū uita fidelium securitas: clericoꝝ ornamentū:: mōachoꝝ uita: nobiliū pulchritudo: diuitum magnificētia: hec ē.n. illa sancta pauptas: quā qui tenet & amat: nulla potest indigentia laborare. Nec miꝝ fratres: quia ei datur oium dominus possidendus: qui est oibus in se sperantibus thesaurus in paupertate: solatiū in solitudine: gloria in abiectiōe: honor in cōtemptu: & in omni ꝓtectione umbraculum: quem quidē ut nude expediteq; diuus Hieronymus sequeretur: quid egent sua indicant uerba Ego inquit non accipio hereditatem inter ceteras tribus: sed quasi sacerdos & leuita uiuo de decimis: et altari seruiēs: altaris oblatione substentor: habens uictum & uestitum his cōtentus ero: & nudam crucem nudus sequar: btī.n. pauperes spū: quoniā ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Hinc egregius doctor Ambrosius cōcitatus ī libro de uiduis ait. Etenim quibus nihil est proprium: nihil deest. Breue quippe uerbum: sed grande & ueracissimū uerbū: quoniā ipsoꝝ est regnū celorum: ubi oia sunt oblectamenta bonoꝝ: ipsoꝝ est deus: qui omis est bonitas per essentiam: ipsoꝝ est uera & eterna btītudo: que est status omnium bonoꝝ aggregatione perfectus: perinde preceptor noster in eodem sermone ad eam nos hisce uerbis hortatur. Estote igitur pauperes fratres mei: quoniā exaudiuit dominus pauperes: & p̄parationem audiet auris sua. Tunc.n. uere pauperes spū eritis. Tūc uere btī: tunc benigni: tunc obedientes: tunc ueraces: tunc non ficti: tunc ab omni malo ignari: si uere corde: & opere: pauperes inueniemini. & q̄q̄ pauperes et exptes ꝓprietatis eē debeamus: tñ quādiu hic peregrinamur pro hac uita substentāda: ad uictum uestitumq; ordinata: nobis sunt opportuna: idcirco adiecit.

Textus quartus. Augustinus

T distribuatur unicuiq; uestrum a ꝓposito uestro uictus & tegmentum.non equaliter omnibus.quia non equaliter ualatis omnes:sed potius unicuiq; sicut cuiq; opus fuerit.sic.n. legitis in actibus apostoloꝝ:quia erant eis omnia cõmunia: & distribuatur unicuiq; sicut cuiq; opus erat.

Commentum quartum Ambrosius

N sacro apostoloꝝ collegio:ut expeditius possent uerbo dei uacare nõnulli fuerunt ad ministrandum instituti:sic preceptor noster sua uoluit ordinare monasteria: ut in eis alii uacarent spiritualibus:alii uero temporalia ministrarẽt.Et ideo alios uoluit esse præpositos:alios subditos.Præpositorũ officium est: subditis temporalia ministrare:que ad uictum spectant & tegmentũ: sicut i ꝓma parte huius textus aperte insinuat᷑.Subditorũ autem officium ẽ: ut Vgoni placuit:spiritualibus studiis insistere:utpote lectioni: orationi:& cõtemplationi uacare:In psalmis hymnis & canticis spiritualibus celesti dño quottidie deseruire.Que & si uera esse uideãtur: nõ tamen præpositi ab his spiritualibus absoluũtur studiis.Cum & ipsi omnium optimarũ actionũ aliis exemplar esse debeãt: sicut nec subditi ab officio ministrandi:si eis fuerit iniunctũ:cum ꝓprium sit subditorum in quibuscunq; honestis:suis obedire prælatis.Et metienda sunt uerba magna sapientia cõscripta. Prout dicit unicuiq; uestrũ ui ctus & tegmentum a ꝓposito uestro distribuatur:neminem excipit: quia in præpositi mente nulla debet esse ꝑsonarum exceptio: quia si omnes in monasterio cõstituti altari seruiunt:omnes de altari uiuere debent:si omnes laboramus omnes mãducare debemus: qm̃ ut dñs ait:dignus est operarius mercede sua.Quod si inter nos quispiam nõ laborans inueniat᷑:iuxta apostoli sententiã:non mãducet.Et ideo caueat unusquisq; uiuere de annona xp̃i:nisi laboret in seruitio xp̃i: q̄ si nõ laborat & mãducat:tanto maioris criminis efficit᷑ reus: q̃to dei beneficia sumit indignus.Propterea sanctus dauid nos excitãs dixit

Surgite postq̃ sederitis qui mãducatis panem doloris. Oportet ergo ut diligenter ei seruiamus: a quo pascimur: si sine aĩe periculo: quod nobis distribuit᷑ sumere uolumus. Et nocanter diximus diligenter: quia maledictus homo: qui facit opus dei negligenter. Heus fratres si tanto studio mũdani subditi: suis ꝑncipibus seruiunt: ut nullis parcant laboribus: ut eis possint cõplacere: & ab eisdem aliquid humane & caduce mercedis suscipe: q̃to magis nos principi nostro: creatori nostro: redemptori saluatori & glorificatori nostro: a quo innumera bona suscepimus: infinita & etærna speramus esse de ꝓximo suscepturi: omni studio: oĩ conatu: omni deniq; affectu seruire debemus: & quippiam boni opis offerre: quod sue celsitudini & eius infinite libeat maiestati. Pensemus ergo ad quid nobis uictus & tegmentũ distribuit᷑ ut sit totum desideriũ nostrũ. ꝑmũ querere regnũ dei: & iustitiã eius Propter quod & hæc oĩa adiiciunt᷑: Et ait uictus & tegmentũ: q̃m his duobus sicut gentiũ doctor & uas electionis Paulus monuit cõtenti esse debemus: necessaria nobis non supflua distribui iussit: q̃m per necessaria quippe humana substẽtat᷑ uita: sed p supflua nostra submergitur aĩma: p necessaria ducimur ad supna: p supflua labimur ad infer na: & ideo a nostro saluatore: non thesauros: non prædia: nõ lapides ꝑciosos: nõ delitiosum pabulũ: nõ quecũq; supflua: sed panẽ quotidianũ idest necessariũ uictũ a suo patre cœlesti sua in oratiõe docemur postulare. Distributio aũt illa qualiter sit facienda declarat cũ subdit.

Textus quintus — Augustinus

On æqualiter oĩbus: quia nõ æqualiter ualetis oẽs: sed potius unicuiq; sicut cuiq; opus fuerit.

Commentum quintum — Ambrosius

Ontingit aũt in monasteriis diuersaꝝ cõplexionũ & conditionũ eẽ hoĩes: ut alii debiles: alii robusti: alii infirmi: alii sani: alii nobiles: alii rusticani: alii alta sapiẽtes: alii ignari: alii soli cõtemplationi dediti: alii in actione solliciti: alii humiles: alii superbi

alii facile corrigibiles:alii in suo sensu obstinati:alii ad omne bonum opus promptissimi atq; feruentissimi:alii nõ mõ tepidi: sed frigidissimi maneant. Prudentis aũt prælati est:has differentias suoꝝ subditorum discernere:quo prout unicuiq; opus est:idest ꝓut eius exigit cõditio:& ꝓut postulat indigentia:ꝓuideatur. Vñ si in sæculo delicate nutritis: aut infirmis:aut in ꝑdicando:docendo:monendoq; occupatis aliquid delicatioris alimenti tribuat᷑:quod aliis fortioribus:ignobilioribus:& manuũ actionibus deditis forte non dat᷑:talis rephendi ñ debet distributio:quoniã ñ equaliter ualẽt: ñ equaliter opant᷑:ñ eq̃liter sapiũt:dũmõ unicuiq; ꝓut opus fuerit:non deneget᷑:diligẽter semp aduertendo:ut tantũ unicuiq; tribuat᷑:ut nutriatur:& nõ habũdet:abundãtia enim rebellẽ facit carnẽ spiritui:quod dei seruo ꝑcauẽdum est maxime. Et ideo in distribuẽdis rebus talis est seruãdus modus:ut corpus sic nutriat᷑ ut seruiat:sic repmat᷑ ut non supbiat:sic reseruetur necessitas nature:ut abscidatur supfluitas cõcupiscẽtie: sic aspiciãtur ad decus religionis:ut in monasterio seculares nõ uideamur non enim opus est alicui monasteriũ ingredi:si blãda:si lenia: si mollia:si delicata:si & alia quæ carnem fouent:que mentẽ depmunt:q̃ in sæculo querrebat:in monasterio exposcat. Et ut suũ ꝑceptũ maioris habeatur firmitatis:ap̃lica auctoritate ipm corroborat dicens. Sic enĩ legitis in actibus apostoloꝝ:quia erant illis oĩa cõia:& distribuebat᷑ unicuiq; sicut cuiq; opus erat. Vñ diui Luce euãgeliste sacroꝝ ap̃loꝝ describentis actus uerba sunt ista. Multitudinis credẽtiũ erat cor unũ & aĩa una. Nec quisq̃ eoꝝ que possidebat aliquid suũ esse dicebat: sed erant illis oĩa cõia. Neq; enim egens quisq̃ erat inter illos. Quotquot enĩ possessores agroꝝ:aut domoꝝ erãt uẽdentes:efferebãt ꝑtia eorũ: que uẽdebãt:& ponebant añ pedes ap̃loꝝ. Diuidebãt aũt singulis ꝓut cuiq; opus erat:quẽ quidẽ scripture locũ scũs Augustinus suis uolens imitatoribus regulã dare:sicut in ꝑmo sermone de cõi uita clericorũ inquit. Primo p Lazarum dyaconũ legi fecit. deinde per semetipsum legere uoluit:subiungens. Audistis quid uelimus:orate ut possimus. Tota itaq; diui pñtis nostri Augustini fuit intẽtio:ut saluatorẽ nr̃m:eiusq; scõs ap̃los in cõione seruãda qnoad fieri potuisset imitaretur. Testat᷑ hec reg̃la:testant᷑ sermões. testant᷑ & alia multa documẽta

diuersis in locis ab eo conscripta. At enim in sacro illo aplorum cetu: quatuor in praefatis uerbis insinuant fuisse comuniones. Vna quidē localis quoniā dicit multitudinis credentiū in unū .s. p cohabitationē cōgregate. Vñ sicut in actibus Aplorum dicit. xi. Apli post resurrectionē domini simul habitauerunt in Hierusalē in cenaculo grandi strato: & erant oēs ibidem pseuerantes in orōnibus cū mulieribus & maria mře Iesu: Oēs enim tam aplī: q̄ alii discipuli: necnon & mulieres in ea regione Hierusalē habitabāt: quae dicit Mello. s. in monte syon: ubi Rex Dauid suū cōstituerat palatiū: ibi cenaculū illud erat: In quo sanctissimi aplī cum matre dn̄i habitabant. Discipuli aūt & aliae mulieres iam circūiacētibus cōmorabant locis. In eo cenaculo in die ascēsionis suae: xp̄s eis apparuit pcipiens: ut inde egressi in montem oliueti ad suam aspiciendā ascensionem cōscenderent: quē cum uidissent ad idem cenaculum maximo cū iubilo sunt reuersi: in eo usq̄ ad diem sanctae pēthecostes habitantes: Tunc uero ibidem in centum & uiginti in unū cōgregatos in linguarum ignearum specie tonātibus coelis: cardinibus terrae tremētibus: uelut fulgur corruscās: eorum corda succendens: mentē replens fiduciam donās: oium gentiū sermonem tribuens: ut i oibus finibus terrae saluatoris mundi: indefessi: intrepidiq̄ essent pcones: e coelo missus sps sanctus descendit. Altera cōmunio unionis est spiritual: cum scilicet unum cor & unā aiam habentes in deo unius moris: unusq̄ obseruātie in cōi consistimus: que non nisi auctore deo fieri pōt: sicut de ipo sanctus loquitur Dauid dicens. Qui habitare facit unius moris in domo. Hec tanto pma est pstantior: q̄to unio plurīū mentium in uno deo: maior est: q̄ plurium corporum i uno loco: quātū aīma corpus & deus oēm creaturam circūscribentē locum antecellit. Nec pma quippiam ualet sine altera. Perinde Augustinus in sermone de filio prodigo inquit. Cogitate fratres ad quid uenimus: ecce in solitudine sumus: elongati agentibus sumus: & longo tempore iam māsimus i solitudine: ut secundū aplicam formā remotius uiuere ualeamus: Locus enim non facit scōs: sed bona opatio locū sanctificat & nos. Peccauit enim angelus in caelo: peccauit Adam in paradyso: & tñ nullus locus sanctior illo erat. Si eni loca habitatorē tueri possent: pfecto nec hō: nec angelus a dignitate sua corruissent. Ob eam tē carmē illud dauid

Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum habitare fratres in unum: nõ tantũ ad
corporalem habitationem: q̃tum ad unionem referendũ est animorꝫ
Quid enim ꝓdest moribus ad ꝓposito diffidentes: uno domicilio
cõiungi? Hanc mentiũ unionem beatus Lucas euãgelista insinuauit:
cum dixit. Erat cor unũ & aĩa una. Per cor quidẽ unum: unam intelle
xit uoluntatẽ: qm̃ sicut cor carneum: ut physici aiunt: omniũ motuũ
corporalium est ꝑncipium: ita a uoluntate omnes siue bone: siue ma
le spũales emanant actiones: & eo pacto increate sapiẽ intelligenda ẽ
petitio cum dixit. Fili da mihi cor tuum. Per animã uero unã: unifor
mitas est uite intelligenda: qm̃ ut a pæripateticis p̃clare assertũ ẽ. Aĩa
ꝑncipium est: quo ꝑmo uiuimus. Illi ergo unam debent habere aĩam
quoqꝫ uita: hoc est uiuẽdi forma ẽ una. Si uero in cõuẽtu aliquo ego
meam: tu tuam: ille uero suam uitã ducimus: uestre diuise erunt aĩe:
diuersi mores: diuerse cerimonie: diuerse sententie: diuersi modi uiuẽ
di: quo fit: ut si in una habitemus domo quod ad ꝑmam ꝑtinet uni
onem: non tñ unius sumus moris in domo: quod ad alteram spectaf
docuimus. Fit etiam ut uita nostra: non aplica: sed cõfusio babyloni
ca: nõ Augustini regula: sed abusio anormala: non ordo: sed horror
merito censeatur. Tertia cõmunio tꝑaliũ est possessionum: qñ uideli
cet eorum nemo: qui in scõ placito habitant aliquid habet ꝓpriũ: sed
eis oĩa sunt cõia: que ab ipo rationalis creatuf exordio summi dei: na
tureqꝫ fuerunt iuribus ꝓgenita. Vnde Augustinus in cõmentariis su
per Iohannẽ inquit: dñi est terra & plenitudo eius: paupes & diuites
deus: de uno limo fecit: & paupes & diuites terra una sustẽtat. Iure au
tem humano hec dicit domus mea: hec uilla mea: Tolle ius Impato
ris: & quis audet dicere hec uilla mea est: Perinde diuus Clemens Põ
tifex Maximus ait. Vsus omniũ q̃ sunt in hoc mũdo oĩbus hoĩbus
debet esse communis: sed p iniquitatẽ alius dixit hoc esse suum: aliud
uero istud. Plato quoqꝫ iure diuino imbutus dixit: Sicut non põt di
uidi aer: nec solis splẽdor: ita nec reliqua: que cõmuniter data sunt ad
habendum: diuidi debere: sed habenda esse cõia: Ideo rem publicã sic
instituit: ut in ea nihil inter ciues haberetur ꝓprii. Diogenes etiã cũ
oĩa penitus reliquisset: Alexandro multa pollicenti respondit. nihil a
te de ceteris uolo: dũtaxat mihi uelĩ: ut soli nõ obstes. Cratõ. Socrates

Pytagoras: & multi alii philosophi hãc cõmunitatem: proprietatisq;
abdicationem sic abdicarunt: q; omni relicto patrimonio solius uir
tutis se fatebantur esse possessores: huius cõmunitatis ablectamentis:
Cicero affectus. Dulcissimam omnium possessionum cõmunem asse
uerauit. Propterea in primo officiorum libro etiam inquit. Sunt aũt
priuata nulla natura: sed aut ueteri occupatione: ut qui quondã in ua
cua uenerunt: aut uictoria: ut qui bello potiti sunt: aut lege: aut pacti
one: consuetudine: uel condicione: uel sorte. Hanc senatus ille sanctis
simus aplorũ a christo fuit edoctus: & eam in scriptis redigẽs. Scriba
dei Lucas dixit. Nec quisq̃ eorum quæ possidebat aliquid suum esse
dicebat: sed erant illis omnia cõmunia: cuius figuram in libro nume
ri legimus: ubi mandatum fuit: ut sacerdotes & leuite solum de decis
uiuerent: nihilq; nisi in cõmuni possiderẽt. Postrema cõmunio penes
distribuendi proportionem attenditur. Duplex enim apud philoso
phos genus reperit' æqualitatis: alterum quod ad eandem quãtitatẽ
alterum quod ad quãdam pportionalitatẽ refertur. Primum ad iusti
tiam cõmutatiuam: in qua rei ad rem fit comparatio. Alterũ uero ad
iustitiam distributiuam spectat: in qua rerũ ad psonas: earũq; condi
tiones cõsideratur pportio: quã nos respectum quendã indigentie re
cte possumus appellare: itaq; q̃to qualiq; unusquisq; secundũ sui cõdi
tionẽ indiget: tantũ taleq; sit ei cõferendum. Vñ quia plus sani come
dere cõsueuerunt: q̃ infirmi: plus alimenti sanis: q̃m infirmis ẽ tribuẽ
dum: & quoniã debilior est ad digerendũ uirtus infirmorũ: q̃m bene
ualentiũ: equũ est: ut illis delicatiora: istis uero grossiora tribuant' ci
baria. Et id est quod in lectõe actuũ subditur aplorũ. Neq; enim egẽs
q̃sq̃m erat inter illos. Et infra. Diuidebãt aũt singulis put cuiq; opus
erat. Maximus igit' doctor Augustinus pspitiẽs suo tpe aplice cõmu
nionis obseruãtiã extra fines ecclesie serme exulasse: & timens ne ipo
sterũ pter prauã hoĩnũ cõditionẽ in nihilũ redigeret': eã instaurare
decernẽs: reglam summa pditã discretione: & in actibus aplorũ funda
tã cõscripsit: in q̃ qdem impmis post charitatis pceptum: eã quatrisa
riã cõitatẽ quãq̃m sub aliis uerbis: iussit obseruari. Primã qdem cũ di
xit hæc sunt: q̃ ut obseruetis pcipimus in mõasterio cõstituti. Primũ
ppter quod in unũ estis cõgregati: ut unanimes habitetis in domo.

Secundam cum subdit. E sit uobis aīa una: & cor unum in deo. Terti am cum adiecit. Nec dicatis aliquid ꝓprii: sed sint uobis omnia cōia Quartam cum postremo adnectit. Et distribuatur unicuiq; uestrum a ꝑposito uestro uictus & tegmentū: non equaliter oībus: quia nō eq̄ liter ualetis oēs: sed potius unicuiq;: sicut cuiq; opus fuerit. Quibus sane Augustinus aplīce uite instaurator dici pōt. Nam licet ante eum plures patres maxime sanctitatis extiterunt: nullus tñ uiuēdi formā: sup aplicis cardinibus sancitam ante ipm tradiderat: quod & ipe ī ser mone de tribus generibus monachoꝝ testat᷑ dicens. Videte fratres ꝙ ante me fuerunt patres multi: quos imitari debemus: nō tñ sicut ego sed aplicam uitam alios uiuere docuerunt. Caput igit᷑ & ꝑncipiū om nium uestrum sed aplīcam uitam me dicere non erubesco: nō te pige at eos sequi: & imitari in oībus: Attendentes tñ omnia cōmuniter ha bere & possidere: quia in celsitudine pauptatis uiuentes non licet: nisi ut unum sit cor: una aīa: & oīa cōmuniter possidere. Illud aūt quod ī ꝑfata lectione de actibus Aplōꝝ legitur. Neq; enim egens quisq̄ erat inter illos: ad illud refertur: quod sequit᷑: quia diuidebant singulis ꝓ ut cuiq; opus erat. Quod non est sic intelligendū: ut sic abundāter di stribueret᷑: ut nullā haberent indigentiā: cum etiam de ipsis aplīs scri ptum sit: ꝙ seruiebant deo in fame: siti: frigore: & nuditate: sed poti us ad aīmi affectum circa deū est referendū. Nāq; in ꝑmitiua ecclesia tanta erat gr̄e spūalis abundātia: ut non solum illicita desideria: uerū etiā corporales naturalesq; appetitus in eis extingueret: ut & illi non solum fortune bona: sed seipos penitus abnegarent: ut nō solū modi co cōtenti essent: sed ipm quod nihil habebant ꝓ summis reputarent deliciis: iuxta illud apli. Tanq̄ nihil hn̄tes: & oīa possidentes. Chari tas enim q̄ oīa suffert: dilectō dei: q̄ fortis est: ut mors etiā in summis necessitatibus: laboribus: & angustiis: cōstitutos cōpotes faciebat. per inde eoꝝ paupiatē cū oīum ꝑncipum deliciis mīe contulissent. Peride iubilans Paulus dicebat. Magnus quæstus est pauptas cum sufficien tia: hn̄tes igitur uictus: & quibus tegamur his cōtēti sumus. Perinde sanctissimi apl̄i agroꝝ ꝑtia: qbus fideliū ꝑdia uendebant᷑ nō in mani bus: ut de illis cupidi essent: sed ante eorum pedes: tanq̄ eorum cōtēp tores apponi iubebant.

Textus ſextus Auguſtinus

Vi aliquid habebant in ſæculo:qñ ingreſſi ſunt monaſteriũ
libenter uelint illud eſſe cõe.

Commentum ſextum Ambroſius

Poſtoli ut diximus iubebant:oĩa bona eorum:qui ad fidem
cõuertebant᷑ uendi:& illorum pretia ante eoꝝ pedes deponi:
& cõſignari:ac deinde diſtribui:ſecundum uniuſcuiuſq; indi
gentiã.Hunc ꝑciſe modũ Auguſtinus in ſuo canone non iuſſit: quo
niã ꝑſpicaci mente conſiderabit:modum illum non fore diuturnum
Non enim maxima multitudo hominũ diu uiuere potuiſſet ex ſolis
p̃tiis uenditoꝝ agroꝝ:quoniã illis cõſumptis non facile alia uenden
da prædia donarent᷑:ſed ei æqualentẽ modum mãdauit:ut qui mõaſ
terium ingrederent᷑:ea quæ haberent in ſæculo:monaſterio libenter
donarent:libenterq; uellent illa oĩbus ibidẽ uiuentibus eſſe cõmunia
Ille modus apſoꝝ tunc temporis congruebat:ut qui xp̃m ſequi uole
bant:tantum bonum eum eſſe intelligerẽt:ut omnis mũdi theſaurus
eius gratia foret cõtennendus:ut in uſum ponerer᷑ conſiliũ xp̃i dicen
tis.Qui non ſolum poſſeſſores:domos:& agros:ſed etiam patrem &
matrem:fratres & ſorores:adhuc autem & animã ſuam ꝓpter me nõ
reliquit non eſt me dignus:ut extirparent:penitus de eorũ mentibus
inueteratam rerum mundanarũ cupiditatem.Nanq; Iudaicus ille po
pulus ſaturniam ſequens naturam auaritie & cupiditati ſemp deditus
fuit:& ideo ut non ſolum res:ſed rerum deponerent affectum:oĩa eo
rum bona uendi:& eorum pretia tanq̃ uiliſſima in terram ꝓiici man
dabant.Rurſus modus ille in Hieruſalem conſentaneus erat:& tẽpo
ri illi uehementer expediẽs:quoniã apl'i ſpũſ ſancti afflatu ſciebant ec
cleſiã que erat in Hieruſalẽ:tum ꝓpter inſtantẽ ꝑſecutionẽ Iudeoꝝ:tũ
ꝓpter iminentẽ deſtructionẽ ciuitatis:necẽ diſpſionẽq; populi illius
hæbreoꝝ:fore de ꝓximo diſpgendã:& ad gentiles eſſent ꝓfecturi:a
pud quos fidem xp̃i nunq̃ defecturam fundarent:& ob eã cãm in iu
dea hic p̃dia minime expediebat:ſed uendebantur: ut eoꝝ p̃tiis faltẽ

2

pro illo breui tempore uiuere potuissent. Sed Augustio modus quē in regula posuit decentissimus uisus fuit: quoniam diutissime durare & ab omnibus æquo animo obseruari poterat: necnon suo tempori satis conformis: expedit enim legislatorem: ut temporis congruētiæ sua accomodet præcepta: unde cōmunitas hæc: & proprietatis abdicatio multos multiplicesq; successus subiuit. Christus nanq; primus: euāgelicæ paupertatis fundator: q̄q̄ dn̄s oīum rerū existeret: essetq; ipse rex regum: & dn̄s dominantium: non solum quo ad deitatē: uerumetiā quo ad humanitatem: nullius tamen rei in hoc mūdo uoluit se possessorem ostendere: immo ut ueram profundamq; omnibus predicaret paupertatem dixit. Vulpes foueam habent: & uolucres celi nidos: filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum. Et rursus qui non renuntiauerit oībus: quæ possidet non pōt meus esse discipulus. Propter quod apostoli quicquid possiderant eū sequētes reliquerūt. Quo circa Petrus in omniū persona ita confidenter locutus est. Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Viuebant enim omnes simul cum eorum: immo cum omni magro ex elemosinis: quas de fidelium suscipiebāt facultatibus: pinde Lucas euāgelista narrat. Quo pacto quedam sancte mulieres sequebantur xp̄m ut ei de suis facultatibus ministrarent. Hæ quidem erant Maria Magdalena: Marta: Iohanna uxor Chusæ procuratoris Herodis: Susanna & aliæ plures: quæ a christo de diuersis languorum generibus beneficium susceperant sanitatis. Post uero christi resurrectionem: apostoli eum modum uiuendi instituerunt: ut inter eos nihil esset proprii: sed de pretii uenditorum agroꝝ: sicut Lucas recēsuit unicuiq; prout opus erat distribueretur. Deinde cum per apostolorum predicationem credentiū creuisset mltitudo: & de alienigenis diuersisq; gētibus ad xp̄i fidē multi cōfluxissent: ob īueterat ā eorū gētilitatē: & ut tenacius fidei erudimēta seruarēt: nil aliud eis imponebant: nisi ut a fornicatiōe: rapinis: a sanguis suffocatōe: & idoloꝝ īmolatōe se abstinerēt: atq; ob eā libertatē: q̄ gentibus ꝑpter eoꝝ infirmitatē īdulta: primus ac scūs ille feruor etiā apud pfectos friguit: existimātes id: qđ erat gētibus ꝑ ī sir mitate cōcessū: sibi etiā licitū extitisset: utpote p̄dia: domos: & agros ꝑ eoꝝ usibus rtinerēt. locupletatis aūt a cōstātio ecclīis: cunctis laicis

habere ꝓprium a Siluestro Pon. Max. fuit concessum: dūmō annuas decimas suis soluerent sacerdotibus adhuc in cōi uiuētibus. Sed cres cente clericoꝝ auaritia uita cōi mē contenti: ceperūt sicut laici ꝓpriū hr̄e: quod uirus ita paulatim subrepit: ut nulla amplius seruaret̄ inter sacerdotes cōitas. Quod Augustinus uidens ingemuit: & cōtemplās q̄ta fuerat aplice cōmunionis pfectio: ut ipam saltē ī suis frībus: & cle ricis sibi subiectis eā instauraret: statutū fecit de nō hn̄do ꝓpo: iubēs deinde in regula: ut quicqd in sæculo haberent: cum monasteriū igre derent̄: libenter uellent illud esse cōe. Dignum enim uidebat̄: ut Hu go ait: ut qui cōmunē habebant gratiā: cōmunē haberēt & substantiā & quibus unus erat spūs: unus esset & sumptus: Et ut totius precepti clarior habeatur expositio. Sane aduertendū est: ꝙ in seculo manētes duo hn̄t: bona. s. terrena: & eorum affectum: cū monasteriū ingrediū tur utrunqꝫ in monasterio offerre altissimo debent: bona quidem ut sint cōia maiestati eius famulantibus: affectum ut non amplius illa: ut sua: sed ut cōia diligant: & quia bonum quāto cōmunius: tanto ꝓ culdubio melius: ideo plus illa in monasterio: ꝓ cōmunione fratrum curare tenent̄: q̄ si illis in proprium cōmodū in sæculo uterent̄: ꝓp terea præceptor noster in sequentibus dicet. Oīa uestra opera in unū fiant maiori studio: atqꝫ frequētiori alacritate: q̄ si uobis singuli ꝓpria faceretis: hæc enim illa duo sunt: quæ dn̄s in euāgelio p̄cepit: cum di xit: qui non renuntiauerit oībus quæ possidet: non pōt meus esse dis cipulus: quoad ꝑmum scilicet possidendi facultatem. Et iteꝝ q uult uenire post me: abneget semetipm̄: quo ad secundum. s. retinendi affe ctionem. Non enim sufficit exteriorem relinquere substantiam: nisi intetiorē abscidamus cōcupiscētiā. Et sane abiecit libenter: qm̄ hylarē datorē diligit deus: nec suæ celsitudini grata sunt coacta sacrificia. hec tria igitur tua facient munera grata: si rerum substantia: si earum affe ctum: si cum mentis hylaritate offeres: libēter igitur & oī cum affectu debemus terrena dare: ut possimus celestia cōparere. his tribus regnū cœloꝝ emit̄: etiā si ꝑmum exiguum sit: dummō altera duo in archa no feruēāt mētis. Eteni regnū celoꝝ tantū ualet: q̄tū habes. Nihil uti lius emit̄: nihil carius possidetur. Nihil a te postulat uberrimus re munerator deus: nisi quod largiri potes: Nihil iubet: nisi quod ad

ĩplere uales. Si exteriora non habes: quæ dones interiora non desunt que offers: que tanto erunt illi summo principi deo gratiora: quanto hæc illis sunt quippe pstantiora.

Textus septimus — Augustinus

Vi autem non habebãt: non ea que erant in monasterio que nec foris habere potuerunt.

Commentum septimum — Ambrosius

Ræcognouit præcellentissimus doctor ad monasterium mĺ
tiplicium hominum genera fuisse uentura: nec omnes: qui il
luc se conferunt: diuino ducerentur spiritu: qnimmo aliqui monaste
rium ingrederentur labores mũdi euitantes: ac etiam de rebus ad ui
ctum uestitumq; spectantibus diffidentes: quibus dicitur ut non pre
sumptuose: nõ arroganter in monasterio uiuant: nec se erigant ad ea
postulanda: quæ foris hoc est in seculo habere non potuerũt. Discre
ti tamen prælati charitas suppleat: ut eorum necessitati presertim tem
pore infirmitatis: quod opus fuerit: minime deneget. Iccirco mox ab
iecit: Sed tamen eorum infirmitati: quod opus est tribuatur: etiam si
paupertas eorum: quando foris erant: nec ipsa necessaria poterant iue
nire. Charitas quippe illud esse indumentum preciosissimum atq; ã
pliissimum describitur: quod omnia operit. Et ideo pauperes & diui
tes: magnos & paruos: doctos & ignaros: nobiles & iguobiles: cũ ne
cessitas affuerit: eadem debemus charitate complecti. Nanq; omnes q
ad christi accedunt seruitium: equum est: ut de christi uiuant muneri
bus. Dignus est enim operarius mercede sua. Ft licet pauperes aliqui
quoad terrenam substantiam ad monasterium accedant: tamen pleri
q; effecti diuites sunt: quibus iubetur: ut propter deum ipsum dimit
tant. Vnum enim de secunda tabula mandatum est: ut non concupis
ces: concupiscentia eni rerũ terrenarũ atq; fluxibiliũ: satis est ad cõseqn
dam æternã damnationem. Hinc scriptum est: qui uiderit mulierem
ad concupiscendam eã: iam mechatus est: hinc Beruardus ait. Viscus

quidē praui desiderii:& delectatōis terrene aīam uolare non patit᷑: & citius retrahit mentem:si forte aliquando subleuatur. Propterea speculator nostrarum intentionum deus:plus ad nostram attendit intētionem:q̄ ad ipsam substantiam exteriorem:propterea ab eo enuntiatum est. Beati paupēres spiritu. Propterea a nobis cor expostulat. Nā qꝫ ex omnibus creaturis:quæ sub sole sunt:nihil humano corde sublimius:nihil nobilius:nihilqꝫ deo similius repitur:iure igitur nihil aliud a te querit nisi cor tuum

Textus octauus Augustinus

Amen non ideo putent se esse fœlices:quia inuenerunt uictū & tegmentum quale foris inuenire non potuerunt.

Commentum octauum Ambrosius

Vibus fratres istos conferre possumus:qui ꝑpter corporis necessitatem:non ꝑpter anime salutem ueniunt ad mōasteriū: qui non mentem:sed uentrem replere desiderant. Qui se felices ideo putant:quia inuenerunt in monastario uictum & uestitum: qualem in seculo inuenire non potuerunt. Tales quippe Beluis comparamus:quæ omnem eorum appetitum ad ingluuiem dirigunt. Tales de numero sunt epicureorum:qui eorum fœlicitatem in uoluptate sanxerunt. Tales utiqꝫ sunt:quorum ut inquit aplus deus uenter ē Ad hos xps direxit sermonem:cum dixit: Queritis me non quia uidistis signa:sed quia manducastis ex panibus meis Absit igitur frēs: ut in monasterio simus:ut bene r̄ficiamur:bene uestiamur:bene dormiamus:& bene nobis temporaliter sit. Nonne tunc nobis illa saluatoris conueniret sententia. Amen amen dico nobis:recepistis mercedem uestram. sed Absit:ut hic finis:hic merces:hic & præmium nr̄arum sit operationum:ut nos simul cum illis hic fine claudamur. Caueamus igitur concupiscere terrena:ne amittamus cælestia. Non desideramus temporalia:ne priuemur æternis. Ieiunemus igitur breui tēpore in mōasterio:ut ī æternū epulemur ī celo. Exurire debemus hic

ut satiemur cum apparuerit gloria dei. Nõ.n.nobis tunc illa dari sati etas poterit:q̃ nr̃a erit felicitas:nisi nos hic prius afficiamur p̃simonia Vnde beatus Hieronymus difficile immo impossibile eẽ dicit: ut qs de delitiis ad delitia transeat:ut in utroq; seculo maneat gloriosus:ut hic uentrem: ibi mentem plenã habeat: ꝑpterea terrena tantũ nobis debent esse in usu:ut uiuamus:non uiuere ut illis fruamur Dauiticæ monitioni obtemperãtes. Diuitie si affluant nolite cor apponere. Nã q; illud cui unusquisq; suum cor apponit:proculdubio efficit͛: dicente p̃re nostro Augustino. Si terram diligis:terra es: Si deũ diligis: deus es. Et rationem alibi adiecit:quoniã profecto tanta est uis amoris: ut amantem transferat in amatum:sitq; uniuscuiusq; amor: pondus amãtis:ut eo feratur:sicut eidem placuit:quo ip̃e fertur amor. Diligamus ergo eterna fratres:ut æterni fiamus:diligamus cœlestia ut cœlestes simus:diligamus deum:ut unus sp̃s efficiamur cum eo:cuius maiestas:q̃ nec oculus uidit:nec auris audiuit:nec in cor hoĩs ascẽdit:nobis in sua p̃parauit essentia.

Textus nonus — Augustinus

Ec erigant ceruices:quia socian͛ eis:ad quos foris accedeř nõ audebant:sed sursum cor habeant:& terrena uana non q̃rãt: ne incipiant monasteria esse diuitibus utilia non paupibus: si diuites illic humilian͛:& pauperes illic inflantur.

Commentum nonum — Ambrosius

Icut moniti sunt pauperes monasterium ingredientes:ut nõ ea quærant in illo:que in sæculo non potuerunt habere: nec existimet se esse fœlices :si uictum uestitumq; talem inuenerint:qualem in sæculo inuenire nequiuerunt:ita admonentur ut ceruicem non erigant si eis associentur in mõasterio:ad quos dum eẽnt in seculo accedere non audebãt. In hoc magna uis:magnumq; ostenditur religionis uĩculum ut pauperes & ignobiles:ad diuites & nobiles seculares eoꝝ pudore:diuitũq; cõtẽptu accedere ĩ seculo nõ audeãt

& utriq; religionem ingressi: utriq; ihesu christi facti conserui: utriq;
eiusdem domus: eiusdem cellarii: eiusdemq; uestiarii sunt facti posses
sores. Sicut enim omnes eiusdem uinee domini sabaoth cultores: ita
omnes eiusdem consortii: eiusdem aĩ: eiusdẽq; cordis in dño eẽ debẽt
Nec tñ ob hanc cõmunẽ societatẽ paupes ceruices erigant: idest non
supbi: non arrogantes: nõ ãbitiosi: nõ ĩflati fiãt: sed sursum cor habe
ant deo grãs agendo: q talium in religiõe hñt consortiũ: ad quos ĩ se
culo neqbãt hr̃e ingressum. Et terrena uana non quærãt. Vanũ ꝓpe
illud dicimus: quod suũ nõ cõsequit̃ finẽ. At enim religiosoꝝ finis
est ipe gloriosus & sublimis deus qui summũ est bonum. Ceruicum
igitur erectio: elatio mentis: ambitio & oĩs actus supbie: & deniq; om
niũ rerum terrenaꝝ appetitus: uani sunt: hoc est in uanum: incassum
& frustra illos in monasterio esse facit: qui in eos dilabunt̃: quoniam
sancte religionis misericordie pmittent eos asseq finẽ. Nam & si sanc
ta sit religio: sanctum sit monasteriũ: sanctus sit habitus: sancta uide
antur opa: oĩa tñ inutilia ex superbie efficiunt̃ uitio. Nempe omnis
superbia casum habet. Inde de superbo scriptum est. si penetrabit nu
bes & cœlum ascenderit tanq̃ sterquilinium perdetur in fine. Quid
enim supbis angelis profuit cœlum: Quib elatis prothoplaustis dili
tiarum paradysus: Quid igit̃ ambitioso mõacho sanctũ ꝓderit mo
nasterium: certe nihil: propterea sanctus Dauid orat ad dñm. Nõ ue
niat mihi pes superbie: quia ibi ceciderunt qui operant̃ iniquitatem:
expulsi sunt: nec potuerũt stare. Vnde Nabucdonosor regi de sua ba
bylonia superbienti: & exclamanti: atq; in hæc uerba prorũpẽti: Non
ne hec est ciuitas Babylon: quam ego ædificaui in domum regni ĩ ro
bore fortitudinis mee: & in gloriam decoris mei: Vox super eum in
tonuit dicens. Tibi rex dicitur. regnum tuum transiet a te. ab omni
bus eiicieris: & cum bestiis ferisq; erit habitatio tua. fœnũ ut bos co
medes: & septem tempora super te mutabunt̃: donec scias q excelsus
dominatur in regno hominum. & mox sensum & regnum amisit: si
cut brutum & iumentum annis septem pascua quærens. Quo circa p
ceptor noster in sermone de superbia his uerbis nos cautos reddit. O
frẽs mei. Cauete ne orãtes ul' leg ẽtes: ul' stãtes: ul' sedẽtes: ul' uigilantes
& ĩ cinere & cylitio habitãtes cũ phariseo dicatis: grãs tibi ago dñe:

quia non sum sicut cæteri homines:hoc enim salutariã uitam ducen
tes diabolo instigati sæpe cogitant:sepe hoc dicere tẽtant᷑ ab inimico
seruoꝝ dei.potius enĩ uolo uos heremũ exire:q̃ talia dicere uł cogitar᷑
Sed dum tẽtamini hoc asserere:uel de uobis hoc cogitare:mox clama
te:mox ululãtes dicite. Ego sum uermis & nõ homo:obprobriũ hõi
nũ & abiectio plebis.Et cum publicano dicite q̃buscũq; ornati uirtu
tibus.Deus ꝓpitius esto mihi peccatori.Attẽdat igit᷑ charitas uestra
quid dixerit ueritas nostra.Qui maior est uestrũ:fiat sicut minor: &
qui p̃cessor ẽsit minister:ergo:o monache:q̃to maior es humilia te in
oĩbus.Si minor es: non erigas ceruicẽ:quia magnis & ꝑfectis associ
aris:sed potius memor esto uilis cõditionis tue: & in oĩbus te humi
lia:deo gratias agens:& sic inuenies gratiã corã deo & hoĩbus.Ecõtra
si feceris:superueniet in te comminatio:quam noster adiecit præceptor
dicens.Ne incipiant monasteria esse diuitibus utilia non pauperibus
Si diuites illic humiliant᷑:& paupes illic inflantur.Magna quippe ab
usio est:ut paupes sup̃bi sint:ut sup illud p̃sumãt quod eis non est a
natura uel fortuna cõcessum:ꝓpterea eis cauendũ ẽ:ne id quod eis eẽt
ad salutẽ ꝓficuũ:ad ꝑpetuũ cõuertat᷑ incendiũ.Verbũ enim Saluato
ris ẽ:ut difficilius sit diuitẽ regnum cœloꝝ intrare: q̃ Camellũ ꝑ cru
nã acus:ergo expeditius atq; libẽtius paup: quoniã paucioribus ĩpli
catis curis:deo poterit famulari.Si uero sup̃bie detẽtus põdere:facilius
ad superiora non euolet:suæ duntaxat erit ascribendũ uolũtati.Sicut
ergo in sæculo pauperes:sicut infimi: sicut abiecti extiterunt: ita se ĩ
religione ostẽdant: in qua nõ mõ humiles: sed mites: docibiles: disci
plinabiles:& ad oẽs debent esse obedientes:quoniã dñs sicut scriptũ
est:Docebit mites uias suas.Et rursus ip̃e emittit fontes ĩ cõuallibus
idest gratiã suam prestat humilibus.Et iterum qui se humiliat exalta
bitur.Et Propheta:Superbus deus resistit:humilibus aũt dat gratiã:
Et dominus in euangelio.humilis recumbit in nouissimo loco:ut ab
ipso domino ei postea dicatur.amice ascende superius. Et sanctus Da
uid:elegi abiectus esse in domo dei mei:hoc est in loco humili sancte
religionis:& in consortio deo famulantiũ:magis q̃ habitare ĩn taber
naculis peccatorum:hoc est in synagoga peruersorum: & in conuen
tu malignantium atq; superborum.

Attende

Textus decimus. Augustinus

Vrsus etiam illi: qui aliquid esse uidebātur in sæculo: nō habeant fastidio fratres suos: qui ad illam sanctam societatē ex pauptate uenerunt.

Commentum decimum. Ambrosius

Icut tribus preceptis admoniti sunt paupes: ita diuitibus ac nobilibus monasterium ingredietibus tria cōfert documēta seruanda. Primū qdē: ut non habeant fastidio fratres suos: qui quidē uenerūt ex pauptate & ignobilitate sæculi: ad illā sanctam societatē: que in cōi uita religiōis cōsistit. Duabus ꝑfecto rōnibus diuites: nobiles: potentes: & qui aliquid alio mō uidebant̃ esse in sæculo: sumopere cauere debent: paupes & ignobiles ad sanctā monasterii societatem uenietes odio uel fastidio habere. Altera quidē est ex eorū maioritate ꝑfecta: nam ad eos dictū ē: quāto maior es: tanto magis te humilia. Altera ex incōprehēsibili abissu diuine & etærne electiōis emanans: qm̄ sicut Apl̄us ait. Infirma mūdi elegit deus: & ignobilia: & cōtemptibilia: ut fortia queq; cōfunderet: ut nō glorietur omnis caro in cōspectu eius. s. neq; potens in potentia sua: neq; sapiēs in sapientia sua: neq; diues in diuitiis suis. Et tertiam addimus. qm̄ non est ut Apl̄s iqt: acceptio psonarū apud deū. Idē eni dn̄s oium: & diues i oibus inuocātibus eū. Propterea diuus Basilius ait: q̄ deus nō fecit diuitem: diuitiarum dn̄m & possessorem: sed distributorē. Eum quidē fecit ut saluet̃: paupibus cōpatiendo: nō deridendo.

Textus undecimus. Augustinus

Agis aūt studeant non de parentum diuitum dignitate: sed de paupum fratrum societate gloriari.

Commentum undecimum Ambrosius

Lterū documentū est: ut diuites & nobiles ipi: non debeant de

parentum dignitate:diuitiis & potentatu gloriari:quoniam id ad ua
nitatem ptinet mundi.Nempe magna stulticia coꝝ est: qui mundũ nota
reliquerunt monasteriũ ingrediẽdo:& mũdi inuoluũtur uanitatibus
Nonne isti melius letarentur in seculo:quam se & alios affligerunt ĩ
monasterio:Nonne isti talibus cõparant amẽtibus: qui suauissimis
spretis epulis:uelit deĩde epularum satiari odore:Studeant igitur nõ
de uanitatibus mundi:cu mortui sunt:sed de paupeꝝ fratrum:cum
quibus uiuũt xp̄o societate gloriari.Contẽplentur cum Salomõe:ꝙ
omnia que sub sole sunt:uanitas sunt uanitatũ. Contẽplẽtur: ꝙ nec
parentum dignitas:nec diuiatiarum copia:nec potẽtatus magnitudo
aliquid cõferunt ad beatitudinem: Contemplent ꝙ sublimis deus
qui diues in gloria sua:pauper factus est pro nobis:nec diuitibus:sed
pauperibus dignatus est sotiari.Contemplent ꝙ qui excelsus:impas
sibilis:& immortalis est in sua deitate: paruus:humilis: passibilis: &
mortalis factus est in nostra humanitate.Quod igitur supbis:o mo Atende
linguam eruditam . & eloquentem :ut & bona ualeam : ac melio ra exhortari : & mala ad rectitudinis lineam reuocare. Infunde ro go te cordi meo præsidium tuum : & da mihi spiritum sapientie cum eo & intellectus : consilii: & fortitudinis:scientiæ :& pietatis: & reple me sancto timore & amore tuo . Da irriguum superius. & irriguum inferius. Da mihi benedictionem de rore cæli: & de pin guedine terræ. Da ut anima mea ardeat igne amoris tui. Fac me mū do penitus extingui: concede mihi cor contritum & humiliatum semper habere coram te .Fac me per gratiam tuam peccata mea de flere antequam moriar .Da mihi tota anima mea: & totis uisceribus meis exquirere fatiem tuam semper. Infunde dilectionem tuam pe ctori meo:& scribe dilecte mi:memoriam tui in tabulis cordis mei Illustra me luce cælestis patriæ: imaginem tuam non finas in me obscurari : quæ sic te præstante defendarur: ut semper egregia inue niatur. Adsit mihi quæso sanctorum angelorum pia & fida custodia ubiq; & semper: & præsta ut te pro me misero omnium sanctorum agmina intercedant . Vt eorum precibus & meritis : pro tua pie tate dignus efficiar : promissionibus filii tui . Concede mihi fra gilissimo beatorum monachorum patrum meorum imitari uesti gia. Da mihi eorum mansuetudinem :modestiam: tolerantiam :be nignitatem & paupertatem: longanimitatem: cordis contritionem & fontem lachrimarum: cibi potusq; abstinentiam:cordis laboris mundiciam. Spirituale gaudium:& perfectum mundi contemptum Maxime domine charitatem a te efflagito: humilitatem in quiro:pa tientiam postulo :indiuiduas comites fidei meæ simul & ueram ani mæ & corporis pudicitiam .Sicut illis dedisti:precor te per filium tu um: respice in me & miserere mei :exaudi orationem meam:& da mi hi gratiam tuam propter multitudinem benignitatis tuæ. Qui me cum iugiter perseuerans : doceat me incedere in misericordia : & iu sticia tua coram te : & uoluntatem tuam in omnibus diebus uitæ meæ semper implere: hanc peto. da mihi eam: quæ cum amicis paci ficum : & inimicis reddat tranquillum. Que me a uerbo aspero mi tiget: & ab ocioso sermone compescat: quæ me semper dominum :

uel quæ domini sunt: cogitare compellat: & oculos ab isto sæculo
uano auertat: quæ in omni hora ante conspectum mortis ingerat:
& hic gaudere prohibeat: quæ trabem aut molem peccatorum me
orum me considerare & plangere faciat: & non aliorum delicta: uel
festucam leuissimam perscrutari dimittat. Postremo omnia mundi
pro nihilo habere: & te totis solum sentire uisceribus dominum me
um usq; in finem. Faciat atq; potenter efficiendo doceat: & sicut pijs
sima misericordia tua dedisti mihi uoluntatem ueniendi ad te: sic p
illam donare digneris sapientiam: & intellectum: uirtutem: 10 passibi
litatem corporis & animæ ad tibi deuotissime semper seruiendum
in omnibus: per eanden benignam magistram meam gratiam tuā:
sine qua: nec cogitare: nec loqui: nec agere aliquid boni ualemus: &
ipse unigenitus tuus dixit. nemo uenit ad me nisi pater meus traxe
rit eum: & nemo uenit ad patrem nisi per me. Obsecro sancte pater
te suppliciter rogo deus noster: trahe tu me ad ipsum: & ipse perdu
cat me ad te illuc: ubi ipse est sempiterna uita: & sempiterna beata se
curitas: & secura tranquillitas: fælix eternitas. & eterna felicitas: ubi
est amor perfectus: & timor nullus: dies æternus & unus. ubi tu om
nipotens semper cum illo: & ille tecum in communicatione sancti
spiritus æternaliter ac sempiternaliter uiuis & regnas per omnia sæ
cula seculorum Amen.

Textus uicesimus. Augustinus

T nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum: Quod autẽ non ita scriptum est: ut cantetur: non cantetur.

Cõmentum uicesimum Ambrosius

Tempore Aug. nondũ erat determinatum aliquod offitiũ p ecclesiam.

Iui Augustini tempore nondum aliquod determinatum officium per ecclesiam fuerat institutum: sed singulis in ecclesiis pro eorum prelatorum arbitrio laudes deo tribuebantur. Ob eam rem Augustinus tale diuinum officium a suis fratribus celebrandũ instituit: quale in secunda regula quæ exorditur: ante omnia fratres karissimi expressum est dignoscitur. Et q̃mq̃m fere eodem tempore ad preces Theodosii imperatoris Damasus pontifex maximus iuxta beati Hieronimi distinctionem: & cum adiectione in fine cuius libet psalmi excellentissimorum uersuum in laude sanctissimæ trinitatis editorum. uidelicet gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum amen. Psalmos nocturnos atq; diurnos in ecclesiis decantandos instituerit: quia tamen institutio illa promulgata non fuit. Adhuc fratres sancti Augustini ad celebrandum officium iuxta ritum ab eo institutum tenebant. Vbi autem ipse Augustinus creatus esset episcopus. & cõstitutio illa Damasi de celebrandis officiis per eius successorem Siritiũ cepisset promulgari. multi ac uarii & inconsoni cantus in ecclesia pro libito uniuscuiusq; in maximam potius christiane religionis confusionem q̃m in summi dei laudem fieri ceperunt. Et ea que non ad cantandum sed ad legendum erant conscripta absq; ullo ordine: absq; omni proportione & absq; omni instituto cantabantur. Cui quidem absurditati Augustinus quoad fieri potuit obuiare desiderans: præhabitis suis institutis de celebrando officio hoc adiunxit præceptum: utpote. Nolite cantare: nisi quod legitis esse cantandum: Quod autem non ita scriptum est: ut cantetur non cantetur. Due

Quomodo addictũ fuit Gloria patri et filio &c. in fine cuiuslibet psalmi.

quippe insurrexerant confusiones. prima quidẽ q̄m multa cantabant᷑
que ad legendum erant instituta. hanc inhibuit in prima textus clau
sula dicens. Et nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum. Altera
quia modus canendi institutus minime seruabatur: sed alii sic: alii ue
ro sic: prout eis libebat canebant: hãc uetuit: cum adiecit. Quod non
ita scriptum est: ut cantetur non cantetur. Non enim decet ut cantus
& usus ecclesiasticus fieri debeat secũdũ arbitrium singulorum: sed fir
miter seruandus ẽ secundũ scripta & instituta maiorum. Similiter cõ
stitutiones: diffinitiones: statuta: & quecunq; sacræ religionis decreta
non nisi cum consilio sanioris partis capituli: & eorum qui præsutie
auctoritate institui: aut innouari debent. quod & de laudabilibus: &
antiquis consuetudinibus p̄formiter tenẽdum censemus. Nanq; om
nis innouatio in quacunq; re publica p̄iculosa est. Cum autem neces
sitas cogit: aliquid institui: aut innouari in omnibus: auctoritas eccle
siæ magis est imitanda q̄m ratio. quoniam nulla neq; antiquæ: neq;
noue legis scriptura sine illa alicuius momenti aut firmitatis. perinde
Augustinus contra epistolam fundamenti ait. ego non crederem euã
gelio: nisi crederem ecclesie. Auctoritas item ecclesie obedientie & hu
militatis est. Ratio autem nõnunq̄m ambitionis & præsumptionis
Et quoniam apud uiros probos & religiosos nihil leuitate detestabi
lius: iuxta illud apostoli dicentis. Nũquid leuitate usus sum. ut apud
me sit est & non. In omni monasterio: in omni religione: in omni de
niq; re publica illud est præcipue seruandum: ut non facile quicquam
aut leuiter uarietur: & si quã ꝓ temporis congruentia fieri mutationẽ
oporteat: timor dei: religionis honor: modestia & grauitas ipsa in agẽ
do seruetur Augustini etiam tempore (ut de institutione diuinorum
officiorum aliquid interponamus) beatus Ambrosius Mediolanẽ.
antistes: & doctor ecclesiæ celeberrimus: egregium ritum: tum i cano
nicis horis: tum in missis celebrandis instituit: qui non modo ꝑ om
nem liguriam: sed per totam fere Italiam usq; ad tempus beati Grego
rii extitit in usu. Ipse aũt diuus Gregorius sub quodam limatiori sti
lo: ac forma breuiori: utrunq;: & breuiarium & missale reformans reli
cta in ecclesia Mediolanẽ. edictõne eiusdem uiri sanctissimi Ambro
sii de cõmuni cõsilio sanctoꝝ patrũ: & cõsensu reuerẽdissimoꝝ dñoꝝ

Cardinalium:& afflatu quodam spiritus sancti:de canonicis horis:celebrandisq; missis:formam & ordinationem suam per totum orbem terrarum iussit promulgari:quam adhuc sacrosancta Romana ecclesia: retinet quippe quæ nostrum sacratissimũ ordinem:sub sua recipiens protectione:eam nobis seruandam condonauit:eximens nos a prioris officii per beatum Augustinũ descripti obseruantia:ad quod quidem nisi sedis apostolice interuenisset exemptio adhuc nos utiq; teneremur. Nos igitur tum in legendo:tum in cantando sancte Romane ecclesie ritum tenentes:nihil aut legere:aut cantare publice in ecclesiis debemus:nisi quod nobis legẽdum aut cantandũ ipa protectrix nostra tradiderit:diligenter tamen semper attendentes:ut siue cantentur siue legantur psalmodiæ earum:& quarũcunq; obsecrationum diuinarumq; laudum uerba distincte:modeste:pausatim:integreq; pronuntient quod pulchre Bernardus in suis monitionibus insinuauit dicẽs. Moneo uos dilectissimi:pure ac strẽnue interesse laudibus diuinis. Strennue quidem:ut sicut reuerenter:ita & alacriter domino assistatis:non pigri: non somnolenti:non oscitantes:non pcentes uocibus:nõ præscindẽtes uerba dimidia:non integra transilientes:nõ fractis & remissis uocibus :muliebre quiddam de nare sonantes:sed uirili(ut dignum est)& sonitu:& affectu uoce sancti spiritus depromentes.

Textus uicesimusprimus Augustinus

Amem uestram domate ieiuniis & abstinentia esce & potus quantum ualitudo permittit.

Cõmentum uicesimum primum Ambrosius

Am de uictu in monasterio seruando tractatum aggrediens septem de ipsa ponit præcepta. Primũ quidẽ ẽ de ieiuniis & abstinentia: quibus nostrã iubet carnẽ domare:quantũ nrã

permittit ualitudo. Ieiunia igitur & abstinentiam æsce & potus: pri
mũ a nobis seruari præcepit: ut caro ipsa dometur: quoniã hic præci
puus est ieiunioꝝ finis. ut domita caro spiritui ac rationi subiiciatur
& seruiat. Subinde in ieiuniis & abstinentia seruandum adiecit mode
ramen: cum dicit quantum ualitudo permittit: quoniam in omnibus
nostris actionibus discreno ipsa uelut quoddam omniũ uirtutum ue
hiculum est tenenda. Itaq; imprimis in monasterio cõstituti ieiuniis
abstinentia cibi & potus domare carnem debemus: ut domita: flo
rentissima a nobis seruetur castitas. Nam concupiscit: ut ait apostolus
Caro aduersus spiritũ: & spiritus aduersus carnem: quoniam parente
nostro Augustino dicente. sicut caro mollibus. sic anima duris nutri
tur. Illam blanda fouent: hanc aspera exercent. Illa dormitationi de
dita: hæc uigiliæ intenta: illa in libidine cupit suffocari: hæc castitatis
nitore cupit illuminari. Et ideo ne carnis cõcupiscentia præualere q̃at
summo studio niti debemus: ut per spiritus uirtutem illam reprima
mus. Et enim cum caro attenuatur: spiritus augetᷣ: cum caro domatᷣ
spiritus roberatur; domatur autem caro sane per ieiunii atq; abstinen Quomodo domat ur
tie uirtutem: quoniam ut diuus Ambrosius in tractatu de ieiunio in
quit. Ieiuniũ est continentie magisterium: pudicitie disciplina: humi
litas mentis: castigatio carnis: & forma sobrietatis. & Isidorus secũdo
libro soliloquioꝝ dicit. Ciborum saturitas: carnis luxuriam suscitat
edacitatis uitio crescit carnis tentatio: saturitati sub libido adiũcta est
At econtra. Ieiunio libido restringitur: Hinc Hieronimus ait. Mater
sanitatis est abstinentia. mater egritudinis est uoluptas. Sine cerere &
uino cito friget uenus: & a patre libero ad inconcessam uenerem est ꝓ
ximus gradus in temperantiæ. & ad furiam scribit. Nihil sic inflam
mat corpora & titilat membra genitalia: sicut multus & indigestus ci
bus: uictusq; cõuulsus. Hinc in sermone q̃rto de ieiunio dicit Augu
stinus. Ipse princeps generis humani Adam quãdiu non comedit: in
paradiso fuit: statim cum comedit de paradiso eiectus est. Qui in pa
radiso dei: uirgo fuerat: eiectus de paradiso cognouit uxorem suam
semper enim saturitati coniuncta est lasciuia uicinæ sibi sunt uenter
& genitalia pro membrorum ordine. ordo uitiorum elicitur eiecit
nos de paradiso cibus: reducat esuries. Et in sermone de institutio

ne. Ieiunii sic de nostra prima genitrice Eua inquit: Eua quãdiu abstinuit uirgo fuit. In paradiso permansit: sed dum ieiunium uiolauit in miseriam corruit: libidinis corruptionem persensit: sub dominio constituta remansit: & de paradiso fuit expulsa. Et Ambrosius in tractatu de Elia dixit. Gula de paradiso regnantem expulit. Abstinentia ad paradisum reuocauit errantem. Satis igitur ex his constat gule uitium fomentum esse luxuriæ: que cũ inter alia peccata facillime diaboli subcendatur temptationibus: inter omnia uitia habeat͂ fœdissima: inter omnia delicta maxime uirtutũ sit exterminatiua: mirũimmodũ annitendũ est: ne caro nostra uelut asinus impinguatus & ingrassatus recalcitret atq; rebellis efficiatur: sed ieiuniis & abstinentia domet͂: & si opus est maceretur. Nanq; Augustino teste Ieiunium carnem spiritui subiicit. Ieiuniũ concupiscentie nebulas dispergit: libidinũ: ardores extinguit: castitatis uerum lumen accendit. Ad cuius obseruantiã ut semper simus propensiores innumera alia eius munera tam ab eodem patre nostro Aurelio Augustino q̃ ab aliis doctoribus conscripta audiamus. Ieiunium inquit: purificat mentem: subleuat sensum: cor contritum: contribulatum: & humiliatum facit: quod deus spernit nunquam. Ieiunium uerbositatem non amat: lites frenat: diuitias superfluas resecat & iudicat: superbiam spernit: humilitatem cõmẽdat præstat homini seipsum intelligere: quod est infirmum & fragile qddam: atq; ita dum se intelligit: aptius uirtute dei adiutorium querit & accipit. Ieiunium inhertiam tollit de anima: & omnia aufert impedimenta carnalia: & sicut oratio est refectio ieiunioꝝ: ita & ieiuniũ est fiducia & roboramentum orationum: perinde etiam adiecit: ut se ipm̃ unusquisq; consideret quanta sit orandi differentia inter uentrẽ uacuum: & refectum: inter rubentem faciem: & ora pallentia: inter saliuam uirginem: & labia crapula dissoluta. inter oppressum epulis sensum: & inedia uictusq; tenuitate uigilantem. Quod Bernardus ꝑspiciens asseuerauit. Ieiunium deuotionem ac fiduciam præstare orationi & mutuam subuentionem narrans: inquit. Oratio uirtutem impetrat ieiunandi. Ieiunium gratiam meretur orandi. Ieiunium oratõnem roborat: oratio ieiuniũ sanctificat. Ob eã rem per pulchre ipm̃ in tractatu de Elia hisce uerbis diffiniuit: Ambro. Ieiuniũ ẽ substãtia

& imago celestis:ieiunium est refectio animæ:tibus mentis.Ieiuniũ est uita angelorum: mors culpæ excidium delictorum: incitamentũ orationum remedium salutis:radix gratiæ:fundamentum castitatis:norma uirtutis:purificatio anime:miserationis expensa:lenitatis institutio:charitatis hoc graduſ citius peruenit̃ ad deũ q̃m curru Helyas ascenderit in sublime cælum sacellum:custodia mentis:infirmitatis alleuamentũ & alimentũ salutis:Quo circa Bern.Ieiuniũ bonũ & salutare esse astruxit:qm̃ per ip̃m redimunt̃ æterna supplitia:dum remittuntur peccata.Non solum ait:ẽ ablutio peccatoꝝ:sed extirpatio uitioꝝ:non solum optinet ueniam:sed meretur gratiam:nõ solũ delet peccata præterita:que cõmisimus:sed repellit futura que cõmittere poteramus.Et Rabanus se scire dicit.Ieiuniũ esse dei arcẽ xp̄i castrum murum spiritus sancti:uexillum fidei:castitatis signum:sanctitatis tropheum:quare si ieiunemus cũ christo:sessuri erimus ad mensam cũ ip̄o.Ieiunauit christus:ut nobis obseruationis regulã daret: Christus post acceptum Iohannis baptismũ continuo ieiunauit: ut nos abluti:a uitiis ieiunare debeamus:ip̄e:ut deus legem constituit:i paradiso ieiunandi.Idem ut mediator noster in mundo:quatenus ieiunare debeamus:nos suo uoluit docere exemplo:perinde perspicax indagator Ambro.interrogat. Terrenũ qs:aut nouellũ putet esse ieiuniũ:primus usus mundi a ieiunio cepit:qñ lux clara resplenduit:secundus dies in ieiunio fuit qñ in medio celi factũ ẽ firmamentũ:tercia die terra pabulũ germinauit:& obsequiũ prebuit:ieiuniũ tamẽ cælestis disciplina seruabat:quarto die luminaria facta sunt solis & lune & adhuc ieiuniũ erat illesum:p̱duxerunt aque reptibilia aïaꝝ uiuentium:& uolatilia super terrã secũdũ firmamentum cæli.Et uidit deus quia bona essent:benedixit ea dicens.Crescite & multiplicamini:& replete aquas:que sunt in mari:& uolatilia multiplicent̃ sup terram:& adhuc solidum erat ieiunium.Deniq; benedixit ea.Scriptum est.Et dixit. Crescite & multiplicamini:& non dixit edite & manducate. Sexto die:bestie sunt create:& cum bestiis orta est comedendi potestas:& usus æscarum.ubi cibus cæpit:ibi finis factus est mundi.O quã igitur sanctum ieiunium.O quam salutiferum.O quam condignum in quo dignissime facte sunt creaturarum: per quod merita

& uirtutes augentur:per quod de utroq; bello:corporali scilicet & spi
rituali reportamus triumphum:per quod nobis delentur peccata:re
plemur sapientia:imbuimur gratia:& æternam acquirimus fælicitatē
hinc prothoplaustis ipm fuit demandatum:q̄mq̄ diuini præcepti ex
titerint transgressores:hinc dn̄s filiis israhel præcepit:ut a multis se ci
bariis abstinerēt:hinc Eleazarus Machabei:& alii q̄plurimi maluerūt
potius occidi.q̄m uetita manducare. Quid plura. Cum ieiunio Moy
ses legem impetrare meruit:sine ipo non meruit. Insupercilio montis
data est lex Moysi ieiunanti:a populo aūt in inferioribus manducan
te facta est sacrilega preuaricatio :quo infando scelere motus:fregit ta
bulas Moyses indignum iudicans:ut æbrio populo lex daret̄. Itaq;
tabulas legis:quas acceperat abstinentia:cōteri fecit ebrietas:q̄m sicut
Ambrosius ait:sicut mater fidei continentia:ita pfidiæ mater ebrie
tas est Moysen ieiunantem non tonitrui uoces:non fulgura:& nubes
umbrosa non fumigans syna perterruit. Neq; uero introisset in nubē
& uocem dei loquentis:de medio ignis sine periculo salutis audiuisset
nisi .xl. dierū ieiunii armis præmunitus extitisset. Helyas ieiuno ore
uocem emittens sacrilego populo iudeorū cælum clausit Helyas ieiu
niis filiū uiduæ ab inferis suscitauerit:Helyas ieiuniis clausum cælum
mouit ad pluuias. Ieiuniis ignes eduxit e cælo:& duos fecit quinqua
genarios deuorari. Ieiunio ore statuit fluenta Iordanis:& redundan
tem fluminis alueum repente siccatum puluerulente transmisit uesti
gio. Ieiuniis currus eius raptus est ad cælum:& .xl. dierū ieiunio diui
nam acquisiuit presentiam:hoc gradu ieiuniorū citius ascendit ad de
um:q̄m curru peruenerit ad cælum. Quis humana uirtute equos ig
neos potuisset ascendere:& æreos regere currus:nisi qui naturam hu
mani corporis incorruptibilis:ieiunii uirtute mutasset:hāc.s.abstinē
tiæ ad cælū abiens:suo discipulo Heliseo reliquit hæreditatē:per ieiu
nium Iosue solem stare in cælo fecit:ne suū pageret cursum:donec ce
pti prælii uictoriam assequeret̄:per ieiuniū Niniuitæ prædicante Io
na fuerunt a submersione liberati:per ieiunium impetus Senacherib
Hierosolima euasit:cuius exercitus nocte una centū & octuaginta qn
q; miliū fuerunt cælitus interfecti:& ne eorū feterent̄ corpora:mox ī
puluerem fuerūt resoluta:per ieiunium Hester pulchrior facta:auget

enim dominus ſobrie menti gratiam:omne genus ſuum id eſt popu
lum iudeorum totũ a perſecutionis acerbitatibus liberauit:ita ut ſibi re
gem ſubiiceret non libidinis ardore inflãmatum:ſed celeſti miſeratio
ne conuerſum:ita ut pena in impiũ retorqueret͛:& honor ſacris red
deretur altaribus.per ieiuniũ Daniel ora clauſit leonum:ſummi dei De daniele.
uidit arcana:& incarnationis & paſſionis chriſti uaticinatus eſt myſte
ria.per ieiuniũ Anna uidua præpotentis dei uates effecta de xp̃o mul De Anna
ta prædixit.per ieiuniũ uxor Manuel ab angelo indictũ ſampſonem de Manuele.
fortiſſimũ pugnatorem concipere meruit.per ieiuniũ Ioſaphat rex iu De Iosaphat rege.
da de inimicis habuit uictoriã.per ieiuniniũ Iudith meruit caput O De Iudith
loferniſ amputare.& dei liberare populũ.per ieiunium quod tandem
filii Iſrahel fecerunt de philiſteis uictores fuerunt:cũ tamen antea ab De filiis Israel.
illis debellati fuerãt:& arca dñi ab eis ſublata extiterat.per ieiunii uir
tutem Iohãnesbaptiſta in ſpiritu ueniſſe Helie dictus eſt.Nam ipſæ De Iohanne Baptista
antra deſerti tenellus petens.ieiuniis uacans:melle & locuſtis paſceba
tur:& ideo qui uite humanæ poſſibilitatem continentia ſupergreſſus
fuerat:non homo:ſed angelus exiſtimatus eſt.hic eſt de quo ſcriptũ
eſt:ecce ego mitto angelum meũ ante faciẽ tuã qui præparauit uiam
tuã ante te:hic ꝓpheta & pluſq̃m ꝓpheta a xp̃o nominatus ẽ:hic adeo
a ſaluatore fuit ſublimatus:ut diceret.Inter natos mulierũ eo non fu
rexiſſe maiorẽ.Demq; tam ſpecioſa eſt ieiunii uirtus:tanta eius celſitu
do:ut ieiunare delectaret & xp̃m:ut tentatorẽ diabolum ſuparet.Ille
gulæ ad eum dixerat ſpeculum dicẽs.ſi filius dei es:dic ut lapides iſti
panes fiant:xp̃s ieiuniũ magnificeit:ut tentatoris laqueos & uincula
diſſolueret.d.Non i ſolo pane uiuit homo.ſed in omni uerbo quod
procedit ex ore dei:ac ſi patenter dixiſſet:non uentri & gulæ:ſed con
tẽplationi diuini uerbi dediti eẽ debemus.Nanq; panis implet uẽtrẽ
ſed contemplatio deitatis reficit mentẽ.per cibũ corpalem:corpus tẽ
poraliter ſuſtentat͛.ſed per uerbũ dei mens eternaliter glorificat͛:p il
lum homo ſepenumero labit͛ in peccatum:per hoc mens ſemp ad
bonũ ſublimat͛ etærnũ.Illo tentationis laqueo Adam fuerat tranſgu
latus:hoc:abſoluoone:diabolice queſtionis oĩs homo eſt liberatus:
ꝓpterea ſanctiſſimi apoſtoli huius documenti uirtute frœti:in fame:
ſiti:& nuditate libenter xp̃o ſeruiebãt.hac de cauſa ſancti martires nõ

folum ad ieiunia &abſtinentias: ſed ad effundendum propriũ ſangui
nem: &ad omne genus tormentorũ ſe ſponte optulerunt. Quid de
paulo Anthonio Hieronymo Auguſtino Machario: & aliis heremi
cultoribus dicam? Nonne ieiunium tanq̃m maximũ medicamentũ
animaꝝ: remedium ſalutis: propugnaculum mentium: ſpiritum uitæ
galeam uirtutum: diaboli tælum. Currum cæli: & quiddam deo ma
xime placitum complexe fuere? propterea contra deteſtatorem ieiuni
orum in exameron Ambro. inquit. Medicamentum queris: & ieiuni
um fugis: quaſi maius aliquod remedium reperire poſſis. ieiunii hoīs
ſputum ſi ſerpens guſtauerit moritur. Vide quanta uis ieiunii ſit: ut
& ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat: q̃nto ergo magis
ſpiritualem: hoc eſt diabolum necabit ſerpentem? Nonne etiam gen
tiles philoſophi: ut mundanã acquirerent ſapientiam: ciboꝝ & oīm
terrenarum reꝝ uoluptatibus relictis: ſumme ſobrii: ſummeq; conti
nentes eſſe ſtudebant. Nonne Cinicos & epicuros ob eorum uitã uo
luptuoſam tanq̃m acerrimi ſobrietatis: cōtinentiæ: & omnis honeſta
tis defenſores damnabant. Rurſus ut etiam ad noſtros redeamus. tã
ti antique legis principes obſeruãtiam faciebant ieiuniorum: ut Saul
rex Ionate filio ſuo mortem non pepercerit: quoniam edictum ab eo
ieiunium præcepti etiam neſcius uiolauit. O inexplicabilem regis ſã
ctimoniam. O ineffabilem deuotionem. O inenarrabilem religionē
O regis iuſticiam cunctis ſæculis prædicandam. Videte fratres mei:
& alta mente conſiderate: quanta apud Saul regem fuit religionis ob
ſeruantia: qui offenſam dñi optauit etiam parricidio mitigare. Medi
temini quanta ſit reſoluti ieiunii culpa: que non niſi effuſione ſangui
nis punit̃. Contemplemini quanti mali cauſa huius etiam ignoran
tia omiſſi præcepti extiterit tranſgreſſio: Et enim cum rex Saul: ut hi
ſtoriã texam contra philiſteos bellum gereret uniuerſo eius exercitui
unius diei indixiſſet ieiunium: & Ionathas filius eius præcepti neſci
us inter medias hoſtium acies uictor incedens fauum mellis intincta
ſceptri ſummitate guſtaſſet: tãta indignatio repente cōmota eſt: ut &
differret̃ uictoria: & deitas læderet̃. Deniq; nec bello finis imponitur
nec regi propheticum datur reſponſum: per quod ſane intelligimus:
ꝗ Saul hoſtes non tam uirtute militum: q̃m bellatorũ abſtinentia

ſuperabat. O damnoſam uiolationem unius eſt culpa: cunctis infert ignauia. & unius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit enī uirtus in exercitu. ubi deficit in tranſgreſſione ieiunii: deficit ſcīa pugnandi: ut affuit neſcientia ieiunandi: quod peccatum Saul ex īpa deitatis offenſione cognoſcēs Ionathe dixit. tantæ præuaricationi non eſſe pcendū: ſed perpetratum delictum eſſe ſanguinis effuſione expiādū. Et ita eum tradidit morti: q̄q̄m omnis exercitus eminentiſſimum patrociniū īpm tandem occidi non permiſerit. O fratres mei attendite. ſi ignorans Ionathas indictum a patre ieiunium reſoluens in pernitiem mittitur. Qui ſciens indictū a christo reſoluit ieiunium: quid meretur? ſi Ionathas pro guſtu puſilli faui mellis iudicatur occidēdus crapulatus a uino: & impinguatus & ingraſſatus epiſtolarum uarietatibus quid patietur? Quare ſtatuta nobis ieiunia fratres omni cū diligentia & deuotione cuſtodiamus. Domemus ergo carnem noſtram abſtinentia æſcæ & potus: ut hoſtes noſtros ſpirituales carnaleſq; uincamus. Cum uero ſubdit q̄ntum ualitudo permittit uirtus commendatur diſcretionis: ſine qua ſingulæ noſtræ bonæ pereunt actiones. ꝓpterea Hieronymus ait/ prudenter enim deus ſibi uult ſeruiri: non ut nimietate debiles fiant: & poſt medicoꝝ ſuffragia requirant. temperandum enim ē: ut ſi fieri poteſt: ceptum obſequium gradatim proue hatur: potius q̄ inconſiderantia minuatur. Et fulgentius inquit. Ieiunis ſic eſt adhibenda temperies: ut corpus noſtrum nec ſaturitas excitet: nec inedia immoderata debilitet: quoniā ut beatus Gregorius ī moralibus dicit. per abſtinentiam carnis: uitia extinguenda ſunt non caro. Sic neceſſe eſt: ut artem continentiæ quiſq; teneat. quo non carnem: ſed uitia occidat. ſepæ enī dum in ala hoſtem inſequimur: etiā ciuem quē diligimus trucidamus: & ſepe dum noſtro cōciui pcimus ad prælium hoſtem nutrimus: ſic qui carnem ſuam (ut Vgo in ſua inquit in interpretatione) ſupra modum affligit: ciuem ſuū occidit: q pluſq̄ oportet alimētiſ eā paſcit. hoſtē nutrit. ꝓpter quod Iohannes Caſſianus in libro de inſtitutis monachorum aſtruxit: meliorem eſſe rationabilem quotidianam cum moderatione refectionem: q̄ per interualla arduum: longumq; ieiunium/ nouit enī immoderata inedia non ſolum mentis labefactare conſtantiam: ſed etiam orōnū efficaciā

reddere lassitudine corporis eneruatam. Ob eam causam Augustinus
tanq̃m præceptor summa discretione pollens in regula non determi
nata præcepit ieiuuia: sed ea nostro fieri arbitrio iuxta nostram uali
tudinem dereliquit. Vnde in sermõe de institutione ieiunii ad postu
landum nos ab eo inuitat inquiens. Sed dicetis. Nunquid in uita no
stra semper ieiunare debemus: & respondens ait. Legem meam recepi
stis: & audistis frequenter inter cætera: ꝙ carnem uestram dometis ab
stinentia æscæ & potus: quantum ualitudo permittit. Nolo enim me
ipm ligare. nolui onera uestra portare: sed hoc solum super uos po
nere uolui: ieiunantes & abstinentes quantum facere deo fauente po
testis. Nolo (tamen adiecit) ꝙ diebus dominicis ieiunetis: hoc enĩ he
retici & infideles faciunt. Omne aũt ieiuniũ exceptis dñicis bonũ est
& laudandum: si bene fiat. Fit autem bene: sicut aliis in locis plene dis
seruit: si pium: si castum: si humile: si discretum: si cum oratione fiat: si
non ad mundi gloriam: sed ad dei laudem: & animæ salutem fiat: si si
mul cum ora singula membra ieiunent. Ieiunet igit᷑ oculus a curiosis
aspectibus: & omni petulãtia: ut bene humiliatus coerceat᷑ ĩ peniten
tia: q male liber uagabat᷑ in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriẽs a fa
bulis & rumoribus: & quæcunq; ociosa sunt: & ad salutem minime p
tinẽtia. Ieiunet lingua a detractatione: murmuratione: ab inutilibus
uariis, atq; scurilibus uerbis. Interdum quoq; ob grauitatem: silentii
ab his quæ uideri poterant necessaria. Ieiunet manus ab ocisis signis:
a rapinis: a persecutionibus: & ab omnibus operibus: quæ non sunt
licite imperata. Ieiunet pes a uanis & ꝓhibitis incessibus. Ieiunent ge
nitalia ab oĩ illicito concubitu. sed multo magis ieiunet anima a pro
pria uoluntate sua: ut nihil appetat: nihil concupiscat: quo dei offen
dat᷑ maiestas: quoniam sicut scriptum est. In diebus ieiunioꝝ nostro
rũ nostræ exquiruntur uoluntates: quæ omnia Augustinus in cõmẽ
tariis super Iohannem paucis complectitur inquiens. Ieiunium ma
gnũ & generale ẽ abstinere ab iniquitatibus: & illicitis uoluptatibus
sæculi.

Textus uicesimussecundus Augustinus.

Quando autem aliquis non potest ieiunare:non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat: nisi cum egrotat.

Commentum uicesimumsecundum. Ambrosius

Secundum preceptum de modo uiuendi in monasterio ser uandum est: ut si contingat: uel propter immoderatum ex ercitium: uel ex naturali complexionis dispositione. uel qua cunque alia ex causa: quempiam ieiunare non posse. talis extra horam prandii alimentorum nihil sumat: nisi ægrotus extiterit. Infirmis eni uel propter stomachi debilitatem: uel propter medicamēta sumenda uel ut citius recreentur: neque hora: neque lex imposita est. Nanque opor tet eos medicorum obedire præceptis: qui iuxta ægritudinis conditō nem: nūc tempestiua: nunc sera hora: iubent eis alimenta minystrari Ceteris autem: utpote sanis: comedendi hora est instituta. Quippe ie iunantibus: ab hora nona: usque ad uesperas: consentaneum tempus ē. Non ieiunantibus ad horam tertiam usque ad sextam cōgruum descri bitur. hec enim tempora sancti illi patres in ægipto deo famulantes: quorum uitam sanctus doctor Augustinus semper estuabat imitari obseruabant: nec immerito huiusmodi obseruandatum horarum fa cta est constitutio: cum apostolus Paulus iubeat omnia honeste: & se cundū ordinem fieri: sic quidem: ut non solum cibo potuque tempate utamur. Verumetiam: ut cōstitutas obseruemus horas: ne cui de uita nostra prebeamus offendiculum. preceptum enim hoc ad refrenandū gule uitium positum est. cuius cum multa sint genera. illud quidem unum & satis detestabile est: quod in hoc suo mādato præceptor ipse euitandum iussit: ante scilicet horam prandii alimēta suscipere. Et enī siue prandii: siue cæne præuentio: nisi infirmitatis tempore fiat: gulæ peccatum est: quam Iohannes Cassianus in sanctorum patrum colla tionibus ita inhibuit. Cauendum inquit nobis est: ne appetitu corpo reæ uoluptatis innoxiam labamur dissolutionem: & ante præscriptū tempus: uel cibo nos indulgere: uel modum sinamus excedere hanc horæ præuentionem Hieronymus detestans ad paulam inquit. Sic

Nota bene de Abstinentia & potus.

Qua hora ... ieiunium

uilis:& uespertinus cibus tuus. Olera & legumina: interdumq; pisci culos prosummis ducas deliciis. Qui christum desiderat: & illo pa ne uescitur: non querit magnopere q̄m de preciosis cibis stercus con ficiat tanq̄m si ei patenter iuberet. ut non modo tempus: non antici pet comedendi: sed potius horā finat præterlabi comestionis: instar cuiusdam uiri continentissimi. de quo sanctoꝝ patrum narrant histo rie. q̄ mox cum rutilante aurora diabolica suggestione tanta uexare tur fame: ut emittere spiritum ex debilitate uideretur: tacitus sibi ipsi dicebat in corde. Qualicunq; res claudatur fine: tibi opus est. ut terti arum ad comedendum horam præstoleris: quoniam monachorum nullum decet ante hanc horam quouis modo comedere: que cum ad uenisset: secum aiebat: etiam te inuitū usq; ad horam sextam: oportet comestionis esse expertem: qua adueniente: panem iactabat in fontē dicens: quousq; infundatur panis decet te nonam expectare: interea ca nonicas horas & omnes suas persoluebat orationes: quibus solutis iā declinante die cum gratiarum comedebat actione. hanc exuriem cū pluribus diebus eodem pacto sustinuisset: tanq̄m de pugna demonū uictor: cum uice quadam sumere cibum uellet: in ipsius benedictione mirūmmodum conturbari fontem: & ex ipso magnum exire fumū perspexit: & extunc non modo exuriem: & corporis illā non sensit de bilitatem: sed propter abstinentiæ meritum & triumphum quem de tali reportauerat pugna: sic animo & corpore roboratus est: ut per bi duum ac triduum sæpenumero staret non comedens neq; bibens.

¶ Alterum genus est: cum lautiora exquiruntur cibaria. nam quidā su perstitiosum nimis in præparandis cibis studium adhibent infinita decoctionum frixuraꝝ & condimentorum genera excogitantes: mo do mollia: modo dura: modo frigida: modo calida: modo elixa: mō assa: modo pipere: modo allio: modo cimino: modo sale condita: secū dum consuetudinem pregnantium mulierum desiderata: ita q̄ ibi de sudant cocorum artes: & uarie fiunt questiones: utrum fieri debeant assata: utrum frixa uel elixa: & tanta sollicitudine preparantur: ut de uoratis quatuor uel quinq; ferculis: prima non impediant nouissima & cum iam stomachus crebris ructibus repletum se indicat: nondū

tamen curiositas satiatur. O uentris cultores: nonne sane de uobis predicauit apostolus.quod deus uester uenter est. Nam solent diis. ut ueuerabilis Vgo cōscripsit. templa destrui:altaria erigi: ministri ad seruiendum ornari:immolari pecudes:thura concremari. Deo si quidem uestro:utpote uentri.O abominabiles uoratores. templum fecistis coquinam : altare mensam :ministros cocos:immolatas pecudes : carnes uariis modis decoctas : fumum incensorum odorem saporum :atq; ferculorum.O utinam ad seruiendum deo immortali : tantum a uobis apponeretur studii :quantum gulæ tribuitur sollicitudinis . O utinā cum Alano doleamus hec pestilentia . gula non uulgari humilitate contenta se inprofundius in eos non porrigeret id est in prelatos : a quibus continentiæ formam discere deberemus Nanq; ipsi salmones :lucios :ceterosq; pisces æquipollenti generositate præsignis uariis decoctionum cruciatos martirii.baptizandi ad ulterantes effectū sacri piperis fonte baptizant .ut ex tali baptismate baptizati . multiformem saporis gratiam consequantur . In eadem mensa terrestre animal piperis inundatione submergitur . piscis natat in pipere.auis eiusdem uiscositate ligatur .dumq; tot animalium genera uno uentris ergastulantur in carcere : aquatile animal secum pedestre:aereūq; genus in eodē sepulchro intumulari miratur.quibus si detur licentia exeundi:egressui uix potte sufficit amplitudo .quare non mitum si podagra :si arthetica :si iliaca passio :si catharralis fluxus:si innumera langorum genera ipsos aggrediuntur.immo mirandum est . sicut ille stoicus Seneca inquit. cur subito non moriant O miserum genus hominum: ab hoc decliuo tempore genitū. heu nos miseros hac labente ætate progenitos. Initium uite hominis panis & aqua : nobis autem non suffitiunt fructus arborum : non grana leguminum: non radices herbarum : non pisces maris:non bestie terre:non aues cæli.sed queruntur pigmenta: parantur aromata : & mittuntur altilia capiuntur obessa .quæ studiose coquuntur ante cocos.quæ laute parantur officio ministrorum . Alius contondit & colat:alius confundit & conficit:& substantiam conuertit in accidens .

naturam mutat in aliam. ut saturitas transit in esuriem: reuocet ad appetitum: ad dirigendam gulam: non ad substentandam naturam: nõ ad necessitatem supplendam: sed ad explendam gulositatis ingluuiẽ

¶ Est & tertium genus gulæ: si non quantum natura exigit: sed quãtum uenter capit: exhibetur: cui quidẽ generi dediti non nisi naturam sequuntur bestiarum: quarum omnium studium est replere ueutrem & sensualitati inseruire. Vnde Seneca inquit. uentri obediẽtes animalium irrationabilium numero computamur: hæc quidem mẽtem natura non habent: & omnis experta sunt rationis. Tu autem deditus uentri nature ac summi dei munere amplissimo dotatus: per ingluuiem illo expolliari: & brutis fieri similis studes: dum non aduertis ꝙ gulæ nimia saturitas aciem mentis obtundat: ingenium euertat & usum sic tollat rationis: ut neq; inter pulchrum & informe: inter iustum & iniustum: inter honestum & inhonestum & turpe: inter uerum & falsum discernat: ad illam unum ex altero conferre spectat: sed nimie saturitatis nebulis oppressa non modo non discurrit. sed dormitat: & uelut eleboro infecta nimio est ligata sopore: hinc etiã fit: ut facillime debelletur: succumbat: & inexplicabilem ruat iacturam: quoniam impossibile est saturum uentrem pugnas interioris hominis experiri: nec bellis robustioribus attentari: perinde egregie in libro de institutis monachorum Iohannes Cassianus inquit. ¶ Quibuslibet æscis refectus uenter seminaria luxurie parit: nec preualet mens discretionum gubernacula moderari ciborum pondere preuocata. Non enim sola crapula uini mentem inebriare consueuit: uerũ & cunctarum escarum nimietas eam uacillantem ac mutabundam reddit: omniq; integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat. hic & Gregorius pontifex maximus ait ¶ Dominante uitio gule omne quod homines fortiter egerunt perdunt: & dum uenter non restringitur simul cuncte uirtutes obruuntur. Hinc Hieronymus ¶ semper saturitati iuncta est lasciuia: uicina sunt sibi uenter & genitalia. pro menbrorum ordine: ordo uitiorum. Ob eam rem cocorum princi

pem muros hierusalem deficere dicitur: quia dum uenter per inglu uiem tenditur: uirtutes animæ per luxuriam destruuntur. O mise ram talium uoluptuosissimorum hominum conditionem. q etiam uelut sues nimio cibo pregrauati cronizantes huc & illuc uolutan tur: & uelut amentes doloribus affecti requiem non inueniunt: nunc ructant: nunc euomunt: nunc stercorizant: nunc luxuriant & nullus est actus tam insulsus: tanq turpis instar turpissimi tumē ti: quem ipsi non efficiant. propterea fratres in mensura sit nobis ci bus noster. tantum sumamus alimentorum: quantum ad sustentan dam uitam opus est. Voluptuosi enim homines uelut bellue uiuūt ut comedant. nos autem comedere debemus: ut uiuentes deo serui amus: propter hoc enim ipse nos creauit. At enim natura nostra pau cis ac minimis contenta est: & quanq̄m uenter precepta non audi at: non tamen ut inquit Seneca. Molestus est creditor: sed paruo contentus est: Si das illi quod debes: non quod potes. Illi tantum debes: ut ad cor: ad cerebrum: ad epar. & ad alia uitalia menbra re fectionis possit munera impartiri: quibus uita possint & sanitate po tiri: quod enim plus datur ad langorem & egritudinem datur per inde Galieni doctissimus interpres in exhortatione medicinæ præ clare inquit. Quotum uita & ars sagina est. Nec uiuere posse diu: nec sanos esse: animasq ita nimio sanguine. & adipibus: quasi luto inuolutas: Nihil tenue uel celestæ: sed semper de carnibus eructare: & ingluuie cogitare. Propterea Iouinianum monens Hieronimus se legisse ait quosdam morbo articulari & podagræ humoribus la borantes: proscriptione bonorum ad simplicem mensam: & paupe peres cibos redactos conualuisse. Caruerant enim sollicitudiue di spensande domus: & epularum largitate que corpus frangunt & animā. Ob eam rem longe minus detestabile est exiguo & delicato cibo ad usum uesci: q̄m ulli ad eructuationem usq saturari. Frena igit demus gulæ. gutturi nr̄o iponamus habenas. Ventri claudamus orificium alioquin similis fiet puteo infernali: qui nunq̄m sat esse di

cit.quod ſane diuus deſcripſit Ambro.dicens.{Male domine ſeruitur
gulæ:que ſemper expetit:nunq̃m expletur: quid enim inſatiabilius
uentre:hodie ſuſcipit:cras exiget:cum impletus fuerit diſputatur de
continentia.cum digeſſerit uale:uirtutibus dicitur.O igitur inexple
bilem uentris ingluuiem:una ſilua pluribus elefantibus ſufficit.uen
ter autem:ut inquit Seneca:non paſcitur terra & mari. Nam quicqd
auium uolitat: quicquid piſcium natat: quicquid ferarum diſcurrit
in noſtris ſepelliri uentribus. quare cur nũc ſubito moriamur: niſi
quia mortibus uiuimus:parce igitur edamus: quia nimietas præci
pitium facit.uno ſimus cibo contenti: quia multos morbos:fercula
multa fecerunt.Fames nos ad comedendum uocet.non exquiſita ua
riorum ciborum incitet præparatio:quoniam cibus & æſca regnum
dei non poſſidebunt. Quocirca Auguſtinus libro de conflictu ui
tiorum de ſodoma dicit:quopacto intercetera eius mala ſaturitate ma
xime panis periit:domino teſtante:qui ad hieruſalem per ꝓphetam
loquitur dicens.Hec eſt iniquitas ſororis tuæ Sodome.ſaturitas pãis
& abundantia aquæ.quapropter ſicut æger ad medicinam:ſic ad ſu
mendas dapes debet quiſq; accedere:nequaq̃m ſcilicet uoluptatem ĩ
illis appetens. ſed neceſſitati ſuccurrens. Hinc incarnata ueritas per
euangelium ait:attendite ne grauentur corda ueſtra in crapula & ebri
tate. Hinc de inſatiabili iudeorum uoracitate.apoſtolus inquit.Mul
ti enim ambulant quos ſepe dicebam uobis: nunc autem & flens di
co inimicos crucis chriſti: quorum deus uenter eſt:& gloria inpudẽ
dis eorum:qui terrena ſapiunt.Et ruſus æſca uentri:& uenter æſcis:
deus autem hunc & hanc deſtruet. Ille autem hoc uitium plene ſupe
rat: qui in ſumendis dapibus non ſolum per ſimoniam tenet.ut ſci
licet refectioni ſemper exuries:imparet.uerumetiam accuratiores: &
ſuauiores epulas excepta corporis infirmitate & hoſpitum gratia cõ
temnat.{Quartũ genus ẽ ſi ardẽtiori q̃ deceat uoluptate alimẽta ſuma
mus. pinde nõnulli gule uitiũ deſcribẽtes:ipm eẽ dicũt ſolius corpo
ris cã illecebroſum & nimis auidũ ciboꝝ appetitũ:cui ſnĩe.b.Grego
rius ĩ moralibus aſſentiẽs dixit.Nõ cibus:ſed appetitus ĩ uitio ẽ.Vñ

& lautiores cibos plerunq; sine culpa sumimus:& abiectiores non si
ne reatu conscientie degustamus. Et rursus inquit. non ad conflictũ
spiritualis agonis assurgitur: si non prius intra nosmetipsos hostis
positus gule uidelicet appetitus edometur. Et Iohannes Cassianus.
nunq̃m posse quempiam ardentes concupiscentiæ stimulos inhibere
testatur: qui desideria gulæ refrenare nequierit. Et Augustinus in p̃cla
ro suarum confessionum uolumine ait. Hoc me docuisti domine: ut
quenadmodum ad medicamenta: sic ad alimenta sumpturus accedã
Sed cum ad quietem satietatis: ex indigentie molestia transeo: in ip̃o
transitu mihi laqueus insidiatur concupiscentiæ. ipse enim transitus
uoluptas est:& non est alius: qua transeatur: quo transire cogit neces
sitas. Et cum sit salus causa edendi & bibendi: adiungit se tanq̃m pedi
seca periculosa iocunditas:& plerunq; preire conatur: ut eius causa fi
at: quod salutis causa me facere dico uel uolo: nec idem utriusq; mo
dus est. Nam quod saluti satis est: delectationi parum est.& sæpe in
certum fit: utrum ab hac necessaria corporis cura subsidium petat:
an uoluptaria cupiditatis fallacia minysteria suppetat. Ad hoc incer
tũ hylare scit infælix anima:& in eo præparat excusationis patrocini
um gaudens non appetere quid satis sit moderationi ualitudinis: ut
obtentu salutis obumbret negotium uoluptatis. his tentationibus
quotidie conor resistere:& inuoco dextram tuam ad salutem meam
Constat igitur ex his: in uoluptatibus:& in ipsis immoderatis desi
deriis: præcipuæ gulæ uitium cõsistere: que quidem adeo sunt nõnun
q̃m uehementia: ut pleriq; cum ad edendum accesserint inquieta qua
dam agitatione menbrorum intemperantiam sui designant animi:
caput excutiunt: brachia erigunt: manus in altum expandunt:& non
sine magna turpitudine quasi totum epulum simul sint absorturi: in
gentes quosdam conatus & gestus satis indecoros ostendentes. In
uno loco sedentes oculis: ac manibus:& qui prope:& qui longe sunt
omnia circuncurrendo simul panes comminuunt. uina in calices ef
fundunt: discos in gyrum circunducunt: anhelant:& suspirant pre an
gustia: ita ut existimes eos alium. rugienti uentri. patentiorem adi
tũ quærere: quasi angustia fauciũ nõ possit exurienti stomacho satis

sufficientem abundantiam ministrare.& uelut rex super obsessam
ciuitatem aggressum facturus:dubitant ubi primum expugnationē
aggrediantur:dum simul in omni parte abruptionem facere concupi
scunt.Ob eam rem diuus parēs noster Augustinus mirumimmodū
timens :non dico solum ab huiusmodi insultibus:& illecebrosis in
temperantiæ actibus:sed a quibuscunq; edendi uel bibendi periculo
sis iocūditatibus capi:atq; illa que Ari quotidianis ieiuniis in seruitu
tē redigebat corpus suum.& obnixe hisce uerbis deū precabat̄ īmor

Oratio beati Augustini

talē.Eripe me dñe ab oī tentatione Nō īmundiciā obnoxii cibi timeo
sed īmūdiciā cupiditatis.Scio Noe oīne genus carnis:quod cibo esset
usui mādučare permissum Iohannē mirabili abstinentia prædicum a
nimalibus hoc est locustis escam cedentibus non fuisse pollutum:&
scio Esau lenticulæ concupiscentie deceptum:& Dauid propter aquæ
desiderium a se ipso reprehensum:& regem nostrum non de carne.
sed de pane esse tentatum:ideoq; & populus in heremo:non quia car
nes desiderauit.sed quia æsce desiderio aduersus dominū murmura
uit:meruit improbari.In his ergo tentationibus positus certo quoti
die aduersus concupiscentiam manducandi & bibendi.Non enim est
quod semel prhendere:& ulterius nō attingere decernam:sicut de cō
cubitu potui.Itaq; frena gutturis temperata relaxatione & constrictō
ne tenenda sunt.Et quis est domine:qui non rapiatur aliquando ex
tra metas necessitatis:Quisquis est:magnus est.magnificet nomē tu
um.ego autem non sum:quia peccator homo sum.Sed ego magnifi
co nomen tuum.& interpellat te pro peccatis meis:qui uicit seculum
numerans me inter infirma menbra corporis sui.Et quia imperfectū
meum uiderunt oculi tui:& in libro tuo omnes scribentur.Attendi
te fratres mei:patris nostri humilitatem:attendite indictis suis peri
cula gulæ.attendite quanti & quot sunt huius uitii peticulosi:& in
uoluti laquei. Considerate q; si uir tantæ continentie. qui in cili
tio & ieiunio continuo animam suam humiliabat: & corpus suum
in seruitutem redigebat: se huius concupiscentiæ tenptationibus
iugiter uexatum fuisse: atq; quottidie aduersus edendi potandiq;
concupiscentiam gessisse certamen: seq; inualidum & impotentem

ad resistendum illi confiteat᷑:q̃nta cura:q̃ntoq; studio nos qui fragi
les:qui peccatores:qui tanti patris corrigiam soluere calciamenti di
gni nõ sumus huiusmõi illecebrosis appetitibus resister̃:& carnẽ nr̃am
abstinentia æscæ & potus domare debemus. Sunt & duo alia ge
nera huic uitio annexa:quæ regulariter uiuentium labefactare uitam
consueuerunt. Alterum:si clam & absq; prælati licentia cibus sumat᷑
Alterum:si non benedictione præcedente:& gratiarum subsequente
actione comedatur:De primo sicut in sanctorum patrum collationi
bus refertur. testis est imprimis Serapion abas:qui cum adhuc adole
scens panem furtim sublatum media die comedere soleret:incredibilẽ
quendam mentis sentiebat cruciatum:ut multo maior post illius æsũ
esset pena:q̃m in sumptione fuisset iocunditas:quo delicto cum iam
diu esset affectus:decreuit uenerabili Theone abati suum confiteri
peccatum:quod cum fusis lacrimis referasset:ipsumq; abas magno di
aboli laqueo enuntiaret per confessionem illam fuisse solutum:adhuc
eo loquente de penitentis Serapionis sinu lampas accensa ægrediens
in supportabili fetore sacellum morbidum reddidit. In quo simul
tria sunt declarata mysteria. Primum quidem quam graue peccatum
sit religiosis clanculum & absq; licentia comedere. Alterum quanta
sit pure cõfessionis efficiẽtia atq; uirtus. Postremo q̃nta uerbo℞ beati
senis ueritas tanq̃m diuine loquentis afflatu fuit ostensa. Testis dein
de est monachus ille:de cuius sanctitate:sicut beatus Gregorius q̃r
to dyalo. refert cũ apud omnes magna extitisset opinio:diem tamen
suum claudens extremum:omnibus fratribus coram se congregans
pauens ac tremens in hec uerba prorupit. Non a me signa expectens
sanctitatis:quoniam damnatus a uobis discedo. Et cum fratres dolo
re mæstitiaq; magnopere affecti damnationis suæ causam exquirerẽt
dixit eis. Quando me uobiscum ieiunare credebatis:occulte comede
bam:ea de re nunc ecce trador draconi immanissimo deuorandus:
quibus uerbis prolatis:illico ex hac luce migrauit ad tenebras. q̄ etiã
illi hoc in uitio delinquant:qui absq; benedictione. & gratiarum co
medũt actione:plane cõstat:tũ qa nostri saluatoris palã trãsgrediunt᷑
doctrinã. Ipẽ. n. nos suo docuit exẽplo q sicut crebrus euãgelicus ser
mo ĩsinuat añ pais fractõem:eleuatis ĩ celũ ocul᷑ celesti pr̃i grãs agebat

tum quoniam a debita iusticie forma discedunt. Nanq; sincere iusti
ciæ officium est: ut quod possumus largitori rependamus. Vnde Se
neca inquit. hoc certe iusticie conuenit: suam cuiq; reddere beneficio
gratiam. Tum quia non reddentes: summi dei muneribus iniuriam
inferunt. Inde Bernardus ait. Spiritui gratiæ contumeliam facit: qui
beneficium dantis grata mente non suscipit. Tum deniq; quia non
reddentes ingrati de acceptis esse uidentur. Ingratitudinis autem ui
tio? quid detestabilius? quid abhominabilius? quidq; execrabilius
dici potest? Nanq; ut Bernardus ait. Ingratitudo inimica est animæ
exinanitio meritorum: uirtutum dispersio: beneficiorum perditio:
uentus urens siccans fontem pietatis: rorem misericordie: & fluenta
gratie. Et rursus peruersi cordis est: occasiones ingratitudinis inuesti
gare. Nemo id facit: nisi qui etiam gratis est ingratus: peremptoria
igit' res est ingratitudo. hostis gratiæ: inimica salutis: quoniam nihil
ita displicet deo. presertim in filiis gratiæ: q̃m ingratitudo. Et iterum
gratiarum cessat decursus: ubi recursus non fuerit: nec modo aliquid
augetur ingrato: sed quod acceperit ei uertitur in pernitiē. fidelis aūt
in modico: censetur dignus munere ampliori. Et Petrus Rauennas
inquit. Nihil est ꝙ adeo indignationem prouocet altissimi: sicut in
gratitudo que beneficiorum exinanitio: & meritorum est extermina
tio. Et hieronimus. Indignus recipiendus est ille: qui de acceptis fue
rit īmemor. Et Marcus Tullius. nihil est tam ĩhumanum tanq; seuū
q̃m beneficia recolenda tacere. propterea doctorū pater Augustinus
in calce libri de oratione dominica. nos monet dicens. Vigilemus ora
turi semp & acturi deo gratias. hic quoq; orare & gratias agere nō de
sinamus. Et non solum monuit: sed etiam quod docuit faciendum.
iugiter ipse peragebat. proinde in libro suppotationum cū maximo
cordis clamore dicebat. Gratias ago pietati tuæ domine: & multifor
miter gratias refero ex totis præcordiis meis: qui propter tuam ine
narrabilem dilectionem: qua nos miseros & indignos mirabili boni
tate amare dignatus es: & misisti unigenitū tuū de sinu tuo ad pecca
tum nostrū saluare nos peccatores: tūc filios perditionis. gratias ago
tibi pro sancta incarnatione & natiuitate eius. & pro gloriosa geniti i
ce sua. de qua ip̄e carnē assumere dignatus est: propter nostrā salutem

ut ſicut uerus deus de deo: ita uerus homo ex homine eſſet. gratias
tibi ago pro paſſione: & cruce: & morte: & reſurrectione: & aſcenſio
ne eius in celum: & ſede maieſtatis eius ad dexteram tuam. Ipſe enim
quadrageſimo die poſt reſurrectionem ſuam uidentibus diſcipulis a
ſcendens ſuper celos: ſedensq; ad dexteram tuam ſpiritum ſanctum ſe
cundū promiſſionem in filios adoptiōis effudit. Gratias tibi ago ꝓ
ſanctiſſima effuſione ſanguinis eius: quo ſumus redempti: & pro ſa
croſancto: & uiuifico myſterio corporis & ſanguinis eius: quo quoti
die ī eccleſia tua paſcimur: & potamur: & abluimur: & ſanctificamur
& unius ſumme diuinitatis participes efficimur: gratias tibi ago pro
tua magna & īenarrabili charitate: qua nos indignos ſic amaſti & ſal
uaſti per unicum & dilectum filium tuum. Sic enim dilexiſti mun
dum: ut unigenitum tuum dares: ut omnis qui credit in ipſum non
pereat: ſed habeat uitam eternam: ut cognoſcamus te deum uerum
& quem miſiſti ieſum chriſtum per fidem rectam: & digna fidei ope
ra. Et cum ipſo deo ſolus: & lachrimas & ſermones effunderet dicebat
Multa beneficia tua exhibuiſti mihi domine: & ego eram cecus: & nō verba b[eati] Augustini
cognoui donec me illuminaſti. En illuminaſti me lux animæ meæ de
us meus: & cognoſco te: quia uiuo per te: & gratias tibi ago. ſed uiles
& exiles: ac beneficiis tuis impares: quales tamen mea fragilitas habet
affero: quia tu es ſolus deus creator meus benignus: qui educaſti me:
poſt beneficium nempe creationis: quoniam in principio animas a
mas domine: & nihil odiſti eorum: que feciſti. En ego primus inter
peccatores: quos ſaluaſti: ut exemplum aliis tribuam: benigniſſime
pietatis tuæ. Confiteor beneficia tua magna: quoniam eripuiſti me
de inferno. ſemel: ſecundo: & tertio: & centies: & milies: & tu ſemper
me ducebas: & cum iuſte milleſies damnaſſes: ſi uoluiſſes: noluiſti: qa
amas animas: & diſſimulas peccata propter penitentiā domine deus:
multa miſericordie: ī oībus uiis tuis. Et innumeris aliis ī locis: multiſ
mltiplicibusq; ſententiis & exēplis docuit quatenus nos ad grãꝝ actio
nes debeamus eē ꝓpenſiores. Nec ambigendum eſt: ſi uel cōtemptu
uel inertia omittant᷑: penā eē obmiſſores ſuſcepturos. Debemus itaq;
alimēta nr̄a uerbo dei & ſācte trinitatis īuocatione prius bn̄dicere: ut benedictione
inde tentatores abſcedāt: ut q̄ ad ſalutē ſumimus detrimentum non

afferant animabus:ut quæ ex solius diuinæ maiestatis solio tribuun
tur nostris meritis nõ ascribamus. In fine quoq; gratias ei agamus:ut
nobis que sumpsimus aie corporiq; prosint alimenta:ut de acceptis
muneribus memores:digni fiamus amplioribus:ne ingratitudinis la
bamur in uitiũ:ac perinde acerbissimos fructus ex hac pessima arbo
re ꝓgredientes iusto dei cogamur degustare iudicio:ꝓpterea psalmi
st a nobis. qui panẽ mãducamus doloris:postq̃ ad edendũ sederimus
surgere iubet:ad gratiaꝝ.s.reddẽdas actiones:& ꝓ illis ad deũ preces
effundere:a quibus nouimus beneficia suscepisse:quod tanto facere
debemus libẽtius:q̃to meliora meremur. si ut Cassiodoro libet:colla
ta bona de corde non ꝓbamur amittere:ac insuper cũ nil melius:ut
Aureliũ antistitem:Augustinus docuit:q̃m quod animo gerimus:o
re promamus:& calamo deo gratias exprimamus:q; siqs alias ab ec
clesia institutas gratiaꝝ reddendaꝝ nesciat circũstantias hoc breuissi
mũ & maxime efficientiæ uerbũ. utpote deo gratias:nõ omittat:q̃m
eo nec dici breuius:nec audiri letius:nec intelligi gratius:nec agi fru
ctuosius quicquã potest. Et quoniã gule uitiũ nõ in esculentis solũ
uerũetiã in poculentis p æbrietatis cõmittit' excessum: operepreciũ
existimaui (ut illum non modo euitemus:uerũetiam prorsus abhor
reamus) eius de obscenitatibus aliquas conscribere. Et enim quatuor
illi modi priores in esu peccandi:longe sunt in potu detestabiliores :
hinc deteriores detestabilioresq; effectus sequi ex eis consueuerũt. Nã
q; sicut uinum moderate sumptum stomachi debilitati & aliis multis
occurrit infirmitatibus. ita & immoderate bibitum æbrietatem indu
cit. Ebrietas autẽ innumeras gignit ægritudines:innumerosq; actus
obscenos:ac nefandissimos inducit effectus. Nam æbrietas sic belui
nos mores:uanasq; imagines incerti uisus:tortuosi gressus:horribiles
q; sonitus immittit. ut ea infecti:umbras sæpe transiliant sicut foueas
Nutat his terra:subito erigi. & inclinari uidet':& quasi uertat':timẽtes
in faciẽ ruunt:& solũ manibus apprehendunt:aut cõcurrentibus mõ
tibus sibi uident' includi. Murmur in auribus tanq̃m maris fluctuã
tis:pauor:interdũq; tonitrua insonare uident'. Canes si uiderint leo
nes arbitrantur:& fugiunt. Alii risu soluunt' incondito. Alii incõso
labili merore deplorant. Alii euomunt:alii cantant:alii tripudiant.

Alii pedunt:alii alios inhonestissimos ferinosq; mores instar irratio
nabiliũ animalium tot gestiunt:ut non uideatur quouispacto anti
quus & uulgaris sermo habere ambiguitatem ꝙ simie naturam sapi
ant:ꝙ ebriorum genera:centesimum numerum excedant. Vigilantes
somniant:dormientes litigãt:& ut diuus inquit Ambrosius uita his
somnium est:quo uelut subhet grauati nullis possunt uocibus excita
ri quantolibet stimulandos in pulsu putes:nisi resipuerint.respirare
non possunt. Vnde bene Hieremias hoc genus hominũ tanq̃m sup
fluam creaturam flendam putat:quid est enim homo ebrius:nisi cre
atura superflua. Ebrietas letali morbo afficit corpora:& tanto quidẽ
grauius:q̃nto illa cum defuerit tremor esse non desinerit. Ebrietas enĩ
perpetuum dat tremorem. Perinde Ambrosius ait. Sudant uinũ cor
pora temulentorum:si leuius contigeris uinum exprimis. Ebrietas fo
mentum libidinis. Ebrietas incentiuum insanie:ebrietas uenenum sa
pientie:pabulum insipientiæ:hec sensus hominum mutat & formas
per hanc fiunt ex hominibns equi hinnientes. Siquidem naturali
uapore corporis calidi.& propter naturam uini calore flammati coer
cere se nõ possunt:& in bestiales libidines excitantur.ut nullum tem
pus præscriptum habeat:quo deceat indulgere concubitu:uocem a
mittunt:colore uariantur:oculis ignescunt:ore anhellant:fremunt na
ribus:in furorem inardescunt:sensum excedunt:hinc frenesis pericu
losa:hinc calculi grauis pena:hinc exitialis cruditas:hinc fomitus fre
quens cum interiorum uiscerum cruore uomentum. Mentior nisi ea
dem dominus per Hieremiam locutus est dicens. Bibite & inebriami
ni:& uomite:& cadetis:& non surgetis. Ebrietas ad arma concitat:ca
licibus per eam tæla succedunt. hinc ad corporis animeq; pernitiem
suos destinet possessores. O q̃m inexplicabilis perfidie uirus:quod in
uino latet:merito deus per Moysen non solum ueneno:sed etiã draco
num ueneno uinum compauit dicens. Furor draconum uinum illoꝝ
& ira aspidum insanabilis. Ebrietas perfidiæ mater sacrilegio:populũ
dei inuasit:de qua scriptum est.ꝙ ieiunante Moyse in montis cacumi
ne:ut legem dei mereretur accipere:ipse in eius radicibus cibo potuq;
repletus surrexit ludere:& deo cæli terga uertens idolatra factus est
Ebrietas aufert potentibus sapientiam & potentiam:unde Olefernis

principis miliciæ regis Assiriorũ uino sepulti sancte Iudith cõtinen
tia non modo sapientiam. sed caput abstulit:& innumerabili dedit
exercitui conflictum. Itaq; unius mulieris ieiuniũ innumeros strauit
exercitus æbreorum. Proptera Ambro. Romanórum laudabat astu
tiam dicens. prudenter Romani barbarorꝫ uini haustui indulgẽt:ut
in potus soluti:& eneruati æbrietate uincantur. Ebrietas est incestus
origo. Vnde sanctus Loth de incendio Sodome & Gomorræ libera
tus in monte: quẽ sibi sperabat esse saluti uino inebriatus cõcubitu ex
arsit filiarum. Ebrietas egestatem inducit. O ad quantam egestatem
& miseriam Epulonem illum diuitem: qui induebatur bisso & purpu
ra:& uescebatur quotidie splendide:& aperto gurgite uinum funde
bat: conduxit ꝙ in inferno sepultus: ut linguam eius refrigeraret: que
ardebat incendio aque non meruit sibi guttam elargiri. Ebrietas pau
peres insanire facit. hi quidem in tabernarꝫ foribus: neq; tunicam: ne
q; sequentis diei sumptũ habentes: pro tribunali sedẽt de summis põ
tificibus iudicantes. immo & sibi regnare cunctis preesse:& exerciti
bus impare uidentur: fiunt ebrietate diuites: qui sunt in ueritate ino
pes super terrã. Aurum scilicet imagine imperfecta:& insulsis uerbis
donant. dispensant pecunias populis: ciuitates edificant: castra con
grægant: qui non habent cauponi: unde potus sui corporis soluant
feruet uinum in his:& quid loquantur penitus ignorant: diuites sũt
dum inebriantur. Mox ubi uinum digesserint: cernunt se esse mendi
cos: uno die bibunt multorum dierum labores: proh dolor: ꝙ uiri etiã
magni atq; potentes sic sepenumero uino madefiant: ut omni popu
lo habeantur derisui: hac atq; illac tanq̃m nauigia sine gubernatore
fluctuent & nisi a seruulis excipiantur tanq̃m uulnere icti in terram
defluant. Alii in equis: alii in curru: alii in scutis referuntur: quos ma
ne insignes spectaueras: uultu minaces: eosdem uesperi cernas etiam a
puerulis impune rideri: sine ferro uulneratos: sine pugna interfectos:
sine hoste turbatos: sine senectute tremulentos in ipso iuuentutis flo
re nascente. Sepenumero se ipsos necant: nonnunq̃m in charissimos
seuiunt seu Alexander Macedo: qui cum toti imperaret orbi ei temu
lento sic impauit uinum ut sibi charissimum transfoderet seruitorem
Perinde Seneca dicit. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas.

hic acerrimas gẽtes bellicosasq; hostibus tradidit:hic multorũ auorũ
pertinatia bello defensa:menia patefecit:hic cõtumacissimos: & iugũ
recusantes:in alienum redegit arbitrium:inuictos enim acie meto do
muit:cum ipse ab illo domitus esset. O Alexander:tu tot prælia: tot
pugnas:tot hyemales estiualesq; intemperies quibus uicta temporũ
locorumq; difficultate transisti.tot flumina ex ignoto cadentia:tot
maria tutum te dimiserunt.& bibendi te intempantia subuertit? O e
brietas mare & pelagus uitiorum. Tu furoris poculum.tu ignis liti
um.tu mentis uenenũ:tu petulantiæ magistra:tu subuersio sapientiũ
tu derisio potentum:tu debilitatio corporum:tu pernities animarũ
tu amica demonum:inimica deo:tu pudentiæ reseratrix: & eni Noe
patriarcha summus:& secundus restaurator orbis ad unius horæ in
uasionem tuam.nudauit pudore femora sua:que per sex centos ãnos
summa cum pudicitia contexerat. Tu nature confusio.tu amissio gra
tie.tu perditio glotiæ:tu damnationis genitrix:tu sacrilegii incestus
adulterii & omnis illiciti concubitus incentiuum. Perinde uini usus
Teste Valerio.olim Romanis feminis ignotus fuit:ne scilicet in ali
quod dedecus laberentur:quia proximus a libero patre intemperan
tiæ gradus ad inconcessam uenerem esse consueuit. Tu ebrietas atca
norum reseratrix:& periculorum inductrix. Qui te habet:homo nõ
est.sed obprobrium hominum & abiectio gentium. Qui re habet nõ
facit peccatum:sed pene est ipsum peccatum. Nanq; ebrioso? quid tur
pius? quid furiosius? quid rabidius? quid ignominiosius.hinc fætor
in ore:tremor in corpe:ignis in gutture:fornax in uentre: puteus in
stomacho:in lumbis sentina libidinis.hic promit stulta:prodit occl
ta:huic mens alienatur:facies transfotmatur:& cum ad dei factus sit
imaginem:denigrauit se ut bestiarum & demonum fieret imago hos
& alios innumeros illecebrosos effectus.& præclare & eleganter di
uus parens noster Augistinus summa cum detestatione descripsit
Vnde ad sacras uirgines ita scribit. Ebrietas ab animæ iniuria incipit
& flagitiorum omnium mater est:culparum materia:radix criminũ
origo omnim uitiotum:turbatio capitis:subuersio sensus: tempestas
lingue:procella corporis:naufragiũ sanctitatis. Ebrietas turpis amen
tia est:insania uoluntatia:ignominiosus langor:male sana debilitatõ

De Noe

Olim feminis comm... usus vini ignotus fu...

Quid sit ebrietas secundum Aug.num

turpitudo morum: dedecus uitæ: honestatis infamia: animæ corruptela. Ebrietas ut quotidie cernimus: amplarum famularum q̃plurimos labefecit: & cura gubernationis destitutos. parentum auorumq; suorum bene diuq; congregata atq; ingenti precio præparata mille modis distrahere fecit. Ebrietas in utroq; sexu cuncta mala semper appetit: & nefanda committit. Ebrietas timorem dei aufert. futurum dei iudiciū de corde se habentium tollit. Ebrietas ut ait apostolus regna cælestia appetentibus denegat. Ebrietas tumulento domino tempus furatur dies surripit depositi sui non reminiscitur: & ante illum posita: nec mente: nec oculis contuetur. famulo uero non solum fidem aufert: sed etiam fraudum & seruitutis officio inutilem facit. Quid plura. In quibus regnat ebrietas: nulla ratio: nullum gerende uitæ consilium: nulla gestorum aut lectōnum memoria: nec ulla artium aut industria prouidentiæ: quoniam ebrietas rationis offuscat iudicium: memoriā euacuat: uoluntatem deprauat: cunctas eneruat potentias: per eam toti menti sui ipsius obliuio generatur. Vbi enim dominatur æbrietas ibi ratio exulat: intellectus obtunditur: consilia deuiant: iudicia subuertuntur. Et in libro de salutaribus documentis. his uerbis nos monitos facit. Fugiamus inquit æbrietatem. ne in crimen luxurie incurramus: quia apostolus præcepit dicens. Nolite inebriare uino in quo est luxuria. Vinum enim deus nobis ad letitiam cordis: non ad æbrietatem donauit. Bibamus igitur non quantum gula exigit: sed quantum naturæ imbecillitas postulat. Ne igitur ad medelam corporis nostri tributum est: ad pernitiem deputemus. Anuncia quæso tuis in domo tua subiectis quod pleriq; per uinum homicidia: fornicatiões perpetrauerunt: nec ipsam mortem recusauerunt. Alii per uinum a demonibus capti sunt: nec est aliud ebrietas: quam manifestissimus demon. Ebriosus putat se aliquid optimum gerere: cum fuerit ad præcipitia deuolutus: per uinolentiam armatur ad maledicta: & ad cōuitia proximorum: & immutatur mens eius. & lingua balbutit. huiusmodi enim uir cum se putat bibere uinum: bibitur a uino: plurimi nanq; homines per uinum maximam debilitatem contraxerunt: nec potuerunt consequi pristinam sanitatem: quia gulæ non temperauerūt ardorem. Et rursus sacris uirginibus scribēs æbrietatem ipsam: ut sāctā

quam deuouerunt uirginitatem cōseruare queant:detestatur hoc pa
cto. Vt cūcta inquit summatim perstringam per uinum castitati sur
reptum est.& plurimæ a corruptoribus decepte sunt. multe uirginū
etiam pellente uino thori genitalis oblitæ pudiciciam suam adulteris
tradiderunt & mæchis de morte pacte sunt maritorum. Quo in plu
res in pellente uino præcipites indecentibus se conuentibus pollue
runt:& de genitoribus aut genitricibus:de filiis aut filiabus:de fratri
bus aut sororibus:de generis aut nuribus:per nefandos concubitus
sibi filios genuerunt. per uinolentiā plurimi:plurimeq; a sancto pio
q; proposito exciderunt.& sui obliti:missis honoribus.ignobiles re
manserunt.& a patris sedibus profugi uitam:non ubi sumpserant fi
nierunt:per uinum fortes ab infirmis elisi sunt:& in mortem q̄mplu
res ictu muliebri p̄strati:& inuicti exercitus.uino dominātе extincti
sunt:& seruitutis iugo subacti. Innumerabiles iugum alterius domi
nationis diu recusantes uinolentia in alienum redegit arbitrium. As
suetudine uini q̄mplures in insaniam conuersi sunt:& mentis duran
te amentia ab humana sunt conuersatione seiuncti. & ferina morte
consumpti. Quāplures uini immoderatus excessus:ex diuitibus pau
peres reddidit & egenos. Infiniti numero:uino impellente iniusta im
piaq; homicidia commiserunt. Quāplurime urbes diu obsesse:nec ca
ptæ:custodibus somno uinoq; sepultis hostibus patefacte sunt:& in
cendiis concremate:& alia multa nefanda & innumera sunt:quibus p
æbrietatis uitia mundus ipse frequenter uexatus est:& nunc usq; ue
xatur. Propterea uinolentiam & omnem ebrietatem fratres mei fugia
tis. Nanq; æbrietas licet omniū hominū generi mala sit. sacerdotibus
tamen & diuino cultui dedicatis damnatissima. perinde Augustinus
ait. quicunq; erit honori sacerdotali præditus:& proximus fuerit æ
brietati:uicinus est ultioni:& ab eis:qui deo proximant:si fuerint te
mulenti:procul non sunt uindictæ:quæ seuiant. Ergo quisquis diui
no munere constitutus uinolentus accesserit ad sacramenti celebratō
nem:mortis consequendæ non habet dilationem. Vt crudelem igit̄
necem:uobis mordax effugitæ uinum. nec uobis de uestra potandi
continentia blādiamini:quoniam Noe uir summæ cōtinentie non

inebriatus est diluuio:inebriatus tñ est uino:q̃q̃ ille naturam uini ig norabat: Non enim ante potauerat. Sed uos didiciſtis in illo:qd ca uere debeatis. Loth etiã q inter ſodomitas uixerat cõtinentiſſimus:in monte ſalutis:q̃q̃ p deceptionẽ filiaꝝ a uino deuictus inceſtũ cum eis cõmiſit. Vultis ergo nõ decipi:uultis nõ circũſcribi: uultis nõ irride ri:a ſomno nõ capiami:uultis ab illo nõ capi: eſtote ſobrii ſitis conti nentes:fugite uinũ quod oculos letali pondere claudit. Si non uultis uri ad ignẽ nolite accedere. Fugite pluſq̃ ignem uinũ:ſi uri nõ uultis: cõcupiſcentia. Imitemi nõ Loth in mõte ubi uino madefactus eſt ſed præceptorẽ nr̃m Auguſtinũ q ſuis cum fratribus in eo habitãs: pane ordeaceo & aqua(ut liber deo famularet̃)cõtentus erat.

Textus uiceſimuſtertius Auguſtinus

Vm acceditis ad menſam:donec inde ſurgatis:quod uobis ſecundum cõſuetudinem legitur:ſine tumultu & cõtentiõi bus audite. Nec ſole uobis fauces ſumant cibum:ſed & au res eſuriant uerbum dei.

Commẽtum uiceſimũtertium Ambroſius

Ertium pceptum quod in modo uiuendi ſeruare maxĩa cũ diligentia debemus eſt: ꝙ q̃diu ad menſam ꝓ refectiõe ſu menda ſumus:attento aĩmo:arrectis auribus:ſine tumultu ſine cõtentione:de his.ſ.ſcripturis:quæ nobis ſecundũ cõſuetudinẽ le gi iubẽtur:lectionẽ audiamus:& hoc iõ:qm̃ nõ ſolũ fauces corporales debent ſumere cibum:ſed etiã aĩa delirioſo illo pabulo quod uerbum dei ẽrefici debet:& qm̃ uerbũ dei(ut inqt aplſ)p auditũ eſt:cum teſte phõ:ſenſus auditus ſit ſenſus diſciplie:iõ aures ipe:nõ qdem exterio res:quibus affectus eẽ nõ põt:ſed aures cordis exuriãt:hoc eſt affectẽt & cõcupiſcãt audire uerbũ illud dei ſacratiſſimũ. Multa in huius ſalu tiferi mandati paucis uerbis cõprehendunt̃ myſteria:q̃ mĩme ſunt ſi lentio ptereunda. Itaq; uideamus & explicemus charitati ũe illa quo ad fieri põt p ſinglã uerba:ut nõ mõ nr̃i pceptoris acumẽ ingenii:ſed

erga nos filios suos ardentissimum nræ salutis intelligamus desideri
um, iubet igit᷑ dum reficimur a nobis lectionem audiri: ut dei nobis
in lectione loquentis reficiamur suauitate: & magis gustũ interioris
hoīs ad illam ineffabilem dulcedinem diuine maiestatis degustandā:
dirigamus: q̃ fauces: dentes: guttur: & uentrem ad sumendũ putribi
lem cibum præpemus: hic nempe sæpissime nauseam generat: & cum
digestus fuerit rursus relinquit esuriem: illa uero sic delectat & satiat
aīam: ut omni sublato fastigio: omni: sitiq; extincta uniuersi sui desi
derii iam cōpos efficiatur: hic corporalis & terrenus cibus uentrē īplet
& grauat: illa complet mentem & subleuat: hic sepenumero infœli
cem facit refectum: illa fœlicem & beatum facit intellectũ. Hinc scūs
dauid dicebat. Gustate & uidete q̃ suauis ē dn̄s: btūs uir qui sperat in
eo. Hinc btūs Augustinus de flumine loquens deitatis aiebat. Si qs
de fluuio paradysi biberit: cuius una gutta maior ē omni oceano: nil
sibi restat nisi ut omnis sitis in eo extincta sit. Et Saluator noster secũ
ad puteum loquenti Samaritanæ dixit. Si quis biberit ex hac aqua si
tiet iterũ: si quis autem biberit de aqua: quam ego dabo: non sitiet in
æternum. Aqua autem xp̄i aqua salientis est in uitam æternā: aq̃ xp̄i
munera sunt sp̄us scī: aqua xp̄i gratia & gloria xp̄i est: ad quam hic p
lectionem: obseruantiamq; suorum mandatoꝝ disponimur: cũ uero
nostre mortilis carnis uestimenta deposuerimus: eam cunctis exple
tis affectibus suscipiemus dicente ꝓphā: satiabor cum apparuerit glo
ria tua. Qui in alio psalmo domino decantauit. Veniant mihi misera
tiones tue: & uiuam: quia lex tua meditatio mea est: cui lex dei medi
tatio est. Hinc teste Ambrosio præsto sunt misericordiæ: ut uiuat in
æternum. Et rursus Dauid. Beatus uir qui in lege domini meditabit᷑
die ac nocte. Sed quomodo quis sine lectione ueniet ad meditationē
nam qui meditatur in lege: eruditur in lege & quē lex erudierit: domi
nus per lectionem erudiuit: qui locutus est legem non enim aliud est
nobis deum loqui: q̃ ꝙ ipse qui est ueritas infallibilis: sapientia icom
prehensibilis: mens infinita: & intellectus unico intuitu omnia com
prehendens nobis legat: nos doceat: erudiat & illuminet: Ideo scriptũ
est. Beatus quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum.

Audiamus ergo fratres diuine scripture lectionem libēter: audiamus
deuote: audiamus attente: ne tantum offendamus doctorem nos suā
sapientiam docentem. Discamus & nos in lege meditari: ut possimus
absq; fine beatificari: non aduocemur sæcularibus illecebris: non occu
pemur mundanis impedimentis: sed semper ad legem dei simus attē
ti: quoniam scriptum est. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua
eius loquetur iudicium. Idem Apostolus Paulus docuit obseruandū
cum ad Thimotheum scripsit. Attende lectioni exhortationi: & doc
trinæ. lectio enim fræquens nec intermissione aliqua destituta doctri
næ munus operatur. Origenes etiam uir certe eruditissimus: nunq̄ ut
Hieronymus refert sine sacre scripture lectione cibū sumebat. Precep
tor etiam noster plus hoc docuit exemplo: q̄ scripto: ipse enim condi
tor legis saluatoris sequens uestigia nil nobis īperauit faciendum: q̄d
ipse prius & abundantius non fecerit. Hunc autem ritum & modum
legendi ad mensam a senioribus uiris doctissimis didicit: quorum
plerique omnes tanta cum dulcedine mentis rerum diuinarum cum
reficiebantur lectiones audiebant: ut sumendi cibi sæpenumero ob
liuiscerentur. Et quanquam omnibus lectio atq; in lege meditatio
perutilis sit: regularibus tamen: & sacris dedicatis mysteriis: & his p̄
sertim: qui aliis presunt summopere est necessaria. Cuius rationem A
postolus Paulus ad Titum scribens his uerbis inducit. Debet inquit
Episcopus amplecti eum: qui secundum doctrinam est fidelem sermo
nem: ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt
arguere: quod utiq; sollicitæ atq; intæntæ meditationis est: non per
functorie lectionis. Et ut nostræ satisfaciamus pollicitationi. illud
quod noster exorditur præceptor: cum scilicet acceditis ad mēsam pla
ne inducit: ut ædendi bibendiq; seruetur communitas: seruari autem
non potest: si plures diuersis in locis: diuersisq; temporibus præparen
tur mense. Sed quo enim pacto fratres mei simul in mensa lectionem
audietis: si non simul eodemq; in loco reficiamini: ¶ Magna igitur est

in illo monasterio abusio & ponderosa religionis trangressio: in quo
partiales fiunt mensæ. Innumera enim ex hoc & execrabilia sequunt
mala. Nanq; imprimis fundamentum debilitatur: &: o utinam non
destruatur religionis. Fundamentum enim ueræ approbatæq; religi
onis: est ipsa communitas. Scriptum est enim in actibus Apostolorū:
Et iddem mandatum est a nostro patre & præceptore. sint uobis om
nia communia. communia autem esse non possunt: quæ diuisa & pro
pria facta sunt. Diminuitur deinde charitas: quæ non nisi communi
cari omnia deposcit. Nascitur murmur. Etenim tali partiendi genere
alii abundant: alii uero æsuriunt: inde murmura oriuntur: quoniam
iuxta Prophetam: qui non fuerint saturati murmurabunt Consumū
tur monasterii bona. Detractiones: coniurationes: clamores: conuitia
maledicta deniq; innumeræ exinde oriuntur insolentiæ. Vna igitur:
& communis fratribus: qui bene ualent: & qui sedulo in monasterio
commorantur: debet esse mensa. Pro infirmis autem: & hospitibus ex
hibenda charitate: plures fieri: tam regula q̄ nostri ordinis instituta
iure admittitur: quoniam charitas quæ imperatrix est omnium uirtu
tum omnia suffert. Si aūt cū aliqua communis uel particularis neces
sitas id admittat: ut plures fiant in monasterio mensæ: in unaquaque
hoc seruandum est mandatum: ut sine tumultu & contentōne qui in
ea fuerint: sine tumultu & contentione audiant lectionem. Cum uero
subdit: donec inde surgatis: lectiones per totam mensam continuita
tem aperte insinuauit: quoniam quemadmodum una continuaq; cor
poris: ita & mentis debet esse refectio. ¶Multum quoq; omni tempore
contra quascunq; tentationes lectionis ualet assiduitas. Perinde Bea
tus Ambrosius ait: Quando in afflictionis tempore sumus: & quati
mur aduersis: meditatio nobis in lege sit: ne imparatos procella ten
tationis affligat. athleta nisi exertitio palestræ prius fuerit assuefactus
non audet subire certamen. Vngamus ergo oleo lectionis nr̄æ mētis

lacertos. Sit nobis tota die ac nocte exercitii: usus in quadam coelesti
um scripturarum palestra: artusq; animorũ nostrorum salubris spiri
tualiumferculorum æsca confirmet: & cum aduersarius assistere ce
perit: & puluere nos sue temtationis asperserit: stemus intrepidi:
Per hoc autem quod adiecit. Quod uobis secundum consuetudinem
legitur: indicauit nõ uniuscuiusq; arbitrio: sed secundum superiorum
patrum consueta & laudabilia instituta legantur: quæ legenda sunt:
Vetustissimis autem in mensa legendi ritus: ceu in sanctorum patrũ
legitur institutis. Non de egyptiorum solum: sed de cappadocum ty
po ꝓfectus ẽ: a quibus: tum propter compescendam ociosam cõfabu
lationem: tum propter contentiones euitandas: tum propter refectio
nis mentis habendam: tum deniq; propter capessendam spirituale ex
ercitationem: sicut Iohanni Cassiano placuit religiose sancteq; fuit in
stitutus. Singula autem hec beatus Augustinus in hoc mandato con
scripsit. Nam in eo quod dicit. Sine tumultu: hoc est cum silentio oci
osam confabulationem nobis caueamus iubet: quod in secunda regu
la expressius demandauit dicens. Omnes ad mensam sedentes taceant
audientes lectionem: hanc taciturnitatem tanto studio seniores prẽs
seruabant: ut crederetur apud eos hoc religionis mandatum inter cæ
tera tenere primatum: cui sententiæ uisus est assentire Augustinus cũ
dixit in libro sermonum. Silentium fratres charissimi inter cetera uo
bis in heremo summe est necessarium. Omne enim quod non hædifi
cat in periculum uertitur dicentium & audientium: lingua enim nr̃a
sensum sequatur & rationem: non uoluntatem. Non enim debemus
tantum oculos clausos tenere: sed & linguas infra dentes seruare illæ
sas. Sermo enim uanus uoue conscientie iudex est: qualis enim es: ta
les sermones loqueris: talis & mens compobatur: & qualis fueris in
factis: talis comprobaueris in uerbis: stultus enim ualde est qui non
prius uerbum ducit ad linguam rationis: q̃ educat ad linguam oris:
qualis est homo in mente: talem uerbositas depingit in ore: uerbosi
tas hominẽ cõducit ĩ ioculatorẽ hũane nature: dignitatẽ depõit: hono
res sibi rapit: ĩimicos ĩfinitos acqrit: ĩflãmat dẽiq; lĩgue mobilitas in a
dolescẽtia ad iocosa ĩ uirili etate ad fraudulẽta: sed ĩ sẽili ad dtractoria

Restringenda ẽ igit̃ hec praua fauilla: ne ĩ magnã uertat̃ flãmã: surcu
lus ne crescat ĩ siluã: gutta ne crescat ĩ fontẽ. maius ẽ denique frẽs linguã De refrenatione lingue
refrenare q̃ cape ciuitatẽ: quia id ĩsultat exterius: sed istud interius: hic
sumũt arma cõtra te ipm: sed ibi de alieno. Sũma tñ uerecũdia ẽ: & de
pssa delectio nõ posse linguã refrenare: & uile nõ posse ligare mẽbrũ:
Ecce lingua egredi q̃rit: motũ pquirit: tu uero: o mõache p tpantiã ip
sam refrena: appone ei pensulũ rõis: circũcide eã maturitate discretiõis
O lĩgua tu piculum ĩminẽs es: tu lutũ pducis: discordiam sepe spgis
pditionis uenenũ & detractionis paris: & ad infernũ qui tibi credũt
cõducis. O manache cognosce linguã nequã fuge eã: despice eã: si po
tes cõfunde eam: sed uolo te instruere tuã linguã bñ loqui: uis bñ loq
da ei moderatum modum: preciosa enim lingua nõ nouit nisi uerba
dĩna semp cõstruere. O q̃m sanctum est os: unde sp cœlestia erunpũt
eloquia. O monache cõsidera te redditurũ rõnem de oĩ uerbo ocioso
& tanto maiorẽ quãto minus es obligatus: non enim in foro sed ĩ cel
la habitare debes: non familiã: sed familiarũ aĩas orõne pascere debes
nõ igit̃ ẽ tibi necesse multũ loqui: nec inter hoĩes cõuersari nec mercã
tias ptractare: ut uiuas: nã mercantiã in monacho usurã ocultã existi
mamus. Ama igit̃: o monache solitudinẽ: multitudinẽ uero fuge: ne De solitudine.
cõprehendaris uerbo: ac etiã cõfundaris in facto. Et si interrogatus fu
eris melius est tibi ad singula rñdere breuiter: q̃m diutius in morãdo
uerba criminosa plixius extendere. uerbositas. n. qd aliud ẽ q̃m semen De homine verb[oso]
qđ fructũ nõ facit. O uerbose erubesce & cõsidera tuã grandẽ miseriã
qd. n. aliud es q̃m sal ĩfatuatũ: qđ ad nullũ ualet cõdumẽtũ: uere tu in
fructiferus se & ĩfructiferos facis q te libẽter audiũt. o uerbose mẽdax q
ueritatẽ raro dicere uoluisti. o eloquax cognosce teipm: nã loq nũq̃m
erubescis: nec cõsideras qđ sed quãtũ discere possis: ñ mẽsuras uerbo⁊
sñias: sed tñ ut satieris. O uerbose erubesce: qa oĩo ꝯgnosceris qd agis
nã tua cõditio ẽ occulta manifestare: nota ĩ cõuẽtibus pdicar̃: sed si ne
scis sõnias in auditu: fingis te scire qđ nescis: ut libẽter audiaris a cunc
tis. O artifex mẽdatio⁊: o faber fabla⁊: lege qđ ĩ ps. dr̃ qa uir lĩgosus
ñ diriget̃ nec diliget̃ ĩ terrã pmissiõis. o mõache & tu diligẽter attẽdas
nã q ñ refrenat lĩguã suã: huius uana ẽ religio: q ñ custodit lĩguã suã
monachus non est: qui autem moderat lĩguam suam prudentissimus

est.uerus q̃ monachus est.Huic assentitus est Ambrosius qui in pri
mo officioꝝ libro astruxit silentium a nobis potissimum fore adis
cendum atq̃ diligenter seruandum quod magno & irrefragabili legis
dei omnipotentis testimonio comprobauit dicens.Lex dicit.Audi is
rahel dominũ deum tuum.Non dixit loquere:sed audi.ideo Eua la
psa est:quia locuta est uiro:quod non audierat a domino deo suo pri
ma uox dei dicit tibi.audi.si audias custodias uias tuas:& si lapsus es
cito corriges.In quo enim corrigit iunior uiam suam:nisi in custodiē
do uerba dei.Tace ergo prius:& audi.ut non delinquas in lingua
tua.graue malum est:ut aliquis de oro suo condemnetur.Et enim ꝓ
ocioso uerbo reddet unusquisq̃ rationem:quanto magis pro uerbis
iniquitatis & turpitudinis:grauiora sunt enim uerba præcipitationis
q̃m ociosa.ergo si pro ocioso uerbo ratio poscitur:q̃nto magis ꝓ ser
mone impieratis pœna exsoluitur .perinde sapiens Cato optime pu
tauit.primam uirtutem esse compescere linguam:qui autem non cō
pescit:sed uir linguosus est non(ut inquit propheta)dirigetur in ter
ra:neq̃ quoq̃ diligetur.Propterea fratres mei in cænobiis habitantes
in mensa:& singulis aliis in locis constitutis studeamus tenere silen
tium:quoniam ex eo nascitur quies mentium:surgit profectus studē
tium:contemplationis deuotio sumit augmentum.cultus iustitie ex
oritur:pax:tranquillitasq̃ domus seruatur e contra ex silentii solutio
ne mentis inquietudo:uagus discursus:perturbatio studii :orationũ
cessatio:deuotionis remissio:contemplationis perditio:lites :iurgia:
contentiones:rixe:detractiones:bonoꝝ moꝝ colluuio:& deniq̃ om
nium oriuntur decrementa uirtutum:& eo pacto cum crescere in uir
tute religiosus debeat sal uanum & infatuatum quod ad nullum ua
let condimentum effectus:in præcipitium labitur.& deterior efficit
sæcularibus.Ob eā rem sanctus doctor Ambro.codē in libro:ut su
perioris sententie eius uerbis utar dixit:Quid p̃ceteris debemus di
scere q̃ tacere:ut loqui possimus:ne prius me uox condemnet mea:
quā absoluat aliena:Scriptũ ē.n.ex uerbis tuis cōdēnaberis:qd opus
ē igit:ut ꝓperes piculũ suscipere cōdemnationis loquēdo:cũ tacēdo
possis esse tutior.Complures uidi loquendo in peccatũ incidisse:uix

queq̄m tacendo:ideoq; tacere nosse:q̄m loqui difficilius ē:ideo pytha
goras hoc suis in studiis decretum statuit ut ad septenium usq; iuxta
numerum septem liberalium artium nullus suorum discipulorum
de his que ab ipso discebat rationem postulare auderet:sed fidem suis
daret uerbis:quo usq; singula sua audisset præcepta: Secundo etiam
philosophorita & ī matrem obsuit unius uerbi prolatio:ut deinceps
sub silentio semp fuerit philosophatus. Alius ne ad loquendum ling
uam solueret calculum suo semper gestabat in ore Iohannes quoq; os
auri. ut de nostris dicamus propter elationis uerbum in adulterium
& homicidium lapsus āmodo uelut quadrupes per nemora pænitēs
mutus ingemuit David etiam propheta summus,ne inter strepen
tium crebra certamina:& deceptionis tumultus sermo aliquis offensi
onis eius ab ore excederet:tacere proposuit: & intra se ipse tacitus con
ferebat:legem sibi taciturnitatis imponens dixit. Ponam custodiam
ori meo:ut non delinquat lingua mea: & cum taceret inimici eum cla
more magno uelut insolentes:ut loqueretur:& eas de sua qualitate fa
ceret certiores:prouocabant dicentes:si de potentia præsumis:ecce ui
des te esse uictum. Ipse autem tacens conuersus ad dominū loquebaẗ
dicēs, quoniā in te dn̄e speraui:tu exaudies me domine deus meus: q̄a
dixi:ne aliquando exultent in me inimici mei. Susannam quoq; nul
lum magis iudicium suæ castitatis inuenit:q̄m silentium. dominus
etiam noster iesus christus in passione tacens:omniū operabatur gra
tiam ac salutem. O igitur ualidum scutum circunspecte munitionis
silentium. O fidelium stabilitatis fundamentum, amate igitur silenti
um fratres mei, ponite custodiam ori uestro:imitemini tantorū uiro
rū uestigia. perfecti nempe uiri & sapientis est tacere:cum loqui nō ex
pediat. Iccirco solon unus ex septem sapientibus: cum aliis loquenti
bus taceret:interrogatus:an propter uerborum inopiā:an quia stul
tus esset, ipse sileret, respondit stultus silere non potest:linguam cohi
beo, quoniam dixisse me aliquando pænituit: tacuisse uero nunquā
O responsum uiro dignum. duo documenta indelebili memoria di
gna unica responsione protulit. Et sane aliquando dixit:& non sem
per:quoniā sicut incauta & superuacanea locutio merorē pit:ita indi
scretum silētiū irrecuperabile damnum sæpenumero gignit. Vtrūq;

Nota pythagore docum[...]

Solon unus de septē sapientibus

Attende

enim tacere scilicet:&loqui uirtutis est.si cum opus est: & fructum affert in usum assumitur :aliquotiens enim nimia taciturnitas stulticie ascribitur:& dolorem affert. Vnde scriptum est. Ve mihi quia tacui:sic & uerborum nimietas ad furorem refert᷑:quoniam in multiloquio non deest peccatum. Peopterea sapiens dixit: Tempus loquēdi & tēpus tacēdi:& rursus:homo sapiens tacebit usq; ad tempus.& rursus pomum aureum in lecto eburneo:uerbum prolatum in tēpore suo:quod nimirum præceptor noster Augustinus nō solum scriptis uerumetiam exemplo docuit.Nam cū docere populum :monere fratres:arguere & increpare hereticos:ei opus esset:& pro fide expedire uidebatur:silebat minime quinimo dies noctesq; ducebat insomnes: ut tanq̄m leo rugiens confunderet aduersarios . fidem defenderet malos obiurgaret. & bonos in operibus roboraret. Cum autem consentaneum statutumq; aduenirer tempus:sicut cum alimēta sumeret cum & diuine maiestatis meditaretur mysteria:nil sibi poterat gratius esse silentio.

De Contentione :

¶ Contentiones autem noxias euitandas innuit in eo quod dicit:& contentionibus.O q̄m grauis & periculosa est in omni genere hominum contentio:que ut excellenti doctori Ambro. placuit:nil aliud est q̄m impugnatio ueritatis:& confidentia clamoris eam igitur ubiq; & semper:& cum omnibus fugiamus:ex contentionibus enim neq; utilitatis:neq; honoris quippiam possumus adipisci.Nanq; contra parem contendere anceps est:cum superiore furiosum:cum inferiore sordidum:maxime autem contra fatuum & æbriosum contentionem inire. Nam ut Cassiodorus inquit:absentem ledit qui cum æbrio litigat. Sit ergo sermo noster ad omnes grauis: sit modestus : sit uerax : sit deniq; in numero :pondere .& mensura constitutus. Et enim ut dissertissimus doctor Hieronimus ait.Qui modeste alloquitur proximum :gratum accipit responsum :& quasi de uberibus:in quibus lac querebat butirum exprimit:sed qui incepto uerbo rixam.& discordiam ex superno corde prouocat:quasi necessaria inde emungens:sanguiuem elicit:iuxta illud .qui uehementer emungit:elicit sanguinem: & qui prouocat iras producit discordias.Proptera per Salomonem dicitur :qui dimittit aquā:caput ē iurgioꝝ aqua ꝑprie dimittit᷑ cum lingue fluxus effræna᷑:sed dimissor

aquæ iurgiorꝫ caput efficit᷑:quia per lingue incõtinentiam discordiæ
origo ꝓpinat᷑.Ob eã tem idem Salomon ait:mollis sermo frãgit irã
durus autem suscitat furorem.Et quoniam in conuiuiis propter uen
tris ingluuiem:& uini fumositates ad cerebrum ascendentes:nonnũ
q̃m propter inuidentiam maioris:aut delicatioris annone:interdum
propter ministrantium incuriam:oriri contentiones consueuerunt:
pro his contentionibus tollendis:ac pro detractionibus:quæ sepissi
me de absentibus nascuntur in mensa.cauendis atq; euitandis:diuus
solertissimusq; parens noster:uelut magne cautionis magister institu
it.ut tandiu fratres conticentes lectionem audiant in mensa:q̃mdiu
eorum duret refectio.Et non solum hoc mandauit in regula:sed ut
neminem suam posset latere intentio:hos in titulo mensæ:a cunctis
legendos uersus descripserat:Quisquis amat dictis absentũ roddere
uitam.Hanc mensam indignam nouerit esse sibi:quod quidem præ
ceptum tanq̃m optimus legislator adeo accurate in suo obseruari uo
lebat edulio.ut nullo pacto ferre poterat:ut etiam coepiscopi in eo lo
querentur:quinimo si uel ad detractiones:uel ad contentiones eos cõ
tigisset soluere linguam adeo acriter eos obiurgabat:ut eis diceret.
aut hos delete uersus.aut uestra compescatis labia:aut hinc in malam
abeatis rem.& quandoq; ipse tanto in eos furore propter lingue rela
xationem replebatur:ut de mensa discedens in studium ingrederet᷑
Statuerat insuper.ut Possidonius inquit:hic cælestis uitæ instructor
maximus:ut secum conuiuantes poculorum præfixum haberent nu
merum :quorum tot priuabantur:quot leuia etiam uerba proferrẽt

¶ Ceteca duo:utpote mentis refectionem:& in spiritualibus exerci
tationem:sane intellexit:cum huius mandati adiecit rationem dicẽs.
Nec sole fauces sumant cibum:sed & aures exuriant uerbum dei.Illi
exuriunt uerbum dei:qui illud audire desiderant.Sed ad ipm audien
dum alii mouent᷑ ut solũ eorꝫ demulceant᷑ aures:alii ut adiscant:& i
illis:que didicerint.uel pro euitandis tediis:uel pro mundi gloria ac
quirenda:uel pro pariundo lucro se exerceant.Alii ut eorꝫ reficiatur
mens.& discant quid euitare quidq; obseruitare debeãt.primi ab ipa
lectione uacui recedentes:nullum in ea habẽt affectũ:nullum sentiũt
saporẽ:nullũ acquirũt profectum:nam quicquid audiũt faciũt saporẽ

De his q audiũt e no intelligunt ... legunt ... nullũ ... sensu accipiunt

Attende

Nota.

hi nimirũ sibi de diuini uerbi lectione iudicium non salutem reportant. neq; exurientes sunt: sed aspernantes: quoniã audire & non intelligere: quid est aliud q̃m negligere. Et enĩ si quis audiat & non intelligat: similis factus est iumento lyre sonum audienti. Alteri & quo si ad mundum uideantur proficere: tamẽ diuini uerbi premium non assequunt᷑. quoniam nõ pro caduco terrenoq; cõmodo. sed procõseq̃ndo cælesti munere illud est audiendum. Postremi duntaxat perfecti sunt auditores: hi sunt de quibus saluator in euangelio dicit. Beati q audiunt uerbum dei & custodiunt illud. Quippe diuinoꝝ uerborũ custoditio: ipsa est preceptorum adimpletio: frustra enim custodiuntur memoria: nisi custodiant᷑ & uita. hi ergo proprie exuriunt uerbũ dei: hi gaudium: hi letitiam: hi mentis saturitatem: hi deniq; uerã beatitudinem recipiunt. Iuxta saluatoris promissa. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur: qui scilicet: sic retinent illud: ut faciant que iubentur per ipsum. unde dominus ipse pabolã de semine: quod aliud cecidit secus uiam: aliud cecidit supra petram: aliud inter spinas: & aliud in terram bonam discipulis aperiens. inq̃t terram bonam esse illos: qui in corde bono & optimo audientes uerbum dei retinent: & fructum afferunt in patientia. petram autem & spinas ad illos refert: qui uel in fide deficiunt propter eorum cordis ariditatem: uel mundanis suffocantur curis propter pungentes auaritie spinas. de quibus in altero nostre diuisionis menbro fuimus locuti. per uiam autem intellexit illos: qui audiunt sed non intelligunt: & si intelligunt negligunt illud. propterea inquit. uenit diabolus & tollit uerbum de corde eorum. ne credentes salui fiãt. quos in primo nostre ptitionis loco posuimus. quare sic exurire debemus uerbum dei ut saturemur. nam ideo saturabimur: quia prius exuriuimus. Exuriẽdo enim homo efficitur dignus: ut postmodum saturetur. primũ ergo debemus præparare cor nostrum ad esuriendum & desiderãdũ uerbum dei: tunc supercelestis ueniet gratia: que nos intus perfundat & dulcedine atq; sapore spiritali reficiat. ut delecter nos cum cytharedo & symphoniario nostro Dauid cantare. q̃m dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: & bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti. Et sane & pulchre inquit diuinum eloquium dulcius

eſſe melle milibus auri & argenti melius:quoniam in ipſo:fons om
nis dulcedinis ſcaturit.In ipſo omnis bonitas relucet:in ipſo omnis
decor reſplendet.Vnde ipſum(ut in libro de queſtionibus euangelio
rum Auguſtinus inquit)Domini uerbum lucidum eſt candore ueri
tatis:ſollidum firmitate æternitatis:& undiq; ſui ſimile pulchritudi
ne deitatis.Propterea quiſquis uerbo dei paſcitur: terrenum pabulū
non querit:nec enim poteſt panem ſæculi concupiſcere:qui pane refi
citur ſaluatoris.Nec uentris(ut ait Ambróſius)curam habere poterit
qui alimentum uerbi celeſtis acquirit :quoniam ipſum eſt omnium
refectio que ſaginat animam:que impinguat uiſcera:ipſum eſt:cui ſi
anima conſentiat:corrigetur ad ſalutem:quo roboratur ad pugnam:
quo præmunitur ad uictoriam:quo uictor parit triumphū:quo triū
phator iocunditate potitur ipſum eſt quo illuminat᷑ ad cognitionē
cui init᷑ ad uirtutem:quo reformatur ad ſapientiam.cui adheret ad de
corem:cui maritatur ad facunditatem:quo fruitur ad eternam ſelicita
tem:per ipſum ſi in corde retinet᷑ a laqueo:a uia praua:a ruina:& om
ni liberat᷑ præcipitio:defendit᷑ periculo:& omni deſtituit᷑ malo?qd
enim mali pati poteſt quem cuſtodit deus:cui inhabitat deus.Vnde
Lactantius.cuſtodit enī deus pium hominē ab omni malo.At enim
uerbum dei:quod deus eſt a te recedet minime:ſi ei ī tuo corde habi
taculum præparas.O q̄m pia igitur diligentia uerbum dei tractandū
eſt.O q̄nto deſiderio deſiderandum:q̄nto nitore ſuſcipiendum:q̄nto
ſtudio cuſtodiendum?Quid enim ipſo maius?quid præſtantius.qd
melius:quid ſublimius:quid iocundius:quid deniq; poteſt efficienti
us excogitari?Nam per ipſum celos:terramq; creauit altiſſimus: per
ipſum genus humanum redemptum ē:per ipſum alligato ſathana de
inferis eripuit prædam?Quid plura?uerbum dei Niniuitis a peſſun
datione liberauit ſacrum cætum apoſtoloꝝ effecit:eunuchum regine
candacis allexit:Cornelium Dioniſium Areopagitā Victorinū ora
torem maximū :Paulum Auguſtinum:grecos:latinos:& demū om
nes mundi nationes ad chriſti fidem conuertit.perinde doctoꝝ prin
ceps Auguſtinus quaſdam ſanctimoniales interrogat?Quid uobis
plus eſſe uidetur:uerbū dei:aut corpus chriſti.Si uultis uerum reſpō
dere:hoc utiq; dicere debetis:ꝙ non minus ſit uerbū dei:q̄m corpus

Nota. christi:& ideo non minus est reus qui uerbum dei negligenter audie
rit:q̄m ille qui corpus christi in terrā sua negligentia cadere permit
tet.hinc Marthe soror Maria non tam reuerenter q̄m attente secus pe
des domini audiebat uerbum illius.hinc discipuli emaus q̄mq̄ quis
loqueretur ignorarent:cor ardens habebant ad ea:que de christo ex
ponebantur:hinc christo in templo loquente:omnis populus suspē
Eglon rex. sus erat audiens illum:hinc Eglon rex :mox suo surrexit de solio: &
uelut attonitus audiuit aioth dicentem.uerbum domini habeo ad te
Esdra. o rex:hinc Esdra legis uerba sine intermissione a mane usq; ad meri
diem legente conticuit omnis populus :auresq; arrectas attentasq; te
nebāt:hinc ab Augusti.q̄m alte q̄mq; eleganter dictum est :letabitur
nota. cor nostrum:si mentibus exurimus. Cum enim aliqua suauia appo
nuntur in epulis nostris letātur fauces:querentium cibum. Cum ua
rie colorata:blandeq; depicta apponuntur aspectibus nostris:lætant᷑
oculi querentium aliquid uidere luminosum:letantur aures querenti
um cantum:lætatur olfactus querentium odorem gratum.Sed læte
tur cor querentium dominū:proculdubio singula que exhibentur di
uersis sensibus.nostros singulos sensus delectant .Neq; enim uel so
nus delectat aspectum:uel color auditum.Cordi autem nostro domi
nus & lux est:& uox est:& odor & cibus est:& ideo omnia est:quia
nihil horum est.Est lumen cordi nostro.cui dicimus in lumine tuo
uidebimus lumen.Est sonus cordi nostro:cui dicimus.Auditui meo
dabis gaudium & leticiam.Est odor cordi nostro:de quo dicit᷑:chri
sti bonus odor sumus.Si aūt cibū quæritis:qa ieiunastis.beati q exu
riūt & sitiūt iusticiam.De ip̄o autem domino nostro iesu christo di
ctū est:quia factus est nobis iustitia & sapientia.Ecce epule præparate
sunt.Iusticia christus ē:cibus est:quem sentit omnis:qui fauces sanas
habet interiores hominis.Cibus ē:qui se ip̄m commendans ait. Ego
sum panis uiuus qui de cælo descendi.Cibus ē qui reficit:nec deficit
Cibus ē:qui esurientes satiat:& integer manet.Cum hinc ad mensas
uestras discesseritis:nisi tale manducabitis᷑quid ad istas epulas con
uenistis:bene igitur manducate:sed cum audieritis:bene digerite.be
ne manducat:& male digerit.qui audit uerbum dei:& non facit.Nō
enim ducit utilem & dulcem succū sed crudum ructat in digestione

faſtidium nec miremini.ꝙ corda noſtra ſic epulantur :ut & ipſa refici
antur:& non minuant unde reficiuntur.Corporalibus oculis noſtriſ
deus talem cibum dedit.Nam lux iſta cibus ē oculorum:hac lumina
noſtra paſcuntur.Et ſi quis in tenebris diutius fuerit:tanq̄m ieiunii
eius deficiunt oculi:perdiderunt enim homines oculos ſedendo in te
nebris·Nec aliquid irruit oculis:nec aliquis quiſquam percuſſit:nec
humor alienus influxit:nec puluis:nec fumus ꝑducitur homo poſt
tenebras:& non uidet quod uidebat:oculi eius fame mortui ſunt:ci
bum ſuum:hoc ē lucem non ſumendo defecerunt .Et iſta lux :que ui
detur ab hominibus:omninm paſcit oculos:& aſpectus uidentis per
eam reficitur:& lux integra perſeuerat. Si duo uideant tanta perma
net.Si plures uideant tanta permanet:uideat diues :uideat pauper:æ
qualis ē omnibus:nullus in ea limites figit.Impletur pauperis inopia
uacat diuitis auaritia.Nunq̄d enī q plus habet :plus uidet. aut ꝑlato
auro præocupat pauperes:& emat ſibi quod uideat:ut ille non habe
at.Si ergo talis cibus eſt lux corporea oculis noſtris :quid ē deus mē
tibus noſtris.Aurium quidem cibus eſt ſonus:& ipſe qualis ē:Ecce lo
quor charitati ueſtræ adſunt aures .adſunt mentes.Duo quedam no ſono· et· Intelle
minaui .aures & mentes:& in eo:quod loquor duo quedam ſunt: ſo
nus & intellectus ſimul feruntˀ ſiīˀ ad aures perueniūt.Sonus remanet
in aure:intellectus deſcendit in cor .Excellentius intellectum amare
debemus.Sonus eſt quaſi corpus. Intellectus eſt quaſi animus.Sed
ſonus ut aurem percuſſerit:auremq; tetigerit:tranſit non reuocatur:
Nec adhuc ſonat:Ita enī ſyllabe preeundo ſibi:& ſequendo ſuccedūt
ſecūda non ſonat niſi prima tranſierit. Verūtamen q̄mq̄m ſit quoddā
tranſitorium:magnum habet miraculum.Ecce enim ſi uobis exurien
tibus panem apponere non perueniret ad ſingulos totus:diuideretis
uobis quod poſuiſſem:& q̄nto plures eſſetis:tanto minus haberetis.
Modo autem ſermonem profero uerba inter uos:& ſyllabas non di
uiditis:nec ſecatis ſermonem meum:ut alius tollat iſtam partem :ali
us illam:& ſic ꝑticulatim & minutatim ad ſingulos quouſq; quod di
co perueniat:ſed totum audit unus.totum audiūt duo:& quotquot
uenīūt totū audiūt.& oībus ſufficit & ſingulis integer eſt:præparatˀ
ad audiendum auris tua.nec ea fraudat uicina auris aliena. Si hoc fit

de uerbo sonanti: quid fit de uerbo omnipotenti. Quomodo enim uox ista nostra auriũ omniũ audientiũ singulis tota ẽ: & apud singulos tota est. Nec tot sunt mee uoces: quot sunt uestre aures. Sed una uox multas aures implet: non diuisa: sed oĩbus tota. Sic cogitate uerbum dei totũ ĩ cælis: totũ ĩ terris: totũ in angelis: totũ apud pr̃em: totũ apud uirginẽ: totũ in eternitate: totũ ĩ carne: totũ ad inferos. cũ uisitaret. totũ ĩ padiso: quo latronẽ trãstulit. Hec dixi de sono: qd si de ĩtellectu aliquid dicã? Et q̃nto minus ẽ q̃ uerbũ dei. Ecce enĩ sono ꝓfero. sed cũ ꝓtulero iam: iã non reuoco. Si uolo audire alterũ sonũ ꝓfero: & cũ ipe trãsierit ꝓfero alteꝝ: aut silẽtiũ cõsequet᷑. Intellectũ uero & ꝓfero ad te: & teneo apud me: & inuenis qd audisti. & non perdo quod dixi. Intellectus ergo manet ĩ corde meo: migrat ad tuũ: nec deserit meũ uerũtñ cũ ĩtellectus inest cordi meo: & uolo. ut insit etiã cordi tuo: quero quo: ad te transeat? & assumo sonũ quasi uehiculum: & quasi impono intellectum: & profero: & perduco: & doceo: & nõ amitto. Si potuit hoc facere intellectus meus de uoce mea non potuit uerbum dei de carne sua? Ecce enim uerbum dei: deus apud deũ: sapiẽtia dei manens incõmutabiliter apud patrem: ut procederet ad nos. Carnem quasi sonum quæsiuit: eiq; se inseruit: & ad nos processit: & a patre non recessit. Intelligite sapienter hoc quod audistis: quantum sit: & quale cogitate: & de deo maiora sentite. Vincit ille omnem lucem: omnem sonum: omnem intellectum: ideo summopere desiderãdus est. & ad eum inhyandum, ut letetur cor querentium dñm: letatum satietur: satiatum glorificetur: glorificatũ beatum existat sine fine᷑. Nõ igitur fauces solum sumant cibum. sed mentis aures affectent uerbũ dei: Non tantum corporalis mensæ. sed cælestis debemus esse participes. Et quidẽ quanto præstantior est anima: q̃ corpus: tãto illius nos delectent alimenta: q̃m corporis. Audiamus ergo uerbum dei fratres feruenter. Audiamus si possibile est iugiter. si non saltem frequenter Audiamus sine tumultu: sine contentione: sine contradictione. Audiamus fide affecti: spe cõmoti: charitate inflammati. Audiamus cũ reuerentia attentione. & cum debito proposito adimplẽdũ: quæ p ipm iubentur: iuxta diui apostoli Iacobi mandatum dicentis. Estote factores uerbi & non auditores tantum. fallentes uosmetipos: quoniam si

quis auditor est uerbi.& non factor:ut(rationem subiungens ait)hic compabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo.Nã q̃ considerauit:& abiit.& qualis fuerit mox oblitus est.Qui autem i lege perfecte libertatis perspexerit:& in ea permanserit:non auditor obliuiosus factus.sed factor operis hic beatus in facto suo erit.

Textus uicesimusquartus Augustinus

Vi infirmi sunt ex pristina consuetudine:si aliter tractant̃ in uictu.non debet aliis molestum esse::nec iniustum uideri eis:quos alios fecit consuetudo fortiores:nec illos felitiores putent:quia sumunt:quod non sumunt ipsi:sed sibi potius gratulentur.quia ualent:q̃ non ualent illi.

Commentum uicesimumquartum Ambrosius

Vartum mandatum circa uictum seruandum est:ut fortiores & robustiores corpore:moleste non ferant:nec iniustũ eis uideatur:si hi:qui infirmi sunt ex pristina & antiqua cõsuetudine misericordius tractantur in uictu:immo quoniã ualidiores sunt.maiorem in se abstinentiæ seruare rigorem:& aliorũ non modo æquo animo sufferre imbecillitatem.uerũetiam plurimũ eis compati:plurimũq; misereri debent. Quæ enim maior uirtus misericordia:nõne ipsa est charitati cognata?Nam quid aliud est misericordia nisi alienæ miserie q̃dã in nr̃o corde cõpassio:sed qd ẽ cõpassio nisi ut Augustinus ait.pia tristicia:& si dici põt beata miseria.Et bñ inq̃t beata miseria:quia ea qui præditus ẽ:beatus ẽ.dolet quippe compatiens de proximi malo.& si põt:delet illud.& eius necessitati libenti animo subuenit:sed nunquid hec munera sunt charitatis?Ob eam rem christus in euangelio misericordes beatos esse dicit:& ob misericordiam quã in proximũ gerunt:se a patre omniũ misericordiarum:& deo totius consolationis misericordiam suscepturos esse astruxit dicens.Beati misericordes:quoniam ipsi misericordiam consequentur.Nã misericordia tñ optinet efficaciæ:ut auctorem suũ sine premio esse non

patiatur:& tantum miserentis augetur meritum:quantum miserecor
dia ipsa augetur. Iccirco ad eam faciendam unusquisq; uigilātissimus
esse debet. Et q̄mq̄m misericordia appellata sit ex eo.q̄ miserum cor
faciat alieno malo condolentis:nullus tamen ita liber est ab omni mi
seria:q̄m qui misericors est:q̄m qui subuenit inopi.qui exurienti ci
bos præstat:qui potum sitienti tribuit:qui nudum uestit: peregrinū
tecto recipit:compressum liberat:docet ignaros:solatur afflictos: re
mittit iniurias:curat infirmos:& deniq; humanitatem suam usq; ad se
pulturam porrigit mortuorum. Vt igitur liberi a miseria simus:mise
ricordes simus:si autem nostris proximis misericordiam exhibere ne
gabimus:cunctis proculdubio miseriis obruti erimus. Perinde Au
gustinus ait. Si enim uis impetrare misericordiam dei:esto misericors
Si tu negas homini:cum homo sis humanitatem. negabit tibi deus
suam diuinitatem. Nequaq̄m indiget deus te.tu autem indiges deo:
nihil a te petit ille:ut beatus sit:tu autem:nisi ab eo acceperis :beatus
esse non poteris. Quod ab illo accepturus es:queris :nihil ex his que
condidit:sed tibi dat ad fruendum se ipso conditore:qui omnia ex
nihilo fecit.qui illud est:quo nihil melius:nihilq; maius potest exco
gitari:propterea admonitio diuina:neq; cessauit:neq; tacuit unq̄m.
quo minus in scripturis sanctis. tam ueteribus:q̄m nouis semper &
ubiq; ad misericordie opera :dei populus prouocetur:& si quidem
ut etiam si fieri possit in ea exhibenda modum non teneat: quoniam
sola misericordia tantūmodo est ab excessibus liberata:dum omnia
sint odiosa cū transcenderint modum:solū misericordia terminū nō
habet ipsa:ut Augustinus asseuerauit. tantum est:cuius nimietas pla
cet.cuius enormitas oblectat:cuius laudabilis potest esse profusio. So
la itaq; misericordia est:que quanto ad maiora processerit crementa
tanto amplior est.ut sibi laudem:& in domino tribuat credulitatem
qui miserator & misericors est:longanimis:& multæ misericordie .&
uerax:quare cum nobis tempus est:cum dei adiutorium adest.cum ī
nostra potestate consistimus:bona opera faciamus .Cum enim tran
sierit tempus bene operandi:non restat nisi tempus recipiēdi. Nemo
tibi dicturus ē post resurrectionem mortuorum in regno dei .frange
esurienti panem tuum:& egenos uagosq; induc in domum tuā: quia

Attende

propterea diuina prouocatur semp. populus ad misericordia

non inuenies esuriẽtẽ:nec egentẽ.Nemo dicturus ẽ.Vesti nudũ:ubi
oĩm tunica ĩmortalitatis erit.Nemo dicturus ẽ suscipe pegrinũ:ubi
omẽs ĩ patria sua uiuent.Nemo dicet.uisita ægrum.ubi ẽ sempiterna
sanitas.Nemo dicit sepeli mortuos:ubi mors nulla erit:ista oĩa pieta
ris officia in uita æterna necessaria non erunt:ubi sola pax erit:& leti
tia sempiterna:ergo hic compatiamur:hic misereamur:hic pietatis ex
erceamus obseqa:hic in pauperes:hic in miseros:hic in egrotos conii
tiamus oculos:hic nostras patefaciamus palmas. Cuius pectus tã fer
reum:cuius cor tam lapideũ:ut gemitus non exprimat:lachrimas nõ
effundat:cũ ꝓximi.uel amici morbũ:uel interitũ intuet᷑. ut patienti
non cõpatiatur:& dolentibus non condoleat?Nam ĩpe iesus cum ui
disset Mariã:& iudeos plorãtes infremuit spiritu.turbauit semetipm
& lachrimatus ẽ.Ipse ostendẽdæ misericordie suæ gratia:que proprie
tas ẽ dei:leprosos mundauit:cecos illuminauit:a demonibus oppres
sos liberauit:curuatã erexit mulierem:mutis loquelã:surdis auditũ:
aridis uirorẽ:claudis incessum:paraliticis firmitatẽ:& deniqꝫ omni ge
neri languentiũ restituit sanitatẽ.Et quid plura auctor fecit pietatis?
Vt nobis misereret᷑:sui misereri nõ uoluit:ut nobis indulgeret. Sibi
nõ pepercit.ut nos sanaret:a planta pedis usqꝫ ad uerticẽ capitis non
fuit in eo sanitas,ut nr̃am deleret mortẽ:pro nobis mori non dubita
uit.uoluit igit᷑ cruci affigi:uoluit in sepulchro recõdi:uoluit ad infer
na descendere:uoluit a morte resurgere:uoluit celos ascendere: uoluit
paraclitũ mittere:& omnẽ deniqꝫ suã peregrinationẽ facere uoluit:ut
erga nos suã inexplicabilẽ infinitamqꝫ ostenderet pietatẽ. Meditemĩ
igit᷑ fratres clementiam saluatoris. cõtemplemini misericordiam re
demptoris.attendite ad pietatem glorificatoris.Et q̃m misericors pa
ter:& quã longanimis sit dñs:cõsiderate?Quid tam longanimũ?qd
tã multũ in misericordia?peccat᷑ & uiuit᷑:accedũt peccata:& augetur
uita:blassemat᷑ quottidie:& solẽ suũ oriri facit super bonos & malos
Vocat undiqꝫ ad correctionẽ:uocat undiqꝫ penitentiã:uocat beneficia
largiẽdo:uocat tempus uiuendi impartiundo.uocat perlectorem.uo
cat per actrhactionem.uocat per intimã cogitationem: uocat per fla
gellũ correctionis:uocat per misericordiã consolationis .longanimis
est ergo dñs.& multe misericordie eius.Adiscamus igitur fratres a tã

bono tanq̃ misericordie: magistro misericordiam impendere:sequa
mur uestigia eius. Nam qd de nobis erit:si saluator noster:clemens:
pius & misericors fuerit:& nos misericordiã negauerimus? Nonne si
misericordie clauserimus uiscera:claudet᷑ nobis oĩno xp̃i ianua? Nã
ut p̃ceptor noster Augustinus ĩ sermone de misericordia scribit. Mise
ricordia ẽ porta dñi:& iusti intrabũt ĩ eã:hæc nouũ testamẽtũ illumi
nat:& ueteris rigorẽ extenuat. hoc est lignũ quo moyses aquas dulco
rauit. hoc est sal:quo Eliseus aquaꝶ sterilitatẽ extermiãuit. hec est fari
na.q̃ eliseus mortẽ:q̃ ĩ olla erat extirpauit. hoc est oleũ: quod samari
tanus infundit uulnerato. hec ẽ aqua Iordanis: qua curat᷑ lepra Naa
man Syri. hic ẽ sola uirtus q̃ diuidit inter crudelẽ & pium. inter regẽ
& tyrannũ. Nam ꝓpter eã sanctus Ioseph fratrũ suoꝶ:oblitus fuit in
iurie Dauid rex benignissimus:filii persequẽtis deflebat dementiam
diua Monica sui filii Augustini imminentem deplorabat damnatio
nem Augustinus ianuarii lugebat finalẽ impnĩam:propter eã Paulus
apostolus dicebat? Quis infirmat᷑ & ego nõ infirmor? qs scãdalizat᷑
& ego nõ uror? propter eã Moyses a deo petiit:ut aut suo parceret po
pulo. aut eũ de uite libro deleret ꝓpter eã idẽ pr̃ Augustinus diuine
supplicauit maiestati:ut aut impios profugaret Barbaros:aut eũ de
huius uite medio tolleret: ꝓpter eã Abraam cunctando petiit deũ cõ
tra nefandissimos hoĩes misericorditer agere. Sed diceret qs ex uobis
ecce in monasterio sumus:pauperes uidere nõ possumus:pupillas &
uiduas cõsolari nõ ualemus:mortuos sepelire nequimus :quõ miseri
cordie opera faciemus? Audiatis in sermõe de misericordia optimi p̃
ceptoris rñsionẽ suæ q̃stionis. Ipse enĩ ibi inqt. Et si in seculo nõ habi
tatis:nec gentiũ cõmertiũ hr̃e debetis. misericordie tñ opera bene ex
ercere potestis:orãdo:obsecrãdo:& ꝓ pupillis & orphanis deprecan
do:quod si satis esse nõ uidet᷑:pensai e debetis quõ in monasterio cen
tũ & plures habitatis simul:hoc ad illos dicebat:quos in monte sub
eius cura degendos congregauerat sed nos ad uos omnes. q eius sub
regula degitis:sil᷑ cũ eo dicimus: Nũqd sepe infirmamini. Nũqd sæpe
a diabolo & a mũdo tẽtamini? Nũqd sepe affligimini? nũqd sæpe pa
timini? nũqd & sepe morimini. Inter uos ergo potestis pietatis opera
exercere. Nõ tẽpus: nõ locus: nõ cõditio: nõ ꝓfessio. nõ quæcunq̃ res

alia a uobis tollit: ut inter uos misericordes esse nō possitis. Quando igit̃ ꝑpter egritudinis uetustatē aliquid aspicitis fratribus uestris de licatioris exhiberi: non mō nō moueri: turbariq; aīo: sed eius potius compati misereri: & in quibus potestis subuenire debetis: nec illos se liciores putetis: qa sumunt quod uos non sumitis. sed ipsi potius gra tulemini: quia ualetis quod non ualent illi. Nāq; melius est abstinere q̄m sumere. Nam illud uirtutis hoc infirmitatis est. Gratulari sibi qs q; debet: q; dono diuine gratie tam sanus est: & ualidus: ut possit sibi sufficere cōis alioꝝ cibus & potus: quod nihil delicatū querat: nihil su perfluū petat: Quanto enī quisq; minus appetit: & q̄nto artius uiuit tanto beatior erit. Arta enim & angusta uia est que ducit ad uitam. Gaudeat ergo qui ꝑpter xp̄m uiuere parce potest. Arta enī uita occi dit uitia: extinguit libidinem: nutrit uirtutes: roborat animū: mentē q; ad cęlestia subleuat. Hoc nobis Rothomageñ. decus: & cardineæ dignitatis splendor: & sacri nostri ordinis protector diligentissimus Guilermus de Estouteuilla: tanq̄ diuinoꝝ munerū cognitor maxi mus sepenumero retulit: se uidelicet deo immortali ultra innumera a lia beneficia obnoxiū fuisse: quoniā sanitatis fruebat̃ munere: quo & cōpatiebat̃ infirmis: & nos sepenumero ad eis miserendū paternali ter cōmonuit. Quid enim aiebat i hoc mundo melius sanitate: quid est: in quo & xp̄o: & beato Augustino similiores esse possemus: q̄ mi sericordia: nam ille auctor. hic minister summæ pietatis fuit.

Textus uicesimusquintus Augustinus.

T si eis qui uenerunt ex moribus delicatioribus ad mona steriū aliquid alimentoꝝ: uestimentorū: operimentorūue datur quod aliis fortioribus: & ideo fęlicioribus non da tur: cogitare debēt: quibus non datur: quantū de sua seculari uita illi ad istam descenderunt: q̄muis usq; ad alioꝝ: qui sunt corpe firmiores frugalitatem peruenire nequerunt. Nec debent uelle oēs quod pau cos uidēt āplius: nō qa honorant̃: sed qa tolerant̃ accipere: ne cōtigat

detestanda peruersitas:ut in monasterio ubi quãtum possunt: fiunt
diuites laboriosi:fiant pauperes delicati.

Commentum vicesimumquintum Ambrosius

Vintum-preceptum ẽ.ꝙ si eis qui uenerunt ex moribus de
licationibus ad monasterium:ceu illi qui sunt nobiles & ui
ri potentes.ac diuites extiterunt in sæculo aliquid alimen
torum :uestimentorũ: operimentorũue datur:ac si aperte diceret. ꝙ
si talibus aliquid delicatioris uictus:pretiosioris uestitus:pulchrioris
cõmodiorisq; mansionis tribuitur.quod aliis corpe fortioribus:& iõ
fælicioribus non datur & ex felicioribus inqt.qm̃ quo ad humanas fe
licitates:robur & sanitas corporis optabilior ac suauior esse uidetur:
quid enim opes:quid diuitie:quid status:quid honores :quidq; alia
in quibus mundani homines fælicitatem sanxerunt oblectamẽti pos
sunt afferre.si fortitudo desit:si continui assint langores .Nam nihil
in hoc mundo habemus præter uirtutem & sapientiam:quod magis
accedat fælicitatem:q̃ sanitas & indolentia.Inde de beatoꝝ conditiõe
scriptum est.Absterget deus omnem lachrimã ab oculis sanctoꝝ: &
iam non erit amplius:neq; luctus:neq; clamor:neq; ullus dolor.quo
niam priora transierunt.possumus & aliter locum istum consolari:ut
ideo fortiores fæliciores dicant̃:si uidelicet fortitudine illa in uigiliis
ieiuniis & ceteris penitentie actibus faciendis:ex quibus uera acquiri
tur fælicitas:ordinarie seduloq;:ut debent utant̃.Isti inq̃m quibus il
lud plus uel delicatius non dat̃ cogitare debent q̃ntũ de sua seculari
uita illi:quibus datur descenderunt:cum ad monasterium uenerunt
q̃uis usq; ad frugalitatẽ:hoc ẽ psimoniã seu moderantiã alioꝝ q sunt
corpe firmiores puenire nequerint:& q̃re cogitare debẽt.ut.s. ex rõe
cognoscãt:qm̃ iustũ & rõni cõsentaneũ ẽ.ut hi q plus descẽderũt plus
accipiãt.Id enĩ nature prestat expimentũ:ut q̃tũ aqua de altiori scatu
rit loco q̃tũq; plus descẽdit: tm̃ eminẽtiora possit debeatq; loca irri
gẽda deduci.Id etiã & xp̃s nr̃aꝝ retributor opatõnũ pollicitus ẽ dicẽs
q se hũiliat exaltabit̃:& q̃tũ qs plus se hũiliabit tm̃ plus a xp̃o exalta
bit̃ hoc summe iusticiæ complementũ in eo celestis pater ostẽdit:qui
illum ad summũ extulit fastigium:& dedit illi nomen: quod est sup

omne nomen.quoniam ut inquit apostolus exinaniuit semetipsum
factus obediens usq; ad mortem:mortem in quã ignominiosam cru
cis.Si ergo hoc facit dominus:cur eius ministri & religionum pasto
res suum imitantes exemplum facere non debent?Cur si unus plus
alio in religione descendit:si plus se humiliat:si de altiori statu:ad hu
miliorem uenit:plus accipere:plus tolerari:plus etiam & exaltari nõ
debeat?Pulchra quidem res est in animo discretio pulchra. rectũ iu
dicium:hoc quidem ex quadã sui cælsitudine confusa discernit: spar
sa colligit: secreta rimatur:uerum inuestigat: uerisimilia examinat:fi
cta & offuscata explorat:suscipienda tribuẽda qa metitur:omnia tru
tinat:oĩa põderat:oĩa mẽsurat:oĩa æqua bilãgia hoc ẽ iusta merita &
demerita cõfert.In te igit a clarissimo prĩcipe in uitis patrũ Rustica
nus reprehẽdit heremita: qui cũ illius fame & gloriæ:quã ex frequẽ
tia eum uisitantium ob singularem eius sanctimoniam susceperat
inuidens ipmq; leguminibus: oleribus: pane uinoq; pasci & famu
lum strtatum eius preparantem.ac in aliis obsequentem uidens ait
ad principem.Nescio profecto unde tãtam adeptus sis gloriã scitatis
ut etiã a remotissimis oris te uisendi gratia populi cõfluãt.ego enim
postq̃m in heremo sum pane & aqua contentus nunq̃m nisi super pa
leam in tugurio meo iacui:& nemo est qui aliquid de me referat san
ctimonie:nemo qui ad me uisendũ se conferat.Cui princeps dic mihi
frater obsecro:anteq̃m mundum relinqueres heremiq; fieres habita
tor.Quisnam erat status tuus?Qui respondit,ego agricola eram: cu
stos boum:& telluris arator :& rursus princeps quibus cibis uesce
baris:Respondit heremita:pane & aqua & crebro solis herbarum ra
dicibus:Et iterum princeps cubilia tua qualia erant?Respondit here
mita:nuda terra.sub aperto celo. Tunc princeps:Et si nihil propter
deum reliquisti:immo aliquid tue uitæ melius addidisti: quia nunc
sub tugurio in palea iaces & ferculis sepe uesceris .Ego autem maxim
propter deum reliqui potentatum :magnam seruorum & clientium
cateruam:epulabar quottidie splendide:in excelsis tectis & depictis
pallatiis habitabam:uestimentis auro contexstis induebar:quicquid
gloriæ:quicquid apparatus:quicquid uoluptatis desyderabam conti
nuo mihi conferebatur:omnia reliqui ut christum sequerer .Struxi

mihi hoc tugurium. Reliqui mihi hũc famulum qui pro uite conser
uatione duntaxat olera & legumina mihi paret. Itaq; frater mi nullã
habes occasionem querele. Sit ergo in seruis dei discretio personarũ
quia etiam præceptor noster dixit: non equaliter omnibus: quia non
æqualiter ualetis omnes: sit agnitio status eorum: sit rectum sanumq;
iudicium: & cum huiusmodi discretionem prænominatãq; distribu
tionem iustam rectamq; cognouerint: nõ uelint oẽs accipere: quod
paucos accipere amplius uident. Tolerandi enim sunt qui minus pos
sunt. Sufferendi qui minus ualent: compatiendũ illis: qui delicatius
in sæculo uiuere consueuerunt: & hoc ideo: ne contingat detestanda
peuersitas: ut scilicet ĩ monasterio q̃ntum possunt diuites fiant labo
riosi: hoc est abstinentes parci: & sobrii: pauperes autem fiant delicati
ut plus scilicet & delicatius cæteris sumant. Magna quippe & detestã
da peruersitas est: ut & pauperes: inopes: egeni: ignobiles & rusticani
homines in sæculo: uelint tanq̃m nobiles & magni uiri. In religione
tractari: ubi diuites & generosi homĩes sobriam & parcam uitam du
cunt: quod tamen fieri sepenumero uidemus. Efferunt enim se nõnũ
q̃m plærinq; in religione: ut in ea primũ accubitum delicatiores cibos
prælaturas: & eminentias quærant: cum tamen in sæculo pauperes: in
fimi & abiecti extiterint. Econtra multi q̃nto nobiliores delicatiores
q; fuerunt in seculo: tanto postmodum abiectius: districtius: humili
usq; degunt in monasterio. Illi quidem uentri: hi menti seruiunt. Illi
mundum sequunt: hi deum uenerãtur. Illi per latam spatiosamq; uiã
tendunt ad penã. Isti per artã & angustã tendũt ad gloriã. Tam autẽ
puersus: tanq; detestabilis error: ex eo quidem prouenit: quia se statũ
q; eorũ ille minime cognoscunt. O q̃m sublime & excelsum munus ẽ
ut quis se ipsum cognoscat. perinde poeta cecinit: e celo descendit nos
ce te ipm. perinde Cassiodorus inquit. Magnus accessus ad deũ: ẽ pro
prie infirmitatis cognitio: nã tũc incipit uirtus adesse diuĩa: cũ p̃sum
ptio incipit deesse humana. perinde Solon magnus ille phũs docuit
summã phiam esse sui ipius habere cognitionem. Quid enĩ ꝓdest si
cursus syderũ: qd si uires herbarũ: cõplexiones hoim: naturas aĩalium
cælestiũ oĩm & terrestriũ sciam hẽas: si te ipm ignoras: imo præcellen
tissimo illo munere. cuius grã ad religionẽ uenisti. ut deũ. s. agnoscas

compos fieri non poteris: si te ipm non agnoscas. Tu enim ipsius in te geris imaginē: quā si ignoraueris: imaginati prestantiam profecto intelligere nequiueris. Iccirco recte Vgo de anima differens ait. Frustra cordis erigit oculum ad uidendum deū: qui nondum idoneus ē ad uidendum se ipsum: prius enim est: ut cognoscas inuisibilia spiritus tui. qm possis esse idoneus ad cognoscendum inuisibilia dei. Si ñ potes cognoscere te. non presumas apprehendere ea que sunt supra te precipuum & principale speculum ad uidendum deum est animus rōnalis: se ipsum uidens. Inde speculator maximus deitatis Augustinus cum in singulis creaturis deū perquireret. & omnia que in cœlis & sub cælo sunt scrutaret. nullā aut q̄m tenuē de ipso adipisceret notionē: tandem ad se reuersus: in se deū cognouit: & intellexit. Vnde in mellifluo soliloquiorum libro ita inquit. Ecce dñe deus meus. Summe omnipotentissime inueni locum ubi habitas: quia in anima quā creasti ad imaginem & similitudinem tuā: quæ te solum querit. & desiderat & ego circuiui sicut ouis quæ periit: quærens exterius te: qui & interius: & laboraui multū quærens te extra me. Et tu habitabas in me. & non inueni: quia male querebam foris: quod erat intus. Circuiui. uicos & plateas ciuitatis huius mundi: & misi nuntios meos omnes sensus exteriores: ut quererē te: & non inueni: quia male querebam: quia tu es intus: & ego te foris querebam. quod sui conditoris beneficia recolens altius confessus est hoc pacto. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua. & tam noua: sero te amaui. & ecce intus eras. & ego foris: & ibi te querebam. & in ista formosa: quæ fecisti deformis irruebā. Mecum eras: & tecum non eram: ea me tenebant longe a te: quæ si in te ñ essent: non essent. Vocasti: & clamasti. & rupisti surditatē meā coruscasti. Splenduisti: & fugasti cecitatem meam: flagrasti & duxi spiritum & anhello tibi. Gustaui: & esurio: & sitio. Tetigisti me: & exarsi in pacem tuam. Itaq ex his conferamus: q si hic i uia cognoscere deum cupimus: nosipsos cognoscamus: qui ipsius gestamus imaginem: qui sua sumus similitudo: qui suæ maiestatis templum facti sumus: per quos tanq̄m per consonos gradus ad eius conscendimus celsitudinē & quoniam ita est: q medium sumus: quo a nobis cognoscatur deus: nō facile de nobis ipsis integrā perfectāq habemus cognitōem

Attende.

quod Augustinus eodem in libro asseuerauit dicens. Animus ad ha bendum se ipsum angustus ē:& interrogans ubi sit:ꝙ se non capiat. Nunquid extra ipsum an non in ipso? & difficultatem augens:ita re spondet. Multa mihi super hoc obruitur animi ratio. Perinde recte Salomon dixit. inscrutabile est cor hominis: quorum sententiæ hanc esse rationem (Si Basylio assentire licet) existimamus: quoniam nō so lus oculus ea que extrinsecus habentur inspiciens: se ipsum non ualet intueri: sed etiam mens ipsa satis acute aliena delicta contemplans. Tardior est erga suorum cognitionem uitiorum: iuxta illud Teren tianū. Vnusquisq; aliena melius iudicat q̃m sua. Sed si non plus refle xiua uirtus esset mens q̃m oculus corporis reprehensione dignus Ba silius non esset. Nam hec est apud philosophos ratio: quare se ipsum oculus non intuetur. non quia alia uideat: sed quoniam super se ipm reflectere minime potest: quare absonum ē: ut eam esse causam astru at: ut difficile animus se ipsum cognoscat: quoniam exteriora cogno scit. Nos autem quoniam remotus est a sensu: & propter sui entitatis præstantiam id esse asseueramus. ꝙ si hec (ut nō dubitamus) tante dif ficultatis causa ē. non segnes esse debemus. ut tantam entitatem etiam si possibile sit comprehendamus. Namq; si sui natura animus prestās est. & magna dignitate ꝑditus: multo nihilominus dignior: multoq; prestantior erit: si se intelligit. comprehendit: & continet. Si enim ali ena cognoscere ei delitiosum pabulum: salutem: perfectionem: digni tatemq;: non mediocrem præstat: q̃nto magis sibi ipsi præstabit: si se ipam noscendo continebit. Nam si laudabilior ē animus: ut Augusti nus astruit: cui nota ē infirmitas propria: q̃m qui ea non respecta mū di menia: uias siderum: fundamēta terraꝝ: celoꝝq; fastigia perlustrat: q̃nto etiam precellentior erit. si suā meditabitur dignitatem. Redeat ergo fratres mei unusquisq; ad cor suum: intelligat se: cognoscat dig nitatem suam: discutiat se ipsum: consideret unde uenerit: quo tendat quomodo uiuat: quid agat: quid cōmittat: quidue omittat: q̃ntū quo tidie uel proficiat: uel deficiat. Quibus cogitationibus magis incurse tur qbus affectibus frequētius molestet̃: quibus temtationum machi nis a maligno spū acrius impugnet̃: & cū totū interioris exteriorisq; hoīs statū ꝑstātiā: habitū. conditōem: successumq;: quoad fieri possit

plene cognouerit:non modo qualis sit:uerũetiam qualis esse debeat
intelliget:& tunc utiq; non se inflabit:sed humiliabit:nec ea queret ĩ
monasterio.que foris habere non poterat.compatietur fratribus suis
compatietur debilibus:compatietur & his:qui de moribus delicatio
ribus ad monasteriũ uenerunt:si non ita parce:ita frugaliter:ita stri
cte:ita etiam sobrie uixerint. tolerabit eos patienter:& æquo animo
feret:si quid alimentorum uestimentorum operimentorumue:plus
uel delicatius eis:q̃m cæteris impțietur:per hanc sui cognitionẽ etiã
ad summi dei subleuari poterit contemplationem. Maximus enĩ con
templationis gradus est humilitas:& sui ipsius cognitio. Nam sicut
sui ipsius ignoratio:ut Lactantius inquit:mater ẽ omniũ malorꝝ:ita
e contra.notio: salutis glorie:etærne beatitudinis:& omnium ẽ geni
trix bonorꝝ.quo circa Bernardus ait. Scio neminem absq; sui cogni
tiõe saluari:de qua nimirum mater salutis humilitas oritur:& timor
domini:qui sicut & sapientie:ita & salutis ẽ initium Crysostomus au
tem qui sicut sanctitate:ita & doctrina ualuit:non modo ex hac cog
nitione sapientiam uoluit proficisci. sed ait id præcipuum atq; potis
simũ esse hominis:sapientiam affectantis: contemplari scilicet quid
ipse sit:quid intra se:quid extra:quid infra:quid supra:quid contra:
quid ante:quid deniq; post sit.hec consideratio quatripertitũ inquit
parit fructũ:utilitatem sui:charitatem proximi.contemptum mundi
& prepotentis dei amorem:ut sui nãciscať utilitatẽ.per sui cognitõnẽ
cõpungiť:cõpunctus conteriť:contritus uero quatuor afficitur qua
litatibus.Nam in primis ubi fuit meditať:& sic dolens reminiscitur
uitiorum:quorum memoria secum considerat:ubi propter illa erit
quoniam ante tribunal diem maiestatis de cunctis redditurus ratio
nem:& eo modo equissimi iudicis futurã irreuocabilemq; ꝑtimescit
sententiã.Rursus solerte ubi est considerat:& sic presentis uitæ mala
innumerosq; laqueos perspitiens mæret & plorat.postremo contẽpla
tur:ubi nõ ẽ:& eo pacto æterna infinitaq; superne ciuitatis meditať
bona.que nondum adeptus est:illa summope concupiscit:lugens cũ
ꝓpheta.heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus ẽ habitaui cũ ha
bitantibus cædar multũ incola fuit aĩa mea.& rursus cũ eo in eorum
liquefactus & resolutus affectum:ĩ suauẽ erũpit melodiam decantãs

Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutũ concupiſcit & deficit
anima mea in atria domini. Cor meũ & caro mea exultauerunt in de
um uinũ. Ex quibus uileſcit ei mundus. & cuncta que in eo ſunt con
temnit oblectamenta: & eleuans ſe ad cæleſtia tota mente conatur ab
illo redamari: in quẽ iam profecto anima eius : liquefacta ẽ amore: in
quo: ut mens exardeſcat: dulcedinis ac ſuauitatis ſuæ: iam ſe profitere
tur habere ſaporem dicens. Tu es domine deus meus melle dulcior.
Tu es lacte & niue candidior: Tu nectare ſuauior: gemmis & auro p̃
cioſior: & cunctis terraꝝ diuitiis & honoribus mihi carior. Tu es de
us meus: uita mea: tu ſalus mea: tu gloria mea: tu dulcedo animæ mee
tu es ſuſceptor meus: & liberator meus: & ꝓtector meus. Suſceptor
ne cadã. liberator ne peam. protector ne feriar. tu es mihi oĩe bonũ
quoniam tu ſolus ſummũ bonũ. & in te ſolũ ſatiari poſſum: quia tua
bonitas ſolũ trinũ non habet. & ideo ſatiabor & explebor: cum clari
us apparebit gloria tua: quoniam ad aquã ſemp anhello nõ differat
obnixe precor illam mihi pandere benigniſſima maieſtas tua. Vt tue
faciei claritatem uidens in te delecter: in te quieſcam: te fruar: & tue ſẽ
piterne ſiam beatitudinis compos. Et qm̃ bonũ tanto maius tantoq̃
iocundius eſt: q̃nto diffuſius: aduocat ꝓximos: & uelut ad nuptias in
uitat eos: ut tantæ glorie: tante dulcedinis: tantæ deniq̃ ſuauitatis p
ticipes fiant: dicens cum propheta guſtate proximi & amici mei: & ui
dete: quoniam ſuauis eſt dominus. beatus uir qui ſperat in eo. O igiť
p̃claram ſui ipſius congnitionem. o inexplicabilem eius uirtutem: p
quam ad tantam uehiť mẽs ſui conditons contẽplationem: O ſpecu
lum luciđiſſimũ. o ſalutiferꝫ iudicium. Ad eam igiť creberrimam ha
bendam uos exhortor. Ad eam cõplectendam uos moneo. Ad eã iu
giter: ſi poſſibile eſt retinẽdam uobis pſuadeo: quoniam ipſa fontem
ſuum: de quo oritur: hoc eſt mentem: Vt Bernardus inquit, purificat
affectus regit. actus dirigit. exceſſus corrigit. mores cõpõit. uitã hone
ſtat & ordinat: quid liceat: quid deceat: quicq̃ expediat docet. demũ
tanq̃m ſplendor maximus animæ: & iubar quoddam ſplendidiſſimũ
mentis omniũ humanarum diuinarumq̃ rerum ſcientiã cõfert.

Textus uicesimussextus Augustinus

Ane quem admodum ægrotantes necesse habent minus accipere: ne grauentur: ita & post ægritudinem sic tractandi sunt: ut citius recreentur: etiam si de humillima sæculi paupertate uenerunt: tanq̃m hoc illis contulerit recentior ægritudo quod diuitibus anterior consuetudo.

Commentum uicesimumsextum Ambrosius.

Extum mandatum est: in quo iubet: ut omnes siue ex diuitiarum fastigio: siue de humillima seculi paupertate uenerunt: post ægritudinem sic i uictu & in aliis opportunis quibuscunq; tractentur. ut citius recreentur: Nempe in hac recreatiõe facienda personarum non debet esse acceptio. neq; contemni humillima paupertas in his debet: que postulat humana necessitas. Decet autem id fieri: tum ut debita charitatis ad omnes extendantur obseqa: tum ut unusquisq; q̃m totius possit famulari deo: seruire monasterio & alia uirtutis exercere officia: liberius ualeat: Tum ne ipsa infirmitas: sic in famulo dei suscipiat p̃dñium: ut inde uel de recidiua periculum incurrat: uel minus idoneus ad onera religionis portanda efficiatur. Rursus ut Hieronimio placuit. Nimia corporis debillitas nõ solum ipsius: sed etiam animæ uires frangit. ingenium marcescere facit & plerũq; ipsum deuotionis tollit feruorem: quoniã q̃mdiu hæc mẽbra rexerint artus organo: medioq; animus corpore indiget. Et q̃mq̃ apostolus uirtutem in infirmitate perfici prædicauerit: noluit tamẽ quenpiam sic attenuari. ut excessum laudauerit infirmitatis. cum & ipse etiam dixerit: castigandum esse corpus: & non mortificandum Et rursus. ne frangamur in tentationibus consolatus est nos dicens. Fidelis deus non sinet uos tentari supra q̃m ferre potestis. propterea quicquid cum modo & temperamento fit: per pulchre & salutare fieri dicimus. perinde semper libuit uirtuti: suũ in medio locare tribunal. Nota.

Preterea non ita in infirmitate apostolus uirtutem perfici uoluit: ut assereret infirmitatẽ ipsam: causæ esse perficiendæ uirtutis: sed ꝙ

an perfecta sit:infirmitas ipsa ostendat:quoniam in egritudinibus:ꝑ secutionibus:tormentis:& in quacunq; aduersa fortuna uiri demonstratur cõstantia.Iccirco cum non omnes tanta mentis ualeamus fortitudine:ut cũcta aduersa equo animo toleremus: quoad fieri potest annitendum est:ut famuli dei cito sanentur:& post ægritudinem ne frãgãtur:sic tractandi sũt ut citius recreentur.Et quoniam multa sũt egritudinum genera:alia quidem tenuem uitam:& ꝑsertim in principio exigunt:ceu quedam febres sunt que ex multa stomachi repletione generantur.In quibus si cibus sumitur non eleuat:sed grauat tunc sane necesse habent ægrotantes minus accipere: ne grauentur Alia uero rerum presertim optimarum copiam deposcunt: sicut oculorum cataractæ:ægritudines malencolicæ nature defectus: & inualitudines:sincopim:& totius corporis: post euacuationem debilitatẽ inducentes huiusmodi infirmitatibus affecti in cibo: potu:uestitu: cubatione:mansionibusq;:quoniam omnia ista ad subleuandam naturam multum conferunt: sic tractandi sunt:ut citius recreentur: etiam si pauperes in sæculo fuerint:tanq̃m hoc illis contulerit recentior ægritudo.quod diuitibus anterior consuetudo:ac si patenter asfereret: ꝙ sicut ex delicatioribus moribus ad monasterium uenientes propter eorum antiquas & consuetas debilitates melius sunt tractandi:ita & circa pauperes:propter recentiorem eorum ægretudinẽ ut citius recreentur diligentior est cura adhibenda: Que enim seminat homo(ut inquit apostolus)hec & metet. Sed quopacto misericordiam metemus in agro summi dei: si eam in campo:hoc est in dolore non spargimus proximi:"perinde Iohannes euangelista inqt (qui uiderit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit uiscera sua (ab eo:quomodo charitas dei manet in eo:"Si ergo cælestis patris charitatem desideramus habere:debemus:& nostris fratribus misericordiam exhibere. Vnde ut ad eam exhibendam:unigenitus filius suus nos hortaretur dixit.Beati misericordes:quoniam ipsi misericordiã consequentur. Magna profecto: & incomperabilis nobis misericordia ostendetur:quando pro subuentione:& cura temporalis ægritudinis.quam in hoc seculo proximo gerimus:ab æternis in die iudicii liberabimur crutiatibus:& celeste regnũ pro tantillo obsequio nobis

ab illo donabitur in præmium: a quo pro tribunali in solio sue maie statis sedente audiemus infirmus fui: & uisitastis me: esuriui: & dedi stis mihi manducare. O ineffabilem bonitatem redemptoris: ut suæ celsitudini uendicet: quæ hic suis pusillis impendimus. O inexplicabilé liberalitatem summi regis: ut pro tam exigua seruitute infiniti regni dignetur largiri amplitudinem. O maximi imperatoris magnitudi nem: qui pro terrenis cælestia. pro momentaneis æterna: pro infimis sublimia condonare nobis polliceatur. Icirco fratres sic exhibeamus nos metipsos ad seruiendum infirmis ut non alteri: q̃n immortali deo nos seruire existimemus: & quanto pauperiores: deiectiores: hu miliores q̃ infirmi extiterint: tanto ad eos uisitandos: curandosq̃ si mus feruentiores: quoniam sicut ipsa sapientia incarnata ægrota: in firma: atq̃ mortalis: ad nos uenit, ut nos sanaret atq̃ immortales face ret: ita pauper ad nostras tollendas calamitates descendit, ut pauperi bus atq̃ egenis misericordiores simus: ac perinde beatiores: tanq̃m de maiori humilitate premium reportantes: fiamus iuxta edictum p os Dauid tanq̃m per suum præconem factum: qui in psalmo cecinit beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala: que di es erit ultionis liberabit eum dominus: & non solum tunc: uerum eti am & in præsenti uita: maxima ei aduenire munera optat dicens: do minus conseruet eum: & uiuificet eum: & beatum faciat eum in terra & nõ tradat eum in manum inimicoꝝ eius: dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.

Textus uicesimusseptimus Augustinus.

Ed cum uires pristinas recuperauerint: redeant ad fælitio rem consuetudinem suam: que famulos dei tanto amplius decet quanto minus indigent. Nec tibi eos teneat uolu ptas iã uegetatos: quos necessitas leuarat infirmos. Illos sane estimẽt ditiores: qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores. Melius est enim minus egere: q̃m plus habere.

Commentum uicesimumseptimum Ambrosius

Ostremum mandatum est: ut sublata: dei gratia: infirmitate: recuperatis ob diligentem curam pristinis uiribus ad felitiorem cõsuetudinem suam fratres redeant. Felix consuetudo est corpus suum castigare: atq; ut apostolus i seruitutem redigere. Felix consuetudo est carnalia desideria: que militant aduersus animam abscidere. Felix consuetudo est die noctuq; diuino uacare seruitio. Felix consuetudo est monasterii bona: et ea maxime: que spiritualia sunt diligenter curare. Felix consuetudo est se in obsequium seruorum dei exhibere: Felix consuetudo est se totum diem meditationi & contemplationi dedicare: contemplari quidem debent: quomodo amari debeat deus: & cum aquila contemplationis Augusti. in dei amorem toto liquefacto: ita eum querere: & ad eum exclamare dicẽtes. Amamus te. o deus noster: & magis: magisq; amare uolumus. Da nobis speciosæ pre filiis hominum: ut desideremus te: & amemus: q̃ntũ debemus & uolumus. Immensus enim es: & sine mensura debes amari: presertim a nobis: quos sic amasti: & sic saluasti: pro quibus tanta fecisti & talia. O amor: qui semper ardes. & nunq̃m extingueris dulcis christe & bone iesu: charitas deus noster. Accende nos totos igne tuo: amore tuo: charitate tua: dulcedine tua. desiderio tuo: iocunditate & exultatione tua: & pietate & suauitate tua: & uoluntate: & concupiscentia tua: que sancta est: & bona: & casta & munda: ut toti dulcedine tui amoris pleni: & toti flãma charitatis tuæ uaporati. Diligamus te dominũ nostrum dulcissimum & pulcherrimum ex toto corde nostro: & ex tota anima nostra: & ex totis uiribus nostris: & omni intẽtione nostra: cum multa cordis contritione & lacrimarum fonte. cũ multa reuerentia & tremore: habentes te in corde: & in ore: & præoculis nostris semper: & ubiq;: ita ut nullus i nobis pateat locus adulterinis amoribus: Et ad hanc ieiunandi disciplinandi: laborandi: orandi meditandi: atq; contemplandi fælicem consuetudinem: famulos dei tanto amplius atq; festinantius redire decet: q̃nto minus indigent. Nec cibi eos teneat uoluptas iam uegetatos: quos necessitas leuerat infirmos. Nanq; ad leuandam deponendamq; corporis infirmitatem: carnis: agere & habere curam necessarium est: que quidem caro cũ uegetata & instaurata fuerit. sic cibi potusq; usus remittendus est: sic

carius resecanda cura:ut dei famulos cibi:aliarumq; delitiarum non te
neat uoluptas:nec seruiant gulæ:qui deseruire debent animæ:pericu
lose enim ac per hoc summopere fugiende sunt uoluptates:que effe
minatum faciunt animum:sicut idoneus testis est sardanapalus. Ma
ximum attenuant robur:strenuum ducem uilem faciunt:& in bello
inuictum sua lenitate deuincunt & prosternunt:sicut indomitus Ha
nibal testatur:quem cum fomenta campaniæ & arma uiocere neque
tant:hyberna uina dapesq; soluerunt atq; eneruauerunt. Ob eam rem
Marcus Cicero consentaneum non esse inquit:ut qui metu non fran
git':is frangatur cupiditate:& qui inuictum se a laboribus presciterit
Ille a uoluptate uincatur. Quanto ergo famuli dei minus indigent:
tanto eos amplius decet ad pristinam:fælicem:austerioremq; uitã re
dire:nec animæ uirtutes:ipse auferant uoluptates:quibus neq; maior
neq; suauior potest inueniri tyrannus. Nempe uniuersa nature:& for
tune:& gratiæ cum quadam falsa & pestifera iocunditate eripiunt bo
na:quoniam ut recte Isidorus eas interpretatur. Voluptates nil aliud
sit:nisi cum quadam lubrica suauitate ad illicita fædæ mentis inclina
tiones. Hinc magnus ille stoicus Señ. inquit.q; hostis unq̃m tam cõ
tumeliosus fuit:q̃m in quosdam uoluptates suæ. Quidam se in uolu
ptates mergunt:quibus in consuetudinem adductis carere nõ possũt
& ob hoc miserrimum est:quo eo peruenerint:ut illa que superuacua
fuerunt:facta sint necessaria seruiunt itaq; uoluptatibus nõ fruuntur:
& mala sua:quod malorum ultimum est:amant. perinde in preclaro &
excelso uolumine de philosophica consolatione diuus Boetius eas de
testando ita interrogat: Quid de corporis uoluptatibus loquar:qua
rum appetentia quidem plena est anxietatis:satietas uero penitentiæ
quarum motus quid habeat iocunditatis ignoro:tristes uero esse uo
luptatum exitus:quisquis reminiscitur libidinum suarum:intelliget:
que si bonos explere possunt. nihil causæ est. quin pecudes quoq; be
ate esse dicantur. Sed certe ut Hieronymus ait:nihil prodigæ satis est
uoluptati:semper famem patitur sui:que alimentis perpetuis nescit ĩ
pleri:propterea a blandimentis uoluptatum abstrahendus ẽ animus
ne si mergi incipiat:subleuari modo non possit. Serenis utiq; morem
tenent que tãdẽ nautas allicit & demulcet cãtu. quousq; naufragium

perspexerit incurrisse. Nullus igitur se illecebrosis seducat a moribus
Nullus uinci a uoluptatibus se permittat: unusquisq; constanter pu
gnet. uiriliter dimicet. hostem audacter inuadat. quoniam nullus spi
ritualis certaminis apprehendit palmam qui non legitime certauerit
qui in semetipso prius per afflictam uentris cõcupiscentiam ante car
nis non deuicerit incentiua. Nec ad consuetum spiritalis certaminis
ordinem assurgitur: si non prius intra nosmetipsos hostis positus gu
le uidelicet appetitus edometur: quoniam sicut ab arte & a natura re
cte docemur: nisi ea que nobis uiciniora sunt prosternamus: per quã
inaniter ad remotiora impugnanda pertransimus. Et ut uitia que ĩ no
bis ex ipsis generantur uoluptatibus: maiori cum impetu extinguen
da inuadamus adiecit: illos sane extiment ditiores qui in sustinẽda p
citate fuerint fortiores. Duplex diuitiarum genus esse nouimus: aliud
quidem temporalium: aliud spiritualium. Temporales diuitie que
sint latet neminem: quoniam prędia palatia: gẽmẽ: auri argentiq; pon
dera. & magna pecuniarum copia. que in caducarum diuitiarum. ueni
unt appellationem. In his utiq; etiam ditiores sunt: qui in sustinenda
parcitate fuerint fortiores: quoniam ut antiquus sermo dicit. qui par
ci sunt diuites fiunt. Sed ad presens negocium hæc minime satisfacit
interpretatio. Idcirco que sint spirituales diuitiæ: & quo pacto in illis
ditiores fiant: qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores uideamus.
Spirituales diuitias: fidem: spem: charitatem: iusticiam: humilitatem
temperantiam: prudentiam: constantiam: & reliquas appellamus uir
tutes. hinc ad ueram philosophiam Marcus Tulius mentem erigens
in paradoxis q̃m digne: q̃mq; excellenter dixit quanti precii estiman
da est uirtus: que nec eripi: neq; surripi potest: neq; naufragio: neq; in
cendio amittitur. qua prediti qui sunt soli sunt diuites. At enim ne
mo diues nisi abundans diuitiis. Virtus autem ex nece pullulat uitio
rum: quoniam teste philosophorum maximo Aristotile. Vnũquod
q; ex suo efficitur contrario. Occiduntur autem uitia maxime ex car
nis mortificatione: & ex ipsa parcitatis fortitudine. Qui ergo in sustinẽ
da parcitate extiterint fortiores. hi per ieiunia: per sobrietatem: p ab
stinentiam: per continentiam: per psimoniam: per domitionẽ carnis
per castitatemq;: animũ preditum faciunt esse uirtutibus: & ĩ thesauro

regni cælestis fiunt ditiores .Et ut ad hãc sustinendam parcitatem fia
mus propensiores:postremo annectit.Melius est enim minus egere
q̃m plus habere.Inter indigeo:& careo:hoc interest:quoniam absq;
ulla prorsus differentia illis caremus:que in nobis non sunt:siue no
bis oportuna extiterint:siue non indigemus autem illis:que nobis
sunt ad nostrum usum necessaria:etiam si illis non careamus:quopa
cto sane dicimus:oculis qui in nobis sunt indigemus ad uidendum:
dentibus ad edendum:lingua ad loquendum:& pedibus ad ambulã
dum:& ceteris membris ad propria exercẽda officia:sepenumero etiã
illis indigemus:quibus & si careamus.pro nostra tamen subuentiõe
opus essent:ut si pro annuo uictu.x.alicui opus esset talentis:& ꝑ su
stinenda hyeme uestimentis:quibus careret.Ad hunc quidẽ sensum
textus est iste interpretandus.Melius est enim minus egere.q̃m plus
habere:ac si aperte dixisset.melius est egere alicuius rei.que nobis mi
nus est:hoc est que nobis deficit q̃m plus habere:id est plus abũda
re:q̃ opus sit:qm̃ melius ẽ aliquid egestatis propter dñm sustinere:q̃
superabundare.Nam egestas.que propter deũ est generat humilitatẽ
que est causa salutis:dicente xp̃o nisi efficiamini sicut paruulus iste:
humiles scilicet simplices & puri:non intrabitis regnum cælorum:q̃
etiã causa est exaltationis dicente eodem humilitatis magistro.qui se
humiliat exaltabit:que ẽ ista uia ad acquirendã sapientiam Salomõe
testante qui ait.In animã maliuolam:hoc est superbam & elatam nõ
intrabit sapientia:que est causa tam diuine q̃m humane benedictõ
nis.ꝑinde beata dei genitrix de se inqt:Quia respexit deus humilitatẽ
ancillæ sue.Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes
que est causa:quare orationes & alia sua opera grata sint altissimo.uñ
scriptum est:oratio humilitantis se nubes penetrat.imo & cælos.imo
& ad summi dei ascendit maiestatem:que & demum est oim bonorũ
inicium:abundantia autem parit superbiam.que omniũ est maloꝝ o
rigo.Eam ob rem serui dei.ut carnis illecebrosos appetitus:& omnes
queant reprimere uoluptates:iugiter ac diligenter attendere debent:
ut alimentoꝝ:uestimentorumq; minus habere uelint:q̃m eis opus
fuerit.Deus enim gloriosus & summe bonus.& summe clemens:qui
omnia regit:omnia gubernat:qui sanat contritos corde:qui nostras

intuetur necessitates.qui pascit uolucres cæli:qui uescit lilia agri: qui ad Helyam coruū destinauit:qui populum manna cibauit nostris nō sinet nos in necessitatibus deperire.

Textus vicesimusoctauus Augustinus

On sit notabilis habitus uester:nec affectetis uestibus placere sed moribus:

Commentum vicesimumoctauum Ambrosius

Dhibito in uictu pro refrænanda carnis concupiscentia cō sentaneo moderamine. Iam pro euitanda uestitus pompa de habitus qualitate præceptum subiungit dicens. Nō sit notabilis habitus uester. Omnis quidem excessus notabilis est.pro pterea neq̄ nimis preciosa:nec inmis abiecta religiosorum debent esse uestimenta:ne uel nimis pomposi:uel hypocritæ a laycis iudicen tur:fecit utiq; uir sanctus:quod docuit. Scriptum est enim de eo.qa uestimenta eius & calciamenta:nec nitida nimium :nec abiecta pluri mum:sed ex moderato & cōpetenti habitu erāt. Ipse quoq; de seipso in sermone de cōmuni uita clericorum ita inquit:fateor enim nobis de præciosa ueste erubesco:& non decet hanc professionem. Non de cet hanc ad monitionem:non decet hec membra:nō decet hos canos Et si declinandū quouismodo ab aliquo extraniorum cupiam in ue stimentis uideatur:tolerabilius atq; decentius est apud nos. Religio sos uiros:ad despectum habitum descendere:q̄ ad præciosum efferri tum quia sicut mortui sumus mundo:ita & omnem eius pompam abdicare debemus:tum quia præciose uestes curiosum:elatum:& infe ctum faciunt animum. Ob eam rem diuus Hieronymus ait.Non ue nera uestis:sed mundicia mentis ornatum facit monacum. Et domi nus in euangelio. Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sūt: tanq̄m si patenter saluator dixisset. Non uos regni huius mundi curiales:sed cælestis esse debetis.& ideo non sicut illos uos mollia ue stimenta sed opera penitentiæ delectent. Et enim mollia uestimenta mollem effeminatumq; animum efficiunt:quare mollibus uestimen

tis ut recte Vgo monet regia delectet᷑ aula:asperis & humilibus chri
sti delectetur ecclesia/preciose igitur uestes quibus ornari debemus.
spiritualia debent esse ornamenta.castitas uidelicet humilitas:mãsue
tudo:patientia: ieiunia: misericordia: assiduitas orandi:fides: spes:&
charitas:que illud amplissimum:præciosissimumq; uestimentum est
quod operit multitudinem peccatorum:sine quo ad cælestes nuptias
recipitur nemo hinc ad conuiuiũsine illo eunti in euangelio dictum
est.Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialẽ.Perin
de præceptor noster adiecit.Nec affectetis uestibus placere.sed mori
bus/boni ac beati mores ex ipsis generantur.uirtutibus.beati mores
sunt:quibus ingenui dicimur:beati mores sunt:qui nos a filiis huius
sæculi discernunt.beati mores sunt:quibus cælesti placemus impera
tori:beati mores sũt:qbus aĩa pulcherrima & splendidissima redditur
per quos eam cælestis sponsus in suã recipit sponsam:per quos ĩ tha
lamo recipitur deitatis:per quos agminibus associatur beatorũ.Non
enim exteriorem pulchritudinem:sponsus requirit inuisibilis:sicut
scriptum est.Omnis gloria eius filiæ regis abintus.Non auro con
texta: non gemmis ornata: non lapidibus preciosis configurata:
non syrico uestimenta conficta:nostro placent saluatori:qui unica &
inconsutili fuit ueste contentus. Non enim tunicas:ut ait Augusti
nus.In regno cælorꝝ sumus inspecturi:sed uestis cuiuscunq;:fulgor
iustitie deputabitur:ipsius erit innocentiæ splendor humilitatis exal
tabitur decor:castitatis nitor:& omnium bonorum operũ sublimabi
tur odor: in quo sane diuinitus monitus: oĩ reiecta cõcẽpteq; mundi
glia:sacrosancto baptismatis lauacro mũdatus:nigris hũilibusq; uo
luit a sanctissimis uiris Ambro.Mediolañ. antistite.& Simpliciano
Liguriẽsi diui Pauli ꝑmi heremite discipl'o indumẽtis uestiri.sicut idẽ
uir sanctus Ambro.in eo sermone:quẽ de Augustini cõuersiõe & ba
ptismo edidit:p q̃ deuotissime scribit.Et ip̃e Augu. ĩ diuulgatissimo
famosissimoq; sermõe de cæna dñi de sui habitus figura & qualitate
ita memorat dicens/Nos qui uidemur gerere in corporis nostri habi
tu:figuram crucis:& nomen sancte religionis habemus: nigram ue
stem hũilitatis portamus:& zonis peliceis ꝑcincti sumus:quorꝝ signi
ficatõem talẽ ĩ excellẽtissĩo sermõe de filio ꝓdigo asserit se a.b.Amb.

Nota.

didicisse. pensate ergo inquit fres: qd uestis nigra: quid zona pellicea quid corona capitis persuadeant. Nigra enim uestis: que uilis est mũdi contemptum nobis denunciat: & memoriam mortis zona pellicea lumborum refrenationem declarat. Capilli rasi de uertice superfluitatem criminũ significant ablatam de mente. Et subdit: sic enim mihi sanctus pater Ambrosius: quãdo me regenerauit i christo anno etatis meæ trigesimo: mihi petenti respondit. Cogitate ergo fratres q̃m reprehensibile est: si sub tali habitu superbia lateat: uel luxuria. Eius itaq̃ edocemur exemplo: ut non sit notabilis habitus noster: ut uitam habitui conformem ducamus: moribus potius q̃m uestibus placere affectantes: obedientes apostolo nobis dicenti. Nolite cõformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri: eo pacto deo placebimus omnipotenti: eo modo: animæ nostræ initiatæ peccatis: ornate q̃ uirtutibus dicet: q̃m pulchra es amica mea: & macula non est in te sicq̃ in die nouissimo eam suscipiens dicet. Veni amica mea: ueni speciosa mea. ueni columba mea: ueni dilecta mea: intra in cubiculũ domini tui: ueni in thalamum sponsi tui. Intra in tabernaculum regis tui: ponam te intra tronum meum: ut mecũ gaudeas: mecum læteris mecum inæternum maneas: inæternũ mea beatitudine perfrueris.

Textus vicesimusnonus Augustinus

Vando proceditis simul ambulatæ. cum ueneritis quo itis simul state.

Commentum vicesimumnonum Ambrosius

Vam utilæ: q̃mq̃ salutiferũ sit: siue in incessu: siue in statu bonoꝝ consortium explicari facile nõ esset. Nãq̃ imprimis aduersarius nr̃ diabolus: q uelut leo rugiens circuit sp quẽ deuoret uehemẽtioribus tentationis fluctibus afficit solos: q̃ sociatos Vñ cũ seniores pr̃es nr̃i. primũ heremi cultores eẽ cepunt: ceu i sctõꝝ patrũ collationibus scribit̃: nequissimi spũs tã seuas eius inferebant molestias nec eoꝝ i cell' audebãt soli cõmorari. pin de i oratorio i cell'

& ubiq; cōi decreto plures simul manebant. Et tantū creuit uersuti tē
tatoris persecutio:ut uicissim nocturnas facerent excubias :psalmis:
orationibus:lectionibus:atq; disciplinis incumbentes :hinc cum fra
ter quidam patrū industria a maximis eriperet tentationibus bono
rum fratrū simultatē extollens ad Rusticū monacū beatus Hieroni
mus scribit.O si solus fuisset:quo auctore supetasset:ac si diceret nul
lo.ac perinde uictus debellatusq; iacuisset.Nos etiā fratrē quendā ger Nota Miraculū
manū nostri ordinis nouimus.& allocuti sepenumero fuimus .q cū
Arimini presertim ī nocte solus esset:tot tantasq; demonū tentationes
illusiones:pressurasq; passus fuit.ut difficile esset dictu:nunc clamori
bus:nunc cachinis:nunc flammis.nunc uerberibus:nūc horribilibus
aspectibus:nunc uectione:nunc sursum:deorsumq; eum uibrando a
gitationibus:pauperem religiosum:cum solus maneret torquebant.
Sociato uero nihil mali.nihilq; ei inferebant molestiæ. Postremo ut
temporalibus finē:æternisq; darēt cruciatibus initium(O rem stupē
dam:& ubiq; terrarū cunctis sæculis predicandam)Ipsum una dierū:
hora circiter uesperi:de angustiis craticule ferreæ:contra corporeæ mo
lis naturā foraminibus extrahentes supra incredibilis altitudinis pi
naculum templi duxerunt:ut illinc eum seuissime præcipitarent .O
clementissime deus:non permisisti seruum tuum tandem atrocissimo
rum hostiū uiolentia trucidari.Ecce ad tam grande spectaculum to
ta ciuitas Ariminensis accurrit:& uiso populo seruus tuus ausum su
scepit tuum inuocandi subsidium:& soluta lingua que diaboli manu
tenebat ligata:aperto ore:tonanti uoce:cunctis audientibus exclama
uit.O deus meus.O sancte Nicolae de Tollentino defende me.quia
ecce deuotus tuus iam pereo.O mira dei protectio.O potestas infini
ta.O pietas immensa.Mox inuocatus:e celo rutilās sanctissimus Ni
colaus a pientissimo deo emittitur:& cunctis uidentibus demones ef
fugauit:& accepta dextra seruum suum ex templi pinaculo in terram
duxit:& ipm sanum tutissimūq; restituit.Subinde plurium deuoto
rum hoīm collegio facilius optinetur:quod deposcit.Vnde saluator
suis discipulis aiebat.Si duo ex uobis consenserint super terram de oī
re quācunq; petierit fiet eis a patre mō :Et rursus:ubi duo uel tres in
noīe meo congregati fuerint in medio eorū ego sum:quod si duorū:

uel trium iustorum id cógregationi promittitur:proculdubio ocius
atq; liberius.ut Leo pontifex maximus inquit.plurimoꝝ cetui cōdo
nabitur.Nanq; dispersi milites non modo uictoriam:sed conflictum
ut plurimum consequuntur.Carbones quoq; in uno congerie succē
duntur & ardent:seiuncti uero extinguuntur & frigent. Dirigunt̃ p̄
terea ob ipsam bonorum societatē omnes ad bonos atq; beatos mo
res:quoniam ut sanctus Dauid cecinit,cum sancto sanctus eris:& cū
electo electus eris:& cum peruerso peruerteris.Et enim sicut malorū
comes.malus fiat necesse est:ita & bonoꝝ:bonus fiat oportet .Pude
bit enim ipsum coram bonis:mala uitæ cōmittere:fiat etiam inde:ut
sequi mali mores:si quæ noxie in eo sint affectiones:optimis aliorū
reprimantur exemplis. Rursus uiri religiosi ad honorem:decorē: ho
nestatemq; sancte religionis semper debent esse intenti. quoniam de
ipsa scriptum est.Flores mei fructus honoris & honestatis.Et aposto
lus præcipit:ut omnia honesta & secūdū ordinem fiant.At enim reli
giosum honestum atq; honorabile est:ut q̄madmodū fratres simul
in uno habitant monasterio:ita cum processerint simul uadāt:simul
q; in eodem maneant loco.Ob sanctam salutiferamq; instructionem
Id insuper uisum est:facillime enim solus.uel in articulis fidei orto
doxe:uel in alicuius scripture:sententia labi posset in errorem:& cum
non haberet cui erroneum conceptum suum posset insinuare perditō
nis incurreret periculum:propterea scriptum est.Ve soli.qui ceciderit
non habet subleuantem.Et rursus frater qui iuuatur a fratre quasi ci
uitas firma.Et Augustinus inquit.Tutior enim & dultior uita ē:ubi
unus alium cohortatur.Vbi alter alterius inflammatur exemplo ubi
alter doctrina alterius instruitur .Vbi alterius porrecta manu alter
subleuat̃.Et.b.Hiero.ad Rusticū monachū ait.Nihil placet ut habe
as sacrum contubernium:nec ipse te doceas.Et subdit in solitudine ci
to surrepit supbia:dormit q̄n uoluerit:facit quod uoluerit:nullū ue
ret̃.Tu aūt q in cōmunitate uiuis nō facies quod uis:comedis quod
iuberis:subiiceris cui nō uis.Tandem corpalis hæc societas spūalē de
signat coniunctionem:quæ terribilis:ut castrorum describitur acies.
Nanq; castrorum acies:cum ad bellum se præparat: se cōiungere atq;
ordinare festinat.ne uel interrumpi uel penetrari:ab hostibus queat

Sic nimirum nostra spiritualis acies bene coniuncta: beneq; ordinat simul ambulare: simulq; stare præcipitur ut coram diabolo muniat ad bellum: ut ex sua uidelicet coniunctione antiquum: non solũ ter reat. sed pulsitet hostem: qui in seruis dei nil magis timet q̃m amoris uinculum: & ad bene beateq; uiuendum concordie unitatem.

Textus tricesimus Augustinus

N incessu: in statu: in habitu: & in omnibus motibus uestris: nihil fiat quod cuiusquã offendat aspectum: sed quod uestram deceat sanctitatem.

Commentum tricesimum Ambrosius

Ffectiones mẽtis: & omnes motus animi: sicut quouismo do ab exterioribus sumunt exordium: ita & per exteriora quales sint crebrius cognoscũtur. Ob eam rem nequis ma lum de uestris iudicet mentibus: in incessu: statu: habitu: & in singulis uestris motibus exterioribus Augustinus iubet nihil a uobis fieri: quod cuiusq̃m offendat aspectum: sed quod uestram deceat sanctita tem. Decet quippe sanctitatem uestram fratres karissimi: ut in dictis factis: gestibusq; uestris tali animi utamini moderatione: tali sitis pre diti modestia: tanta polleatis grauitate: tanta ualeatis sanctimonia: ut a nemine iuste ualeatis reprehendi. Nam non solum ad maiores eccle sie prælatos. uerumetiam ad nos: qui uoto sumus religionis astricti tanq̃m etiam ueros suos discipulos saluator dixit. Vos estis sal terre tanq̃m si diceret. Vos estis hominum condimentum: uestro exemplo instrui: uestra sapientia doceri: uestra humilitate componi cæteri debẽt Et rursus uox illa ad nos. Directa etiã ẽ qua dicit. Sancti estote: q̃m ego sanctus sum dicit dñs. Vere sancti eẽ debemus: q nomen habitũ q; religionis ac sanctitatis assumimus: q diuino sumus cultui mãcipa ti: sacris xp̃i altaribus cõsecrati diuinis quoq; mysteriis dedicati. Tale ergo sal simus ĩ pplo ut uermes: & oẽs aĩæ putredĩes: ñ solũ doctria &

Attende.

p̄dicatione :uerūetiā uitæ sanctitatæ ab eo abstergamus .Nanq; si sal euanuerit.Si predicator uires amiserit: si religiosus luxrie concupiscē tie & uanitati se dediderit:in quo salietur? in quo populus credetur? cui fidem adhibebit? quem imitabitur? Nonne iuste clamabit? Ecce homo:cuius tanta nos fefellit oppinio:& propterea subdit. Ad nihi lum ualet ultra:nisi ut mittatur foras.& conculcetur ab hominibus Tale enim sal:ut beatus Gregorius inquit:quia infatuatum est:foras mittitur.quoniam falsus prædicator:eiusq; doctrina:que uana sine sa pore:& inutilis est:ab ecclesia pellitur:conculcatum autem ab homi nibus despectui habeatur.Oportet itaq; nos:ut apostolus ait:ab his qui foris sunt.bonum habere testimonium.Non enim teste Augusti no:sufficit nobis uita sancta:nisi sit & fama bona.Nam uita iusta no bis ē necessaria propter nos:fama bona propter alios. Propterea chri stus crudelem illum appellat:qui negligit famam suam:& rursus illū maledicit.qui eam aspernatur.& merito quid:quoniam sicut a sapien tissimo uiro Salomone assertum est.Melius est nomen bonum q̄ di uitie multe.Ergo sic nos existiment homines:ut ministros christi : ministeriorūq; dei ueraces dispensatores ex bonis operibus nos esse agnoscant:ut de nobis uerificetur:quod christus adiecit dicens.Vos estis lux mundi.Nempe ad corpoream mundi lucem:hoc est ad solē spectat effugaræ tenebras:illuminare orbem.calefacere terram :conso lari uiatores:exterminare bestias:& cunctis animantibus uim genera tionis conferre. Sic & nos:qui religiosi sumus:qui lux spiritualis ap pellamur:debemus heresum & cūctorum errorum atq; criminum te nebras per ueram sanamq; doctrinam effugare .Illuminare orbem: populum scilicet instruendo & docendo: qoumodo in uia dei:hoc ē in fide catholica ambulare debeat:calefacere terram :hoc est terrenos homines reiecta sæculi cupiditate in dei amore succendere .consolari uiatores:q̄mdiu enim sumus in hoc mundo pæregrinamur ad deū & presens uita nr̄a:uia ē ad nr̄m redeūdi creatorē. Vbi cū multis erū nis:miseriis:laboribus atq; inexplicabilibus p̄iculis:in sæculo degen tes uideamus circūseptos:ne frāgāt̄. Nos q̄ spirituales sumus illos cō solari & recreaē sepenumero debemus:ut usq; ad itineris metā cōstātē fortiq; animo proficiscantur. Exterminare bestias: quoniam apros:

ursos & rugientes leones:hoc est nequissimos demones simplicium
atq; dedilium:& si possibile sit: etiam fortissimorum animas deuora
re quærentes:orandi assiduitate: diuinorum nominum inuocationi
bus:humilitatis:fidei:charitatis:ceterarumq; sanctarum uirtutum ful
gore:& demum signo crucis tanq̃m infallibili tremendaq; machina
sicut scriptum est. Ecce crucem domini fugite partes aduerse :extermi
nare debemus. Et cunctis animantibus uim generationis conferre te
nemur:quoniam hominibus:quibus possumus:qui omnium animã
tium naturam participant:quomodo saltem bonas animi affectiones
habeant quomodoq; bona opera deo offerre debeant: lucis exempla
monstrare debemus. Iubente christo in euangelio. Sint lumbi uestri
præcincti.& lucerne ardentes in manibus uestris. Sic ergo uiuamus
ut uita concordet cum nomine:professio teneatur in opere:& his que
nobis appropriata sunt:similes compleamus effectus:ut si sanctus sit
ordo. sancta sit conuersatio:ut si sal dicimur:nostras aliorumq; men
tem condiamus uirtutibus:& saporem bonorum operum degustan
dum præbeamus. Si lux appellamur:uim effectumq; lucis ostenda
mus:ut si bene de nobis dicatur:id testimonio bonæ actionis cõpro
betur:quoniam teste Marco Tullio:omnis uirtutis laus in actione
cõsistit. Vt si religiosi uocamur:religiosæ uiuamus. At eni tũc religio
se uiuimus :si illicitos mores sub disciplina coercemus. Si membra &
sẽsus nostros studeamus restringere:ut neq̃ant lasciuiæ & leuitati de
seruire: ut aspectus noster sit simplex:& humilis. ne fixe aspiciat ocu
lus:quod illicite concupiscat animus. Vt noster auditus sit purus &
discretus:ea q̃ superflua sunt & uana respuens. ea q̃ dei sunt gratanter
suscipiens. Vt sermo noster sit sale conditus: ociosa & noxia detestãs
bona & utilia cõmendans. ut sit in corde munditia. In uultu pudici
tia. Incessus cum grauitate: status: cum reuerentia:motus cum matu
ritate:habitus cũ religione:quatenus ubiq; resplẽdeat sanctitas:emine
at honestas:seruetur humilitas:ut in omnibus motibus nostris nihil
fiat:quod cuiusq̃m offendat aspectum. sed quod nostram deceat san
ctitatem : & sic tandem in omnibus:tam priuate:q̃m publice:tam pa
lam:q̃m clanculũ. nos geramus:ut i nobis nõ mentiat̃ religionis no
men. Nanq; religiosus:ut ait Cicero a religendo appellatus est :eo q̃

retractat: & tanq̃m relegit ea: que ad cultum diuinum pertinent: modum ordinẽ: formãq; cũctis spiritualibus imponẽs. Et Isidorus inquit Religiosi dicti sunt ex relegendo: tanq̃m ex eligendo eligentes: & ex diligendo diligentes. ꝗ si in tanto culmine positi sumus diuinitatis contineamus imprimis nos aliter: quatenus sine rumore alios continere ualeamus: quoniam non potest exercitum continere impator: sicut præclare Marcus Cicero inquit qui se ipsum non continet.

Textus tricesimusprimus Augustinus

Culi uestri & si iaceantur in aliquam feminarum: in nullam figantur. Neq; enim quando proceditis fœminas uidere prohibemini: sed appetere. aut ab ipsis appeti uelle criminosum est.

Commentum tricesimumprimum. Ambrosius

Mnipotentis dei mandatum est: non mechaberis. in quo omnis membrorum genitalium illicitus prohibetur usus ad quod quidem præcepti obseruantiam: cum totũ genus obligetur humanum: non illud hic iussit Augustinus: ut quidã aiũt sed ut diuine maiestati hoc iubenti facilius: liberius: commodiusq; pere ualeamus: opportunitatem: causam atq; uiam: qua ad prohibiti uitii deuenitur labem: nobis imperauit cauendam dicens. Oculi uestri: & si iacianť in aliquã feminarum in nullam configantur: tanq̃m si manifeste dixisset. Cauete fratres in mulieres oculos coniicere: & si cõiecti fuerint: in nullã figantur quoniã ĩ aliquã earꝫ conficti sagitte sũt corda feriẽtes atq; penetrantes: & secum uirus deferentes: ut interficiãt animã: perinde Treñ. tertio scriptũ est. Oculus meus depredatus est animã meã. Ob eã rẽ Democritus sicut Tertullianus meminit sibi oculos eruit: ne uidelicet femĩas uidere: q̃s sine cõcucupiscẽtia aspicere nõ poterat Ad hoc hortatus ẽ nos xp̃s ĩ euãgelio di. Si oculus tuus scãdalizat te: erue eũ & ꝓiice abs te. hic. b. Anto. cũ didimũ uirũ ꝑfecto

eruditissimum de sua cõsolaretur cecitate dixit .Multo quidẽ melius est spũ uidere:q̃ carne:& illos oculos possidere:in quos festuca pecca ti non possit incidere:q̃ illos:qui solo uisu p cõcupiscentiã põt homi nem in meritum gehenne mittere. Et ne quis credat in simplici uisu peccatum cõsistere:subdit. Neq; enim qñ ꝓceditis fœminas uidere ꝓ hibemini:non enim uidere ꝓhibitũ est:sed male uidere:ille enĩ male uidet:ille nequiter aspicit:qui p uisum ad cõcupiscentiã tendit: hinc adiecit:sed appetere aut ab ipsis appeti uelle criminosum est. Crimen enim ut ipse sup Iohannẽ inquit:est peccatũ graue accusatõe:& dana tione dignissimũ. Nemo iccirco putfaciat cõcupiscentiã: si criminosa est:si accusationis demeritum habet:si concupiscentẽ damnatione fa cit esse dignissimũ. Caueamus igit̃ figere oculum:ne ad cõcupiscẽtiã labamur:qm̃ si quottidie uelis pulchris faciebus oculos figere: ut cry sostomus ait:capieris oĩno:& si bis uel ter fortassis laqueos euades:ñ tamen quæ fragilis est:humane nature expers eris: quæ talibus est cõ stipata cõditionibus:ut si etiam contuitus tpe se contineat:spẽs nihil oĩnus forme semel cordi p oculos immissa adeo illigata tenet̃ :ut uix magni luctaminis soluat̃ ptãte. Ea de re idem uir doctissimus Cryso stomus cautos nos reddens inquit; Quando uisa muliere flamma se mel accensa fuerit:& postea abñte ea:format quis apud se imagĩes tur pium actionũ multotiẽs ꝓcedit ad opus. Testis est scũs Dauid:q ocu los suos in fœminã figens:illicito appetitu deuictus adulteriũ & ho micidiũ ppetrauit. Testis est Iudas: qui cũ i biuio nurũ suã Thamar aspiciens cũ ea peccauit. Testes sunt filii dei:qui cum filias hominum pulchras uiderent:eas in uxores acceperũt. Testes alii innumeri:q ex libidinoso aspectu in cõcupiscẽtiã exarserunt:ac deinde ad fœdissima deuenerũt opera. Et si opportune cõmoditatis carentia ad opus non ueniatur:rei nihiloĩnus sunt apud dei maiestatẽ:ppterã affectãtes:dicẽ te Saluatore in euãgelio. Qui uiderit mulierem ad cõcupiscendũ eam mechatus est in corde suo:deus enim qui est scrutator cordium níam iudicat intentionẽ. Itaq; si cuiusq̃ malus ẽ animus: mala mens: prauus affectus: puersaq; extiterit intentio: necesse fit:ut ipse totus malus sit. Christo testãte:qui ait si oculus tuus simplex fuerit:totũ corpus tuũ lucidum erit. Si aũt neq̃ fuerit:& totum corpus tuũ tenebrosum erit

De mentis utiq; oculo: qui ꝑmatũ tenet in hoie: & a quo nõ solũ no
men: ueruetiã & opationẽ: & eẽntiã tenet: ueritas ipa itellexit. Nẽo igi
tur se de castitate: nẽo de uirgĩtate: nẽo de pudicitia gliet᷑: si castũ uir
gineũ pudicũue cor nõ habuerit: poterit quidẽ hoiem fallere: sed deũ
cui oĩa patẽt fallere nõ poterit. Sed ne hõ exardescat iterior. Oculus a
uertat᷑ exterior: ne. s. uideat uanitatẽ: & si uiderit i eã nõ figat᷑. (Nõ. n.)
nos Salomõe sapiẽtiores: nõ dauid sanctiores: nõ Sãpsone existimus
fortiores. q̃ si ergo tãti uiri p icuriã ceciderũt oculoꝝ. Nos qui longe
ab eis uirtute distamus: tã mortale ꝑcipitiũ sumope timere & cauere
debemus. Discamus igit᷑ ab istis. Discamus & a uiro scĩssimo atq; pe
ritissimo Iohãne os auri: qui cũ se tã castũ eẽ glõiaret᷑: tãte cõtinentie
atq; fortitudĩs existĩaret: ut dicere ausus eẽt deo. Dñe libera me a sup
bia: qm̃ me ipm a libidĩe & hõicidio liberabo: & tñ ad cõtuitũ errati
ce adolescẽtis mox tãte castitatis ruit colũna. O frẽs mei. xl. & ultra ã
nos exemplũ extitit pudicitie: q unico momẽto amisit gloriã castita-
tis: & hõicidii ppetrauit delictũ. Discamus & a Paulo aplõ uase electi
onis: qui ꝑparatus i euãgelio xp̃i ob carnis aculeos: & icẽtiua uitiorũ
nõ mõ oculos: sed totũ corpus suũ reꝑmebat: & i seruitutẽ redigebat
ne fortealiis ꝑdicãs ipse reprobus iueniret᷑. O frẽs mei si hic ad tantã
grãm erectus post nuditatẽ: ieiunia: famẽ: carcerẽs: fragella. & supplicia
clamat. Video alterã legẽ i mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis mee: cap
tiuãtem me i lege peccati. Et rursus. Infelix ego hõ: quis me liberabit
de corpore mortis huius? Quõ nos securos eẽ putamus. si delitiis ua
camus. si micãtes oculos i feminã eiicimus? Ob eã rem patientie atq;
cõstãtie turris iexpugnabilis Iob aiebat. pepigi fedus cũ oculis meis.
ut nõ cogitarem quidẽ de uirgĩe. Expiebat᷑. n. uir scĩssimus. q̃ p exte
riorem uisum iterius corrumpet᷑ lumen: suis cum ocul' pactum pegit
ne icaute aspiceret quod illicite cõcupisceret. Et q̃q̃ aĩmus ex oibus sẽ
sibus tanq̃ suis ex nuntiis possit cõmoueri: nullus tñ est. qui ul' plres
ul' distĩctiores: uel remotiores. uel etiam uehementiores. exactioresq;
menti nr̃e offerat species. q̃ uisus. Magna nimiꝝ est eius ptãs. & q̃mp
amplum giꝝ lustratõis suæ. fulgore uelociter cursus eius. & super oẽs
uolucres celi uolatus suus: penetrabilior oĩ gladio acuto conus intui
tus eius. Adamat pulchra. & uelut strennuissimus miles atq; expedi

tissimis armiger: quohorsum se uerterit: dimicãdo ferit. ĩ sublimibus
& excelsis q̃maxime delectat᷑. Hinc tãq̃ in arce in sublimiori p̄stanti
ori q̇ pte hoĩs oculi sunt a natura locati: ut per eos nõ in ſeĩnas: non
in uanitates huius mundi: non in seculi uoluptates: sed in celos & ad
sidera: & ad summi dei cõtemplationẽ nr̃ uersetᷓ aspectus. Et qm̃ ĩ do
mito equo sunt calcãde habene: sic refrenãdus est aspectus nr̃: ne calci
tret: sic pudicitia ornãdus ne labefiat: sic cõprimẽdus ne se extollat: sic
retinendus ne in p̄cipitium nos eiciat: sic deniq̇ ubiq̇ & apud quẽcũ
q̇ custodiendus: ne referẽdarius tante maiestatis cardo fiat nr̃e eterne
captiuitatis. Credite mihi frẽs mei dilectissimi: curiosum: uanum: & ĩ
cautũ aspectũ: non labefactãtis libidĩs tm̃: uerũetiã oĩm maloꝝ exti
tisse originẽ. Nam quo pacto uoluptuosissima illa prima parens nr̃a
Eua diuinũ fuit trãgressa p̄ceptũ: nisi quia uetitũ incaute pomũ aspe
xit. Cham quia impudice p̄ris aspexit uerẽda: de honorãdis parẽtibus
mandatũ cõtẽpsit. Castissimi Ioseph dña oculos in eũ cõiciẽs in libi
dinẽ exarsit. Dina ob eius uanũ aspectũ a sichem corrupta homicidio
rũ: guerraꝝ inexplicabiliũq̇ fuit cã maloꝝ. Ex nude ueneris aspectu:
Paris excelsæ & inclite ciuitatis troianæ pepit incẽdiũ. Egyptii uisa ei
us pulchritudĩe: Sarã abrahæ cõiugẽ rapuerũt. Olofernus captus sanc
te Iudithit ornatu cũ oĩ suo periit exercitu. Senes ex luxurioso nisu ĩ
castã pudicãue Susannã exarserũt. Sed quid p ãpliora uagor exempla
Nõ solum hic corporeus sed mentis aspectus incautus maloꝝ oĩum
extitit initiũ Nãq̇ lucifer suã pulchritudinẽ: splẽdorẽ: celsitudinẽq̇ cõ
templans elatus est: & p̄liari cepit: ut poneret sedẽ suam uersus aquilo
nẽ: & sil'is fieret altissimo. Propter quod: e celo cũ oĩ sua cohorte ĩ eter
nos cruciatus eiectus est. Hinc xp̄s in euãgelio dicit. Videbã sathanã
sicut fulgur de coelo cadentẽ. O q̃igitᷓ piculosus: q̃ damnandus: q̃ de
testandus: q̃q̇ magnopere fugiẽdus est interioꝝ exteriorumq̇ oculo
rum uanus & incautus aspectus. Perinde sanctus supplicabat Dauid
Auerte oculos meos dñe ne uideant uanitatem. Auerte oculos carnis
ne carnalis fiam. Auerte dñe: auerte oculos mẽtis meæ: ne elatus a tua
celsitudine: sicut sathanas tuam. Ob eam rem sancto Loth a sodomis
fugienti p̄cipitᷓ: ut non retro aspiciat: neq̇ remaneat ĩ oĩ circũadiacẽti
regione: sed in montes saluum se faciat. Qui retro aspicit: ut xp̄us ait

non est aptus ad regnum dei: hic est: qui sicut canis ad uomitum re
dit: qui ex religione ad iam relictam miliciam sæcularem reuertitur:
qui per oculos corporeos animæ quærit interitum: qui ob mundana
rum rerum concupiscentiã: minime ueretur suam labefactare consciẽ
tiam: de quo quid aliud sentiꝛ̃ possumus: nisi quod uxori Loth retro
aspicienti contigit: ut salis uidelicet conuertatꝛ̃ in statuã: ut de anima
to: sensibili: & rationabili: inanimatus: insensibilis: irrationalisq; fiat:
ut ꝙ minor homine: deterior bruto: & sicut lapis sine omni uita effi
ciatur. Contemplemur ergo: q̃ mala sit huius positionis inspectio: q̃
q; detestanda animiaduersio. Neq; aliquis dei seruus: sicut & Loth in
aliqua circunadiacenti remanere debet regione: circunadiacentes regi
ones inordinati sunt aliorum sensuum appetitus. Quid dei famulo
ꝑdest: si componat oculos: linguã habeat ad detrahendum solutã: na
res: gustum: tactumq; ad molliciẽ: sapores: odores & ad omnes inde
centes uoluptates habeat extensos: aures ad uana colloquia audienda
habeat arrectas. Hæ quidem uiæ pessundatarum ciuitatum sunt qui
bus potest ad animã ingredi mors. Iccirco & has regiones incolere: si
cut retro aspicere caueamus. Et in mõtẽ ubi saluifiamus nitamur ascẽ
dere. Christus enim ut oraret: crebrius ascendebat in montem. dauid
ꝓpheta oculos suos: ut inde ei auxilium ueniret: leuabat in montes:
Lex domini in monte fuit Moysi collata. Dei hominisq; filius in mõ
te uoluit exaltari: & de monte in cœlum & ad patrem redire. Et deliti
arum paradysus in monte constituta est: quoniam montes sublimio
res sunt cœlo propinquiores: & deo q̃m conualles sunt similiores:
qui magnus est & excælsus: & super omnes celos: qui firmus & stabi
lis dans cuncta moueri: qui preciosiora munera donat: qui ab omni
conuallium est alienus caligine. Mons tamen primus triceps est: q̃m
unus deus & trinus est: promontoria & appenditiæ sunt sancti: uide
licet qui in cœlesti illa ciuitate sunt primores: tandem colles sunt: qui
inferiores sunt spiritus beati. Ad hos inquã inspiciamus: ad hos ocu
los mentis nostræ eleuemus: sed ad unum & tricipitem primum diri
gamus aspectum: clamantes cum ꝓpheta. Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in cœlis: ut inde ueniat nobis hic bene operandi auxiliũ
& postmodum ad eum ascendendi concedatur uehiculum. Quisquis

igitur Sodomorum & gomoreorum fugere incentiua desiderat uitiorum ab eorum aspectu:uicinorumq; residentia se prorsus faciat alienum:& simul cum Loth altos uirtutum montes conscendat:& tandē ad montem:qui xp̄s est efferri mereatur. Etenim tanto quispiam illesior seruabitur a uitiis:quanto & corpore & uirtute magis elongabitur ab eisdem· Et ne quis ambigat uisum esse:causam concupiscētiæ: addit.

Textustricesimussecundus Augustinus

On in solo tacito affectu:sed aspectu quoq; & affectu appetit & appetit cōcupiscētia feminarũ.

Commentum tricesimūsecundū Ambrosius

Ic tacite præceptor noster respondet questioni: Nam cum plurimis in locis ipse asseuerauerit peccatum in tantum esse peccatum inquantum est uoluntarium. Et iterum peccatum esse retinendi uoluntatem:uel consequēdi quod iusticia uetat. Et rursus omne peccatum esse factum: uel dictum: uel concupitum contra æternam legem:ex ipsa procedens uoluntate:ex qua tanq̄ ex arbore mala procedunt opera mala:tanq̄ fructus mali:non igit̃ ex ipso aspectu concupiscentia:uel quodcunq; aliud emanat peccatum. Huic latēti obiectioni respondet dicens:non solo tacito affectu: hoc est tacita uoluntate intus concupiscentia oritur: sed aspectu quoq; exteriori simul cum affectu interiori generatur:ac si diceret ꝙ ex uano aspectu oritur iniquus affectus:ac perinde necesse est:ut ex utroq; oriatur peccatum. Hinc sane scriptum est. Ascendit mors per fenestras nostras: ingressa est domos nostras. Sed quid est mors anime: nisi concupiscentia mala? Quid domus nostra:nisi mens nostra:in qua uniuersa bona & mala nostra sunt recondita? Et per huius domus fenestras: quid aliud:nisi quinq; sensus corporis intelligimus? Mors ergo per fenestras ascendit:atq; in domos ingreditur:quando concupiscentiæ uitium per sensus corporis ad mentis serpit interiora. Non tamē ob

eam rem: sensationem ipsam peccatũ esse dicimus: etiã si ad intellcũs accesserit cognitionem: sed si fixa fuerit: sed & uolũtas fixioni consenserit causa est peccati. Vnde beatus Hieronymus saluatoris uerbum ĩterpraetans: in quo dicit: Qui uiderit mulierem ad concupiscendũ eã: iam mæchatus est. Inquit inter passionem: & propassionem hoc interesse: q passio reputatur in uitium: propassio licet uicii culpã habeat: tamen non tenetur in crimine: ergo qui uiderit mulierem: & anima eius fuerit titillata: hic propassione percussus est. Si uero consenserit: & de cogitatione affectum fecerit. Sicut scriptum est in Dauid: trãsierunt in affectu cordis: de propassione transiuit ad passionem: & huic non uoluntas sed occasio deest peccandi: Quapropter ne ex propassione ueniamus ad passionem: ne ratio succumbat: ne uoluntas p exteriorem appetitum pereat: ne per fenestras nostras: mors ingrediatur ad domicilium conscientie nostre: opus est ut fenestras ipsas diligenter custodiamus: & omnem nostrum appetitum rationi subiciamus: Nam in omni actione suscipienda: tria sunt (ut: M. C. ait) tenenda: p̃mum ut appetitus pareat rationi: quo nihil est ad officia conseruãda accommodatius. Deinde ut animiaduertatur: quanta illa res sit: quã efficere uelimus: ut neue maior: neue minor: cura & opera suscipiatur q̃ causa postulet. Tertium ut caueamus: ne quæ pertinent ad liberalẽ speciem: & dignitatem immoderata sint. Modus autem optimus est: decus ip̃m tenere: nec progredi longius. Horum tamen trium p̃stantissimum est: appetitum obtemperare rationi: obtemperat autem minime: si a uiro fœminarum appetatur concupiscentia: uel econtra concupiscentia feminarum: ip̃m appetat uirum. Hoc ad illud refertur quod immediate superius dixit. Neq; enim fœminas uidere prohibemini: sed eas appetere: aut ab ipsis appeti uelle criminosum est: Itaq; feminarum cõcupiscentia sub utroq; actiuo uidelicet & passiuo sumatur respectu: sub quo uis casu: sub recto scilicet aut sub ablatiuo eius capiatur habitudo.

Textus uicesimustertius Augustinus

Ec dicatis uos hr̃e animos pudicos: si habetis oclos ĩpudicos

quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius.

Commentū uicesimūtertiū Ambrosius

Votundam redarguit uersutiam: quos non modo uite penitet impudicæ: sed eorum nituntur mentis impudicitiā quodam falso tegere uelamine: cum tamen non desistant impudicis oculis se accusare: & eisdem tanq̄ efficacissimis testibus se denuntiare conuictos: contra quos sagax præceptor ait: ne dicatis uos habere animos pudicos: si habetis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Tanq̄ si aperte diceret: qd animi pudicitiam & sanctitatem simulatis hypocrite: cum uestre mentis corruptionem impudici oculi uestri denuntient? Nescitis q̄ ea quæ intus latent: exteriora gesta insinuāt? An ignoratis: q̄ habitus corporis crebertimus sit nuntius habitus mentis? Quid fingitis rectitudinē: cū obliqui sitis? Quid pulchritudinem cum turpissimi? Quid nitorem cum in tætrum estis chaos illapsi? Sitis ergo ueraces: ut quod profitemini ore: oculus indicet: & mens ipa teneat. Non enim nisi in anima uera pudicitia constituta est: quanquā eius index oculus esse possit: perinde a stupratore nec ipa eripi potest. Nanq̄ uiolentia non uiolat pudicitia. Vt ipe ad præsulem honoratum scribit: si mente seruatur: quoniam nec in carne uiolatur: quando uolūtas patiētis: sua tn̄ piter carne non utitur: sed sine consensione tolerat: quod alius operat: Sic apud gentiles Lucretia Matrona nobilis Romana: ui stuprata laudatur atq̄ defenditur. Sic apud christicolas diua Lucia Consulari Pascasio sibi lupanar minanti dicens: non corrupitur caro: nisi de consensu mentis extollitur: quod & Agustinus in epl'a ad uictorinum clarius asseuerauit dicens. Si animus nulla consensionis turpitudine maculatur: etiam carnem suam defendet a crimine: & quicquid in ea nec commisit nec permisit libido patientis: soluet culpa facientis. Omnis enī illa uiolentia non pro corruptionis turpitudine: sed propassionis uulnere deputabitur: tantum enim ualet in mente integritas: ut illa inuiolata: nec in corpore possit: pudicitia uiolari: cuius membra potuerūt superari. Et in excellentissimo de Ciuitate dei inquit: Cum pudicitia

uirtus sit animi:comitemq; habeat fortitudinem: q̄ potius quælibet
mala toleraret:q̄ malo consentiret discernit: nullus autem magnani
mus & pudicus in potestate habeat: quid de sua carne fiat: sedtantū
quid annuat mente:uel renuat:quis tandem sane mentis putauerit se
perdere pudicitiam:si forte ui apprehensa & oppressa carne sua: ut ex
arceatur & expleatur libido non sua:Et ut uestris mentibus:quæ dix
imus magis præluceant. Sane aduertendum puto:q̄ ceu bifariam de
finiuimus uirginitatem:mentis.s.& corporis:sic duplex pudicitia ge
nus esse asseruimus. Alterum quod in animo residet:Alterum quod
ad corpus:mō quodam spectare uidetur. Virginitas mentis fides est
in corrupta. Virginitas corporis est corpus intactum:nam sicut carna
Virginitas mētis
Virginitas corporis
lis sponsa ut uirgo a suo censeatur sponso:necesse habet ut illesum in
tegrum & intactum suum uas conseruet:ita & uirgo xp̄i: ei p mentis
desponsata uirginitatem:integram fidem:solidam spem:sinceramue
charitatem ei:inuiolabiliter teneat opus est:Eo pacto de pudicitia:q̄q̄
omnes humani:uirginalis:maritalis:uidualisq; status decor & orna
mentum sit: censendū est: ut altera castissimis polleat in corpore mo
ribus:altera sine ulla fictione splendescat in mente. Et quoniam par ē
oppositorum multiplicatio:duplicem etiam esse impudicitiam astru
amus. Alteram animi:alteram corporis. Quæ animę est p intraneæ
cogitationis delectationem pagitur. Quæ uero corporis per exterio
res actus multiphariam impletur. Nam nunc per uisum:nūc per audi
tum:nunc per tactum:nunc per locutionem:nunc per operationis cō
pletur defluxum. Et rursus ea:quæ per uisum committitur in tot con
funditur species:quot modis procax oculus dicitur impudicus. Etenī
sic uno modo dicitur:cum humani sexus uerenda inspicere non uere
tur:sic Cham genitoris sui Noe uino madefacti pudenda deridendo
iudeus:meruit maledictionem habere. Rursus cū pulchras depictas
imagines libidinose ītuetur:sicoliba meretrix oculorum suorum cō
cupiscentia insaniuit:cum Caldeorū homines formose depictos bal
theisq; accinctos conspiceret. Cum etenim coeūtia bruta:quorū aspec
tu humana solet prouocari concupiscentia nequiter se oculi coniiciūt
Cum in spectaculis impudicorum actuum:ceu in theatris gentiles fa
ciebant:repræsentationes ab eis conspiciuntur. Quos beatus Augus
tinus in præclarissimo de ciuitate uolumine detestans ait. Veniebamus

& nos adolescētes ad spectaculum & ludis turpissimis oblectabamur
Amplius oculus impudicus dicitur:uel cum mulierum species curio
se uaneq; considerat. Contra quem modum Ecclesiasticus ait. Ne res
picies speciem mulieris:uel cum suis eas repcutit nutibus. O q̄ uene
nose:quāq; efficaces sagitte ad subuertendas mentes sunt nutus oculo
rum. Perinde Salomon in prouerbiis inquit. Nō cōcupiscat pulchri
tudinem eius:scilicet male mulieris cor tuum:ne capiaris nutibus illi
us. Recte igitur & præceptor noster inquit. Impudicus oculus:impu
dici cordis est nuntius:constat enim oculos sub animi esse regimine:
quare ipi impudici esse non possent:nisi & ipe sit animus impudicus
Quæ enim matrona dici posset pudica:quæ p suos nuntios:impudi
cis uerbis:sibi faciat amatores? Nonne oculi sicut genitalia subdunt̄
rationi? Sed cum p huiusmodi membra nihil exercetur impudicum
qn illud animo ascribatur:quo pacto si oculus erit impudicus:aīmus
pudicus erit? Non ergo uanum & impudicum paruipendamus aspec
tum:si ex oculo impudico cor fiat impudicum:si nostræ professionis
uota negligantur:si religionis decor perdatur. Turpe enim ualde &
uitiosum est:& omnino detestabile:si cum habitu sancto & in sancta
professione:scorto digna exerceantur opera: Perinde mirum in modū
nos Pericles delectauit obiurgatio:qui cum haberet collegam ī p̄tura
Sophoclem poetam:ut. M:C. pmo officiorum meminit de cōiq; offi
cio conuenissent:& casu formosus puer p̄teriret:dixissetq; Sophocles
O puerum pulchrum:picles:ipm his uerbis obiurgauit p̄torē:O So
phocles decet non solum manus:sed etiam oculos abstinentes hr̄e.q
si p̄tori & aspectus & sermo college sui displicuit ipudicus:q̄to nobis
magis qui ad honestatem sumus dedicati:oīs turpitudo:oīs uanitas
oīs impudicus actus displicere debet:quæ enim pua uidentur esse de
licta:nec a multis intelligi pn̄t:ab his:si ueri dei cultores esse desidera
mus:etiā diligēter ē declinādū. Caueamus igit̄ frēs nobis oēm ipudi
citiā corporis:sed mlto magis repellamus ipudicitiā mētis:simus cor
pore sed magis aīo pudici & imaculati cogitemus q̄lis utriusq; cōditō
Nam pudicitia ornamētū est nobilium:impudicitia confusio:hec ex
altatio humilium:illa depressio. hæc nobilitas ignobilium:illa exter
minatio:hæc pulchritudo uilium:illa turpitudo:hec solamem merē
tium:illa luctus:hec augmentum oīs pulchritudinis:illa diminutio:

Hæc decus religionis: illa uituperium. Hec minoratio criminum: illa augmentatio. Hæc multiplicatio meritorum: illa diminutio. Hec creatoris omnium dei amica: illa inimica. Quid plura? Tantus est pudicitie splendor: ut in eius uirtute homo non distet ab Angelo. Vnde Bernardus ait Differunt quidem inter se homo pudicus & angelus: sed fœlicitate non uirtute: huius enim castitas fœlicior: sed illius fortior esse dignoscitur. Econtra per impudicitiam homo non distat a bestia. Tantum insuper immortali ac præpotenti deo semper grata extitit pudicitia: ut de illa non solum apud fideles suos: uerumetiam & apud gentiles admirandam gratitudinem palam uoluit demõstrare. Vnde nauim: qua simulachrũ matris Phrygie uehebatur: ut pater noster Aurelius Augustininus decimo libro de ciuitate dei meminit multis hominibus: boumq; conatibus immobilem redditam: una muliercula zona alligatam ad sue pudicitiæ testimoniũ mouit & traxit. Virgo item uestalis: cum de eius corruptione questio uerteretur: aqua impleta cribro de tyberi neq; perfluente: abstulit controuersiam Econtra impudicitiam sic semper exhorruit deus: ut apud nullam nationem reliquerit impunem. Iccirco ne quis impudicum paruipẽdat aspectum: sed ad ipm euitandum fugiendumq; semper simus feruentiores: qui & quales ex ipso sequantur effectus ostendit: cum subdit.

Textus tricesimusquartus Augustinus

T cum se inuicem sibimet etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nuntiant impudica: & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectãtur ardore: etiam intactis ab immunda uiolatione corporibus: fugit castitas ipsa de moribus.

Commentũ tricesimũquartũ Ambrosius

Diutissime no pot amantiu tegi amor.

nota de amore

Erum quidem est: quod Antiquus sermo dicit. Diutissime non potest amantium tegi amor: cuius rei causam illam esse arbitror: quã ipse pceptor insinuauit his uerbis:

Amor meus pondus meum:eo feror:quocunq; feror. Et rursus. amor trāsformat amātē in amatū:& adeo qdē:ut āboꝝ unus efficiat aīmus: Et si natura corporum admitteret penetrationem:idem ꝓculdubio fieret corpus:quam cum non patiatur nutibus:gestibus:& quibuscūq; pñt actibus nituntur uinculum insinuare animorum:quod & de casto & libidinoso pōt amore contingere. Si perfectus fuerit:charitas ipsa intenditur. Si autem carnalis & uoluptuosus:beluini: mores castitatem iam amissam denuntiant. Hoc est quod ait:mala:quæ ex impudico sequuntur aspectu explicando. Et cum corda:hoc est cogitatiōes ipsæ:turpiter se ad amantium:se inuicem:sibimet mutuo ac libidinoso aspectu:etiam si tacente lingue:ut inter eos nullus prorsus oriatur sermo:impudica esse denuntiant:& cum secundum concupiscentiam carnis alterutro:hoc est reciproco delectantur ardore:etiam minime tactis ab immunda uiolatione corporibus:cum hæc inquā quæ iam diximus ex impudico prouenerint aspectu:hoc dānosum & plurimū detestabile sequetur malū:ꝙ fugiet castitas ipa de moribus. Itaq; mala quæ ex uano ꝓficiscuntur aspectu:sunt:quæ ipa fiunt corda impudica:ꝙ inextinguibiles libidinis nascuntur ardores:ꝙ honestatis flores & omnes beati corrumpuntur mores:ex quoꝝ quidem corrupte la etiam intactis ab immunda uiolatione corporibus fugit: & tandē ipa religiosorum sponsa castitas parit. Etenim ex impudico uisu ī malam cogitationem:q̄ p cor significatur:ex mala autem cogitatione in prauam deuenitur delectationem:hec consensum parit:ex quo libidinose carnis succenduntur ardores:ex quibus mala gignitur operatio per cuius frequentiam consuetudo nascitur: cōsuetudo autem & legē & necessitatem inducit. Istis fomentis quasi quibusdam gradibus excretur libido:tollitur de mente uirginitas:fugit de moribus castitas: consumatur & crescit peccatum: quo anima misera auertitur a deo: quoniam ut a nostro præceptore definitum est:peccatum nil aliud est nisi spreto commutabili bono:adhesio bono commutabili. quare adultera effecta:ac proinde iure a suo legitimo sponso repudiata: & expulsa:omniq; auxilio destituta in manus incidit inimicorū: quod in Dalida satis est aperte figuratum: quæ Sampsonem uirum suum fortitudine expoliatum suis prodidit hostibus: Quid enim per dali

dam nisi concupiscentia? Quid per Sampsonem nisi mens intelligitur? Nam quemadmodum Sampson suæ fortitudinis per resecationem capillorum uirtute priuatus: a Dalida uxore hostibus traditur: sic & anima misera capillis: hoc est timore & amore dei: pudore: & sue rationis lumine: cæterisq; uirtutibus: quibus inuictissime cum hoste pugnans decora conspicitur: reiectis & omnino prostratis: a Dalida coniuge: hoc est: a proditrice concupiscentia diuino prorsus destituta auxilio: in laquæos traditur dæmoniorum: Ecclesiastico testante q ait. Si dederis anime tuæ concupiscentias suas: faciet te in gaudium inimicis tuis. In gaudium enim eorum te faciet: cũ ab eis captus subuerteris. Nanq; hostium mõs est: ut debellata ciuitate: uasa: domos: mænia: & omnia in ipsa contenta subuertant. Vas autem subuersum omni euacuatur contento. Sic cum a dæmonibus subuersus eris: misera anima tua: fide: spe: charitate: & cæteris euacuabitur uirtutibus: quo circa diuinæ imaginis amisso candore: & super carbones nigrior effecta: teterrimorum spirituum sibi similitudinem periat necesse est. Assentit his Daniel sanctus: qui uoluptuosissimos Sænes detestans ait. Exarserunt in concupiscentia eius: & euerterunt sensum suum: & declinauerunt oculos suos: & non uiderent cœlum: ne q; recordarentur iudiciorum iustorũ. Assentit Aplus: qui ob eas rationes: iubet nobis: ut omnem malã concupiscentiã mortificare debeamus. Assentit Iohannes Euãgelista pcipuus: qui unum ex tribus nostris hostibus immanissimis concupiscentiã numerauit oculoꝝ. Quare cum huiusmodi cõcupiscentie genus tot periat mala: non debẽt religiosi ei relaxare: sed potius calcare habenas: pium imitantes Thobiam dicentẽ. Mũdã seruaui animã meã: ab omni cõcupiscentia.

Textus tricesimusquintus Augustinus

Ec putare debet: qui in fœminã figit oculum: & illius in se ipsum diligit fixum ab aliis se non uideri cum hoc facit: uidet omnino: & a quibus se non uideri arbitratur.

Commentũ trcesimũqnintũ Ambrosius

Vam obrem quis impudice oculos in feminam figat: preter
uoluptatum incentiua: iccirco esse pōt: uel quia id non oppi
natur esse illicitum cuius oppinionem p mala ex eo sequen
tia satis constat esse improbatā: uel quia adeo stolidus est: ut ab alio
se uideri non existimat: sicut in p̄nti lr̄a inquit: Quibus nisi cæcis &
surdis talem cōperabimus? Ceci enim quia ipi non uident: alios mie nota
uidere credunt. Surdi uero cum loquant̄: semp clamant: putantes ali
os similr̄ surdos esse. Sic & uoluptuosi homines in fœminas oculos de
figentes: qm̄ amore ceci sunt. Iuxta poetaꝝ figmenta: amorem cecum
fingentium circūassistentes omnes cecos esse putant. Sed longe secus
est. Vident̄ enim omnino: & a quibus se uideri non arbitrant̄. Non
enim ysaac sua cum uxore Rebecca iocantem se uideri credebat: cum
tn̄ ab Imalech Palestinorū rege uisus p fenestram fuit: multis itē utri
usq; sexus adulteris & aliis in omni facinore scelestissimis contigit: ut
dum non se uideri existimēt: & uident̄ & cōprehēdent̄: & tandē illaq̄a
ti magnis afficiuntur suppliciis: quod & iustissimo dei fit iudicio: tū
ne etiam in hoc mundo grauia scelera impune omittant̄: tū & alii eo
rum terreant̄ exemplo: quo pacto ob Ananie Saphireq; iudiciū i acti
bus aploꝝ scriptum est. Factus est timor magnus in uniuersa ecclesia
& in oēs qui audierūt illud: tum ut oppida: ciuitates: regna: impia: &
tandē oēs respublice cōseruent̄ qm̄ sublata iusticia q̄d hec oia: nisi mag
na essent latrocinia. Interdū oīpotens deus scelestissimos hoīes puni
ri iubet: ut cū eis misericorditer agat q̄tūs puniti cōfusione quadā cor
rigant̄: correpti se uirtutū faciant amatores. Iuxta dauid sn̄iam dicen
tis cōfundant̄ .s. peccatores: & cōuertant̄ retrorsum: hoc est a suis uus
malis p cōfusionē retrahant̄. Vel iō oculos figere quispiā non ueret̄:
qm̄ tāte amētie factus est: ut ab insopito dn̄e maiestatis oculo credit
non uideri: cuius erroneā imaginem refellit cum subdit.

Textus tricesimussextus Augustinus

Ed si lateāt: & a nemine hominum uideat̄: quid faciet de illo
de super inspectore: quem latere nihil potest? An ideo putan
dus est non uidere: quia tanto uidet patientius: q̄to sapientius

Illi ergo uir sanctus timeat displicere: ne uelit fœminam male uidere Illius nanqȝ & in hac cā cōmendandus est timor ubi scriptum est. Abominatio est dño defigens oculum.

Commentū trecesimūsextū Ambrosius

In explicabilem peruersoꝝ hoīm cæcitatem: ut infinitam mētem: interminabilem sapiam: oculum insopitum: & singla penetrantem: lucem indeficientem: intellectum oīa cōprehendētē: aliqd latere arbitrentur. Nunquid tenebre tante maiestatis oculos impedire queunt: ut non omnia uideant: qui sole lucētiores cūctas tenebras fugant? Nunquid media: qui omnia penetrant? Nunquid reꝝ exiguitas: qui oēs numerāt athomos? Nunquid earum distantia: qui oīa a fine usqȝ ad finem attingunt: & ubiqȝ sunt pñtes? Nunquid eaꝝ ꝓfunditas: qui uniuersas ꝑtranseunt abyssos? Nunquid rerū cælsitudo & sublimitas: qui omnem celsitudinē sublimitatēqȝ transcendūt? Perinde Iob patientissimus inquit: non sunt tenebre & nō est umbra mortis ubi abscondant qui operantur iniquitatem. Perinde Salomon ait Oculi dñi multum lucidiores sup solem. Perinde Esaias in ꝑsona dei loquens dicit. Ego in trono meo considero omnia. Perinde Labā qꝗ gentilis: ita fatur: Nullus sermonis nostri testis est absqȝ deo: qui ubiqȝ respicit uniuersa. Hinc etiam Dauid cecinit: ipē est qui nouit abscōdita cordis: ac si diceret: qꝫto magis omnia alia: & ubiqȝ abscondita. & rursus exclamās: sic eū affatur: Intellexisti domine cogitationes meas de longe: ab ipa. s. tua eternitate: semitam meam: & funiculū meum inuestigasti. & omnes uias meas preuidisti. Et rursus: & non est sermo ī lingua mea: quem scilicet tu non præcognoueris. Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima & antiqua. Tu formasti me: & posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est: & nō potero ad eam. Et icciro domine. Quo ibo a spiritu tuo & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum: tu illic es: si descēdero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris. Etenim manus tua illuc deducet me: & tenebit me dextera tua. Ecce q̄mampla: q̄m qȝ excelsa potestas & sapiētia dei ut

eā neq̧ p̄terire:neq̧ fugeꝛ qcq̄ possit:Et ne ficut amētes ut se abscōdāt
ātra petūt locoꝝ:subiūgit:& dixi forsitā tēbre cōculcabūt me: & nox
illumiatio mea ī delitiis meis. Vana qdē ē cogitatio filii hoim. Et q̄re
dn̄e⁊ qa tēbre nō obscurabunt⁊ a te. Et nox sicut dies illuiabit⁊ sicut te
nebre eius:ita & lumē eius:qm̄ nihil obscuꝝ ē ī cōspcū tuo altissimo.
Et q̄re iteꝝ dn̄e:uana ē cogitatō peccatoꝝ a te se abscōdere uolētiū⁊ qa
tu possedisti renes meos:cogitatōes meas ītuēdo: qa tu suscepisti me
de utero mr̄is meæ potētiā sil̄ & miam oñdēdo:quia nō est occultatū
os meū a te:qd̄ fecisti ī occulto:& substātia mea ī iferioribus terre. Im
pfectū meū:hoc ē peccata mea uiderūt ocl̄i tui:& ī libro mētis tue oēs
boni.s.& mali scribunt⁊.His uas elcōis Paulus assentiēs ītonuit. Oia
nuda & apta sunt ocl̄is eius:qm̄ nō solū opa ipa:sed oēs motus:oēs ge
stus:nutus:cogitatōes:affcūs:ītētiones:& deniq̧ cuiuscūq̧ generis en
titatis uniuersa:sic ei patēt:ut neq̧ tēbre:neq̧ ītermedia:neq̧ exiguita
tes:neq̧ distātie:aut remotōes:neq̧ latebre ulle eius pn̄t ipedire aspec
tū. Sane ergo p̄ceptor nr̄ ait.q̄ si fingēs ocl̄m lateat: & a nemie hoim
uideat⁊:qd faciet desup de illo īspector:quē latere nihil pōt⁊:qm̄ ut ī li
bro.lxxxiii.q̄ōnū:ac ī de eētia dei ait,oculos hēt altissimus: qa uis ī
eo ē:ī q̄ oia pcipit:atq̧ ītelligit:q̄ oia uidet:& nihil ei latet: q̄ oia sunt
nuda:& nihil ē obscuꝝ. Et cū solus loq̄ret⁊ cū deo aiebat:fateor eqdē:
quia qcquid facio an̄ te facio:& illud qd̄ facio:melius uides tu: q̄ ego
qui facio. Quicqd.n. sp opor:tu piter sp p̄ns assistis:utpote ppetuus
īspector oim cogitationū:itentionū:delectationū:& opatōnū meaꝝ.
Et iccirco sepenūero eū totū eē oculū dicit:qa oia uidet: totū manum
quia oia opat⁊:totū pedē:qa ubiq̧ ē:magna ppterea ē nobis īdita nece
ssitas rcē uiuēdi:ut diuus Boetius ī libro phīe cōsolatōis trāsegit:q cū
cta facimus an̄ oculos iudicis cūcta cernētis. In cuius iudicio cū nil p
fecto remanet iultū:repmi a culpa magnope dēmus. Ad repmēda ue
ro delicta unicuiq̧ eoꝝ generi sunt antidota cōtra ponēda:nāq̧ super
biā hūilitas.irā māsuetudo:iuidiā charitas:gulā abstinētia.luxuriam
cōtinētia.pigritiā bn̄ opādi sollicitudo & spūal'iucūditas:auaritiā pi
etatis officia oppugnāt. Cōtra itē oim uitioꝝ īcētiua:iferni tormenta
contra transitoriam delectationem perpetuum debemus dolorem op
ponere:quoniā momētaneū est quod delectat:qd̄ uero cruciat eternū

O igitur maximā eorum insaniā: quos ꝑ minimis infinita: ꝑ momētaneis eterna: pro obscurissimis lucidissima: pro fluxibilibus uoluptatibus summū bonum: pro cōcupiscētia oculoꝝ non pudet gloriā perdere angeloꝝ. Quā igitͬ p̄clare eo in libro: quē de libero disputauit arbitrio. Scūs pr̄ nr̄ Augustinus ꝓclamauit ad dn̄m dicens. Ve qui dereliquunt te sapientiā: ueritatē: & ducem: & oberrant in uestigiis tuis qui nutus tuos ꝓ te amant: & obliuiscuntͬ quid innuas. O suauissima lux: purgatæ mentis sapiā: non enim cessas innuere nobis: quæ & q̄ta sis: & nutus tui sūt oē creaturaꝝ decus: qđ obruti concupiscētiis & in uoluptates demersi: & tanq̄ ceci ambulātes: & uideri: & cōtemplari cōtemnūt. Conferamus igitur ex his: nihil esse: quod diuinā fugiat cognitionem. Conferamus proinde summū esse dementiæ cardinē: putare non mō oculoꝝ nutus: sed etiā aliquē mentis cōceptū dīne maiestatis posse intuitū p̄terire: etiā si ad punienda male cōmissa tardior uideatur. Hinc nr̄ accuratissimus p̄ceptor adiecit. An iō putandus ē nō uidere: quia tanto uidet patientius q̄to sapiētius: tanq̄ si diceret: non ob eam rem putādus est deus oculoꝝ nroꝝ fixiones: & alia ꝑperā gesta non uidere: si ad nos puniendos uideatͬ tardiusculus: qm̄ tāto uidet patientius: q̄to sapiētius: decet enim summā eius sapiam: summa uti ī punitōibus faciendis patientia. Etenim quēadmodū sapiētis ē oīa scire ita & eiusdem est oīa ordinare: dirigere: & bn̄ gubernare: bn̄ autē gubernantis est & loco: & tp̄i: & rōi: oēm actū iusticie tribuere: ita ut nō solum quid facturus sit: cognoscat: sed rei agendæ modū disponat: & ipsius p̄meditetͬ finem. Nō etiā eū decet suæ celsitudinis p̄terire examē quo fit: ut alius sit impatoris alius inferioris ptātis puniendi congressus. Quippe excelsiorem maiestatē: maiorē hr̄e decet clementiā. Sed cū regnāte in celis maiestate nihil: aut nobilius: aut dignius: aut melius: aut maius: aut p̄stantius: possit excogitari: infallibilē eius decet sapientiam punienda sepenumero dissimulare: atq; linire. Iuxta Valerii maximi sniam dicentis. Lento enim gradu ad uindictā sui dīna ꝓcedit ira: quod tū sue ascribendū est nature: cuius ꝓprium est misereri tum ut eius imitemur exemplū: ut quemadmodum ipe crebro nos equo aīmo tolerat & expectat: ita & nos offensores nros patiētet ferre & expectare debeamus: ne (quod absit) sicut seruo neq̄ nobis eueniat:

qui cum suo noluisset conseruo misereri: coactus est ad oẽ debitum: quod sibi dimissum erat:ad unguẽ multis cum suppliciis restituendũ Tum ne suæ fidei aduersarii de suoꝝ fidelium glorient᷑ tormentis: ꝓinde in deutronomio de ip̃o scriptum est: ꝓpter irã inimicoꝝ distuli. s. punire: ne forte eoꝝ supbirent hostes. Tum ut acrius in die puniat ultionis. Tum ut multiplicato cumulo peccatorum: augeat᷑ etiã in hoc sæculo numerus torm entoꝝ: & delinquenti quod uulgo dicitur: contingat: q̃to ascendit altius: tanto ꝓfecto emergitur inferius: fi atq; deinde : ut talis exemplo boni magis in bono confirmẽt᷑: mali uero peccare terreantur. Tum deniq; ut peccatoribus: quos uelle penitere nouit misericorditer ad ip̃m redeundi libera præstet᷑ occasio. Aliter enim humiles & fideles: aliter uersuti & pertinaces: aliter obstinati & infideles in eoꝝ sunt excessibus ptractãdi. Et q̃q̃ de his cãis deus p̃ omnium pientissimus peccatores sufferre consueuerit: sua tñ iustitia non admittit: ut quippiam sceleris relinquat impunæ: q̃n ip̃a ueritas dixit; sicut nullum bonum apud eum inremuneratum ita & nullum erit malum impunitum. Iccirco nemo tñ de dei cõfidit misericordia ut de sua equitate in refragabiliq; iustitia non meditetur. Ip̃e enim & multum misericors & longanimis dñs est ita & iustus est iudex: & iustitiam diligit: & equitatem uidet uultus eius. Propterea Dauid inqt Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in uia gressus suos. & rursus ut eius iustitie & misericordiæ insinuaret æqualitatem: decãtauit. Misericordia & ueritas obuiauerũt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Sic ergo diuine simus misericordie confidentes: ut eius iustitiã & iudiciũ ptimescere nullatenus omittamus: alioqn p̃sumentes potius q̃ sperantes iure censemur. Summi ergo dei cælsitudo: infallibil᷑ sapiã: ineuertibilis iustitia: gloriæ splendor: honestatis decor: in eum peccati horrencia: accusatoris auctoritas: iudicandiq; ptãs. Nos non mõ cõmouere: uerumetiã terrere debent: ne peperam corã sue maiestatis oculis aliquid agamus: Quis enim non confundatur in terrestrẽ ꝑncipem: qui & inspector: & accusator: & testis: & iudex ppetrati cõtra eum facinoris esse posset: peccare? At nunquid oẽ peccatum contra dei sit uoluntatẽ? Nũqnid & corã eo peccamus: qui uidens oĩa ubiq; est? Nũquid ip̃e rex regum: & dñs dominãtium? Nũquid ip̃e magnus est dñs: &

sicut nullũ bonũ apud eũ inremuneratũ ita et nullũ malũ impunitũ.

Summi dei celsitudo.

laudabilis nimis:cuius magnitudinis non est finis? Nūquid ipe pu
ritas illa est:contra quam omne committitur facinus? Hinc ingemis
cens Dauid lugebat. Tibi soli peccaui:& malum coram te feci. Nun
quid & per os Hieremie ipe dicit. Ego sum iudex: & testis:& per Ma
lachiam dixit. Accedam ad uos in iudicio: & ero testis uelox maleficis
& adulteris & periuris. Quis non igitur Sathana deterior:qui coram
domino tam magno:tam digno:tam excælso:tam puro: tam hones
to:tam sapiente:tam iusto:& seuero peccare non confundatur? Recte
igitur preceptor ait. Illi ergo scilicet qui talis ac tantus est uir san
ctus timeat displicere:ne uelit fœmine male placere. Illum cogitet om
nia uidere:ne uelit fœminam male uidere: ac si dicat: Caueat ne in ta
li placentia:uel in tali uisu:mali quippiam coram tanta cōmittat ma
iestate. Et notanter male uidere:maleq; placere ait: quoniam compla
centia:& uisio:utiq; sine peccato fieri potest quam ipse obiurgare intē
dit minime. Et addit:illius nanq; & in hac causa cōmendandus est ti
mor:ubi scriptum est. Abominatio est domino defingens oculum:
Viæ ad summum redeundi opificem hæ profecto sunt directiores:co
gnitio utpote:timor:& amor:per cognitionem ad timorē: per timo
rem ad amorem ascendimus:per amorem deniq; deo coniungimur:
Si enim timere deum uolumus:cogitemus eum omniū interiorꝝ ex
teriorumq; actionū nostrarum esse inspectorem. Si titillat te mala cō
scientia:cogita ꝙ deus tecum conspicit. quicquid egeris:aut dixeris:
aut mente tractaueris. Semp igitur attende sup te oculos tante maie
statis eternos cruciatus minantis:ex quibus eris:si timore agitaberis
quoniam scriptum est. Initiū sapie timor domini. Eterna uero timēs
supplicia cogitabis fœditatem:labem:abominationemq; peccatorum
cogitabis:q̄ malum est displicere deo tuo:cogitabis q̄ abominabile ē
ei:ut tu oculos tuos in mulierem figas:quos tibi ad necessaria tute a
dipiscenda:ad prestandum ceteris membris subsidium:ad sacra diui
na celestiaq; perspicienda donauit. Hinc preceptor ait:in hac causa:&
propter has rationes illius commendandus est timor: quē pia nobis
incutit scriptura nos a peccatis reprimendo dicens:abominatio ē do
minus defigens oculum:ac si diceret:timete & cauete uobis oculorū
defixiones:ne per eas uestro abominabiles sitis creatori:q eas & odio

& abominationi mirum habet immodum. Ex hoc autem commẽda
to timore: ad diuinum conſcendimus amorem: quoniam ſicut acus fi
lum: ut Auguſtinus inquit: ita timor introducit charitatẽ. Hinc per
ſalomonẽ dictum eſt. Timor dei initium dilectionis eius. Et non mõ
per eum ad diuinum uehimur amorẽ: ſed ad ſuæ fœlicitatis efferimur
gloriam: eodem Salomone teſtante: qui in prouerbiis ait. Timor do
mini hominem glorificat: humiliat enim hominem: humilem uero
ſpiritu ſuſcipiet gloria. Innumera etiam gignit adiumenta ſalutis: hĩc
Cryſoſtomns. Timorem dei: mentes corrigere: crimina fugare: inno
centiãq; ſeruare. Aſtruxit hinc Bernardus. Timorẽ dei incipere: opari
omnium uirtutum plenitudinem aſſeruit: dum ſcilicet per iuſtitiã de
fert maiori: per prudentiam non credit ſe ſibi: per tẽperantiã refugit
diſcernere: per fortitudinem totum ſibi obedientie ſubdit nõ diſcer
nende: ſed adimplẽde. Et rurſus ait. In ueritate ſe didiciſſe: nihil equæ
efficax eſſe ad gratiam promerendam: retinendam: recuperandamq;:
q̃ ſi omni tempore coram deo inueniaris non altum ſapere: ſed time
re. Et Thobias timoris dei hortator maximus dicit. Multa bona ha
bebimus: ſi timuerimus deum. Et Eccleſiaſticus. Timenti deum bene
erit in extremis: & in diebus defunctionis ſuæ benedicetur: timor itẽ
dñi profunda eſt radix aplice perfectionis: quocirca Caſſiodorus con
tenplatur de timore dñi ſalutarem naſci cõpunctionem: de cõpuctio
ne cordis ad renuntiationẽ: hoc eſt nuditatem & contemptum omni
um facultatum ꝓcedere: de nuditate humilitatem procrean: de humi
litate uoluptatum generan mortificationem: de uoluptatum mortifi
catione: uniuerſa uitia marceſcere atq; extirpari: de uitiorum expulſi
one uirtutes fructificare atq; ſuccreſcere: de uirtutum pullulatõne cor
dis acquiri puritatem: per cordis puritatẽ: & aplice charitatis pfectio
nem poſſidere: Quid plura? Timor dei nubes carnalium cogitationũ
& affectionum fugat: mentẽ ſerenat: riuos cõcupiſcentiarũ reſtringit:
reptilia uitiorum de terra corporis humani exterminat: mare mundi
congelando conſolidat: & ſicut uentus aquilo pluuias diſſipat: cor de
lectat: & gaudium & læticiam in longitudinem dabit dierum. Time
te igitur dominum fratres mei: ut tot tantaq; munera ex eius poſitis
timore adipiſci: quem tanto magis timere debetis: q̃to magis ſi pter

ea quæ diximus:ignem:uermes:fœtores:frigora:fames:tortores:horrores:tenebras: uincula:& carceres tartareos:& horum omnium acerbitatem:diuersitatem:diuturnitatem:uniuersalitatemq; cõsiderabitis Si cœlestium uirtutum cõmotionem:reatus uestri certitudinem: aduersariorum potentiam: nephandorũ operum:euidentiam: auxiliantium inopiam:ppriarum uirtutum defectus:circũseptãtes angustias torquentium impetum:tubæ clangorem: sententie stuporem:iudici magnitudinem:zelum atq; tronum iudicis:eiusdem constantiam: seueritatem:inflexibilitatem:pspicacitatem:ptãtem: cohortem:uexilla & omnis sue passionis insignia:solis & lune eclypsim:stellarum casũ: totiusq; machine cœlestis defectum: marium confusionem: uniuerse terre agitationem:ruinam montium:præssuras gentium: subitaneas mortes:uniuerse carnis finem:totius orbis concremationẽ: & deniq; uniuersi iudicii signa cõtẽplemini:propter quæ beatus Hieronymus inquit:Siue comedam siue bibam:siue aliquid aliud faciam semp isonare uidetur auribus meis:illa terribilis uox. Surgite mortui uenite ad iudicium. Si item nostri redemptoris gesta mediteminiſ Quis enĩ non paueat? Quis non timeat? huius sæculi statum:& cõditionis sue emergentia pericula:qñ terræ celiq; dominus super ciuitatem fleuit: super Lazarum defunctum lachrimatus est? Et tempore sue passionis in agonia positus pauere tedereq; incipiens dixit? Tristis est aĩa mea usq; ad mortem? Hinc Bernardus ait:ex consideratione remedii periculi mei existimo quãtitatem:filius enĩ occidi iubetur:ut uulneribus meis precioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce igitur hõ q̃ grauia sunt uulnera:pro quibus necesse est xp̃m dominum uulnerari:sic medicine existimatio:& doloris & timoris consentanea est exaggeratio. Sũmopere igitur nobis placet cuiusdam potentissimi regis mestitia:qua sic suorum malorum:diuiniq; iudicii memor afficiebat ut etiam in solennitate regia cunctis lætantibus ipse lætari non posset. Et interroganti suo germano fratri:quam id ob rem faceret:tante tristitie causam nõ quidem uerbo sed facto ostendit hoc pacto:ad eius palatii ianuam suos destinauit tubycines iuxta regni cõsuetudinẽ mortis præcones. Aliis uero demandauerat: ut omnium oblectamẽtorum quibus & lætari:& iocundari posset ei p̃pararet:audito quidẽ

preconio nihil prorſus uoluit ſuſcipere gaudii. Cum autem rex diceret: ecce epularum ſonorum: cãtus: deniq; omnium uoluptatum genera: & omnes apparatus regii coram tuis ſunt oculis. cur mi chariſſime frater non epularis? Cur non iocundaris? Cui ille: & lachrymis: & ſingultibus: & cordis affectus doloribus ait: Quo pacto princeps glorioſiſſime lætari poſſum: cum ſciam ex hac luce me de proximo diſceſurum. Cui Rex: in quo mihi offendiſti fr̃ mi: ut meum tantum pertimeſcas iudicium? At ille (ut reor) profecto in nullo: ſed ſolo tue maieſtatis perterritus ſum edicto. Tunc rex: ſi me fratrem tuum: mortalem & corruptibilem: in nullo a te offenſum tantum times: tantum q; mei ſine cauſa illato perturbaris iudicio: ut nullam prorſus coram tanto apparatu poſſis ſuſcipere læticiam. Quid miraris: ſi meſtis & triſtis coram deo cœli: coram tanta celſitudine. Coram omnium rerum opifice ſemper maneo. quem innumeris peccatis infinities offendi cuius examen ſtrictiſſimum: cuius iudicium infallibile: cuius tormenta eterna: cuius mors abſq; morte: cuius aſpectu uniuerſe contremeſcũt poteſtates? Ecce q̃ fideliter catholicus Rex mundani hominis conſuluit temeritatem: qui dei non agnoſcens timorem: tam facile tamq; repente ab hominis comprehenſus eſt terrore: in quibus quanta timoris domini ſit uirtus dignoſcitur. Rex quidem: quoniam dominum timebat: neq; ſuos principes: neq; hoſtium impetus: neq; tumultuantem populum: neq; quamcunq; uerebatur aduerſam fortunam. Eius autem frater: quia dominum non timebat cunctorum concutiebat timore: preclare igitur ac ſapienter dictum eſt: illum qui dominum timet omnia timent. Qui uero non timet dominum. is omnia timeat neceſſe eſt: perinde Chaim necato fratre: tremulentus effectus ingemuit dicens. Omnes qui inuenerint me occident me. Propter quod Auguſtinus in commentariis ſuper pſalmos inquit: Seuit in te fera: deum time: ſerpens inſidiatur: deum time: homo te odit: deum time: diabolus te impugnat: deum time: ac ſi diceret: ſi eius times maieſtatẽ non modo hec timere debes: ſed ipſa te timebunt: quoniam tota creatura ſub illo eſt: quem iuberis timere: quia ipſe dixit & facta ſunt. ipſe mandauit & creata ſunt. Hinc & ueritas ſuis ait diſcipulis. Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones: & ſupra om

nem uirtutem inimici:& nihil uobis nocebit. Sed ut timor noster ad
illum nos ducat finem: quem optamus. Duo timoris distinguimus
genera. Nanq alter seruilis est: alter castus. Ille est: ut non patiaris pœ
nam: hic ne amittas iustitiam: quid enim magni est timere penã: hoc
facit & nequissimus seruus: hoc & crudelissimus latro: hoc adulteri:
hoc proditores: hoc & impii homicidæ. Non est igitur magnum time
re penam: sed magnum est amare iustitiam: qui ergo amat iustitiam:
nihil timet: timet plane: nonne incidit in penam: sed ne amittat iusti
tiam. Ob eam rem Augustinus in libro suarum omeliarum inquit. Si
timore gehenne non facis malum: est in te quidem fides: quia credis
futurum esse iudicium: gaudeo fidei tue: sed adhuc timeo malitie tuæ
quia si timore gehenne non facis malum: non amore iustitiæ facis bo
num. Aliud est timere penam: aliud est timere iusticiã. Amor castus
in te esse debet: quo amore desideres uidere: non cœlum & terram: nõ
campos liquidos maris: non spetacula nugatoria: non fulgores nito
resq gemmarum: sed desideres uidere deum tuũ: & amare deum tuum:
propter istam uisionem fac bonum: & noli facere malum: sed ama uide
re deum tuũ in hac peregrinatione: illum toto amore suspira & desi
dera. Ecce fac: quo te uult probare deus tuus: ut appereat: pro quibus re
bus diligas eum: utrum pro se ipso: an pro rebus terrenis: quas tibi
prestitit & dicat tibi: fac quod uis: Imple cupiditatem tuam: extende ne
quitiam: dilata luxuriam: Quicquid libuerit licitũ puta. Nõ te hic pu
nio. Non te hic in gehennã mitto: faciem meã nunq uidebis. Si ad is
tam sententiã expauisti: amasti. Si ad hoc quod dictum est: faciem su
am negabit tibi deus tuus: contremuit cor tuum: & non uidendo de
um tuum magnam penam putasti: gratis amasti: hoc ideo dixi: quia
sunt homines ita negligentes: & tepidi: & infideles: qui dicunt: utinam
hic deus in hoc sæculo omnia bona tribuat: non ad me pertinet: quod
in futuro de me fieri uelit. O infœlix anima: etiam si te deus nõ dimit
tat in penã: tantummodo faciem suã te uidere non permittat: nunquid nõ me
lius fuerat: te non fuisse natum? Cum uero fieri non possit: ut qui faci
em eius non meruerit uidere: ignẽ eternum euadere possit. Quare sic a
mas presentis sæculi uoluptatẽ: ut non expauescas æterni ignis ardorem:
Propterea ad amorem dei: propulso timore nos hortatur dicens. Si ergo

meus ſermo inuenit in uobis aliquam ſintillam gratuiti amoris dei: ipam nutrite:ad hanc augendam uos aduocate prece humilitatis: dolore pnie:dilectiōe iuſticie:opibus bonis:gemitibus ſinceris:cō uerſatione diaboli:amicitia fideli.hanc ſintillam boni amoris: de qua dn̄s dixit.Ignem ueni mittere in terram:& quid uolo niſi ut ardeat?Flate in uobis:nutrite in uobis:ipa cum creuit:& flammā digniſſimā fecerit omnium cupiditatum carnalium ligna conſumet.

Textus triceſimuſſeptimus Auguſtinus

Vando ergo ſimul eſtis in eccleſia:uel ubicūq; femine ſunt inuicem ueſtram pudicitiam cuſtodite:deus enim qui habitat in uobis etiam iſto modo cuſtodiat uos ex uobis.

Cōmentū triceſimūſeptimū Ambroſius

Mmediate ante aſſeruit:oculum defigentes deo abominabiles eſſe:ideo ne huiuſmōi ſup nos cadat abominatio: de cuſtodienda pudicitia mandatum tranſigit dicens. Quando ergo ſimul eſtis in eccleſia:uel ubicunq; fœmine ſunt inuicem ueſtram pudicitiam cuſtodite.Cuſtodienda eſt utiq; ſummo ſtudio pudicitia:tum qm̄ humani generis hoſtes incredibili quadam ſollicitudine eam nobis auferre nitunt᷑.Vnde in uitis patrum legitur:quēdā hæremi cultorem ſummūq; pudicitiæ ſuæ coſtodem:annos .xl. ut illam amitteret:a demonibus fuiſſe atrociter tentatum:Sunt quidē ut ſcriptura teſtatur:uelut locuſte arboꝝ flores deuaſtantes.At enim qd aliud eſt pudicitia:niſi quidam flos redolentiſſimus humane mentis Vnde & qui de ſua uirginitate ſunt ab eccleſia probati:ꝓ ſuæ pudicitiæ nitore:ꝓ ſuæ ſanctitatis inſignio:fragrantia lilia geſtāt:tum quia fragile uas eſt:in quo tantus eſt reconditus decor.Iuxta Apl'i ſn̄iam dicentis.Habemus theſauꝝ iſtum in uaſis fictilibus:huiuſmōi aūt uaſa magna cōſueuerunt diligentia cuſtodiri.Tum ob ſuam ꝓcioſitatē atq; ꝓſtantiam.Que enim ponderatio eſt:ut eccleſiaſticus inquit:digna anime continentis?Tum qm̄ rarus eſt in homine tantus uirtutis

splendor. At uero omne rarum: ut Cicero inquit: præclarum. Tum deniq; quoniam cœleste munus est: & in sacris litteris: sumopere cre berrimoue: commēdatum: præclare igitur a uenerabili Vgone dictū est: pudicitiam eē uirtutem spiritualem & cœlestem: que hominem a terra subleuat: angelis sotiat: deo coniungit: de terreno cœlestem: de carnali facit spiritualem: hec quidem humanam transcendit naturam Nam ꝙ homo pudicus sit: & castus: non tam humana q̃ diuina ope ratur uirtus: per hanc nos amat inuisibilis sponsus. Non enī placet deo anima: si casta & pudica non extiterit. Nanq; si immunditiæ lux uriæq; deseruit: reproba est: & sue q̃ abominabilis maiestati. Pudicitie autem: sic non modo hominibus: sed deo accepta est: ut ob eam non dedignetur eidem rationali menti seipm̄ exhibere in sponsum. Hinc nobis inuidet: hinc nos impugnare non cessat antiquus hostis. Ipse enim est inuasor: persuasor: suggestor: & incensor: atq; accēsor: immū ditie atq; luxurie: plures decipit: plures incendit atq; succendit: plu res corrumpit. Non parcit clericis: non parcit monachis: & quod sa tis gemendum est: ipos etiam religiosos prosternūt. Necesse est ergo summa uigilantia inuicem nostram pudicitiam custodire. Nam si eā perdimus: totum amittimus: etiam nosmetipsos. Qui perdit pudici tiam: perdit animam suam: perdit deum: perdit societatem angelorū perdit seipsum. Sed ad hoc in unum habitamus: ut nos inuicem cus todiamus: inuicem corrigamus: inuicem erudiamus: ut quod quisq; non potest per seipsum: possit per alium. Quonam autem pacto nos tram ualeamus custodire pudicitiam: iam indagandum est. Quippe cum nemo uir bonus sine aliquo afflatu diuino. Vt inquit socrates. Custodiende pudicitie excellentissimum propugnaculum est dei gra tia: sine qua omnis alia superuacua est cautela. Dauid Prophetarum eximio testante: qui ait. Nisi dominus custodiret Ciuitatem: frustra uigilat: qui custodit eam:. Et pater Augustinus in commentariis sup psalmos huic assentit sententiæ: dicens. Hæc est disciplina xpiana: ꝙ nemo facit aliquid bene: nisi gratia dei: quod facit homo male: ipsius est hominis: quod facit bene de beneficio dei facit: & cum ceperit benefacere: non sibi tribuat. Et cum non si tribuerit: gratias ei agat: a quo acceperit. Et in libro de predestinatione sanctorum inquit. Ad nullum opus bonum: uel incipiendum uel perficiendum quem

quam sufficere posse consentiendum est. Et in libro de gratia & li
bero arbitrio. Ipsa bona opera ille in nobis operatur: de quo dic
tum est. Deus enim operatur in nobis: & uelle & operari pro bona
uoluntate. Et in libro de uaria innocentia. Nullis meritis gratiam pre
uenientibus debetur merces bonis operibus: si fiant: sed gratia: q̃ non
debetur precedit: ut fiant. Hinc etiam in libro de gratia & libero arbi
trio adiecit. Sine gratia dei nihil boni agere possumus: ueritate testã
te: que ait. Sine me nihil potestis facere. Et Apl's ait. Non sumus suffi
cientes ex nobis: tanq̃ ex nobis aliquid excogitare: sed sufficientia no
stra ex deo est. Et rursus: non est uolentis uelle: neq; currentis currere
sed dei miserentis. Et Apl's Iacobus. Omne datum optimum inquit:
& omne donum perfectum de sursum est: descendens a patre luminũ
apud quem non est transmutatio: neq; uicissitudinis obumbratio. ꝑ
inde parens noster in deuotissimo suarum confessionum uolumine:
aiebat. Quis est hominum: qui suam cognoscens infirmitatem: aude
at uiribus suis castitatem: atq; innocentiam suam tribuere? Cum sapi
ens dicat: scio: quia nemo potest esse continẽs nisi deus det? Et rursus
eodem in libro: id considerans ita cum feruore: magna plenus fiducia
postulat. Dñe continentiam iubes: da quod iubes: & iube quod uis:
ac si diceret si mandas cõtinentiã ut tuis parere possimus mãdatis: tu
um nobis rorẽ infunde. Hæc ẽ nrõꝝ renũ possessio: de qua dauid san
ctus loq̃bat᷑ ad dñm dicẽs. Tu possedisti renes meos: ac si renũ lũboꝝ
q; custodiã: ꝑ quã spẽdor nitet castitatis: i dei cõsistere ꝑtãte assereret:
Hãc dĩne grãæ custodiã: hic ꝓ nobis ꝑcat᷑ dicẽs. Deus q habitat in uo
bis etiã isto mõ custodiat uos ex uobis: tãq̃ si patẽter assereret: ĩsuffici
entẽ eẽ nrãm custodiã: nisi adsit grã dĩna: cũ neq; ĩ se: neq; ĩ aliũ qspiã
possit pudicitiã costodire: nisi nobis ꝑpotẽs adsit deus. Ea de re ita uĩ
uere studeamus: ut nos in ipso: & ipse in nobis habitare dignetur: q̃
tenus ꝑ eũ ĩ nobis habitãtẽ: quod ex nobis non ualemus: nrãm tueri
pudicitiam possimus. Hac gratia confortatus Aplus carnis stimulus
& sathane colaphos ualẽter sustĩebat. Huius uirtutẽ btũs hieronymus
sane ĩtelligẽs: beatum illũ predicabat: q statĩ ut cepit cogitare ĩterfecit
cogitatus: & allidit eos ad petrã: petrã inq̃ xp̃m hoĩs deiq; filium: hac
præditus. Sidus illud celeste Nicolaus tollẽtinas innumeras minas:
atrocissima uerbera: & inexplicabiles sathane horrores: ut suã illesam

custodiret uirginitatē equo animo tulit: per hanc excelsus Antonius
Abbas dira demonum bella superauit: per hāc omnis humana robo
ratur fragilitas: merito igitur Aplo Paulo carnis tentationes ab eo au
ferri postulanti ueritas dixit. Paule sufficit tibi gratia mea. Quibus
conferamus fratres: ut in nobis pudicitie dignitatē ab omni queamus
aduersitate defendere: precipuum atq̧ efficatissimum defensorium eē.
summi dei gratiam: quam ut habere ualeamus: eius maiestatis implo
remus auxilium: corde oreq̧ tentationibus imminentibus dicentes.
Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me fes
tina. Versus nanq̧ iste tāte uirtutis est: & efficientie: ut omnes huma
nos ordinet affectus: & a cunctis hostium uisibilium atq̧ inuisibiliū
tueatur incursibus. Et ut in libro de perfectiōe spirituali interioris ho
minis dicitur: habet aduersus omnia discrimina imminētia protectio
nē dīne inuocatiōis. Vñ doctor eximius Ambrosius in huius uersus
ꝓlatione arrianos armata inuadens manu triumphator euasit. habet
& timoris & sollicitudinis perpetuam uigilantiam: habet proprie fra
gilitatis uehementem considerationem habet inestimabilem exaudi
tionis fiduciam. Carmen item hoc omnibus infestationem demonū
patientibus: & inexpugnabilis murus est: & clypeus munitissimus:
defendens nos contra omnem uitiorum impugnationem. Hoc a ui
tiis purgat: uirtutes in animo illustrat: mentem serenat: ad cœlestes
theorias eam perducit: ad illum ineffabilem orationis ardorem extol
lit: gratiam impetrat: gloriam ineffabilis parit trinitatis: hinc ei ime
diate decantandum ecclesia adiecit. Gloria patri & filio & spiritui san
cto: Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum
Amen. Quibus de rebus sic illud nobis crebro dicendum est: & ita
familiare faciendum: ut non modo uigilantibus: uerumetiam & dor
mientibus nobis ueniat in mentem. Hoc nos de cubili genuum cur
uatione eripiat: hoc sedentes: hoc stantes: hoc ambulantes: hoc omne
bonum opus facientes meditemur: hoc in nostri cordis liminibus: o
risq̧ ianuis conscribamus: hanc. inuocande diuine cælsitudinis formā
mens indesinenter teneat: donec usu eius incessabili & iugi meditatō
ne firmata: omnes concupiscentias: omnes ornatus sæculi: omnes
delitias: omnes opes & diuitias: omnes status & honores: oēs deniq̧

uoluptates:& terrenaꝝ rerum affectus abiiciat.refutet & contemnat.
Et hoc pacto huius uersiculi uirtute:suæ pudicitiæ fulgore anima co
ruscás:ad æterni regis palatia cunctis bonis referta cómigrabit.Et q̃q̃
hic modus diuine inuocande maiestatis ꝑcellentissimus sit: nó desūc
tñ alii innumeri dúmodo a purgatis ꝓferantur mentibus. Vnde ꝑce
ptor noster cú in libro de salutaribus documentis:diuiná clemétiam
ut desideria carnalia:delectatio sp̃ualis nobis imminuat: pietas crude
litatis iram restringat:malignitatem patientia coerceat: & libidinem
uincat prudentia iusserit exornandá:ipse hoc pacto eá exorauit dicés.
Pone dñe lachrymas meas in cóspectu tuo:& perueniat ad te in cœlum
deꝑcatio mea.Adesto mihi peccatori:& subueni atq; in manibus tu
is cómendatum tibi meipṁ suscipe:liberans me de ore sæuissimi dra
conis & de manu atrocissimi inferni.Cum acceperis me: & auferes de
medio umbre mortis:immo deduces in semitam lucis in clarissimam
regionem uiuentium:colloca me in caulis tutissimis gregum tuoꝝ:
quia tu es pastor bonus:qui requiris & reducis perditam ouē tueris:
& saluas inuentam:foues & sanes languidam.Tu es misericors dñs q
sperantes in te non confundis:requirentes te non derelinquis:reuerté
tes ad te non respuis:sed exaltádo & laudando suscipis:atq; in eterna
beatitudine una cum sanctis tuis æternaliter regnare concedis:quia é
tibi cum æterno patre & spiritu sancto:una diuinitas:gloria uirtus í
perium:& potestas in secula sæculorum Amen.Et in libro supputati
onum q̃humiliter q̃dulciter:q̃q; deuote & obnixe iesum xp̄m creato
rem & redemptorem nostrum ueꝝ deum:uerũq; hominé.Illud Apl̄i
cupio dissolui & esse cum xp̄o:& psalmum:Iubilate deo omnis terra
psalmũ dicite nomini eius:date gloriam laudi eius contéplans: roget
exoret:& ꝑcetur audiamus ✠ O xp̄e dñe inquit uerbum patris:qui
uenisti in hunc mundũ peccatores saluos facere.Rogo te per indulgē
tissima misericordie tue uiscera:emenda uitam meam: meliora actus
meos:cópone mores meos.Tolle de me quod mihi nocet: & tibi dis
plicet.Et da quod nosti tibi placere:& mihi prodesse.Quis potest de
immundo mundum facere:nisi tu solus Tu es deus omnipotens in
finite pietatis:qui iustificas impios:& uiuificas mortuos: qui imutas
pccóres & nó sũt,tolle ergo ď me q̃d offédit oc̃los pietatis tue i me

Coram te domine est sanitas: & infirmitas mea: illam serua. Istam sana: idest sana me domine & sanabor: saluum me fac: & saluus ero. Tu qui infirma sanas: & sanata conseruas. Tu q solo nutu tuo restauras dirupta & collapsa. Si enim digneris in agro tuo serere bonum semen: necesse est ut manu pietatis tue spinas prius euellas uiciorum meorum. Dulcissime: amantissime: benignissime: pulcherrime: infunde obsecro multitudinem dulcedinis tuæ & charitatis pectori meo: ut nihil terrenum: nihil carnale desiderem uel cogitem: sed te solum amem: te solum habeam in corde meo & in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo: dulcem memoriam tui melliflui nominis nulla unq̃ obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei uoluntatem tuam & iustificationes tuas: ut te immense dulcedinis dominũ: & præcepta tua semper habeam pre oculis meis. Succende mentẽ meam igne tuo: quem misisti in terram: & uoluisti uehementer accendi ut sacrificium spiritus contribulati & cordis contriti ab ortis lachrymis quottidie offeram tibi. Dulcis xp̃e bone Iesu: sicut desidero: sicut tota mente affecto: da mihi amorem tuum summum & castum: qui me repleat: teneat: totumq; possideat: & da mihi euidens signum amoris tui: irriguum lachrymarum fontem iugiter emanantẽ: ut ipse quoq; lachryme tuum testentur amorem. Ipse prodant: ipse loquantur: q̃tum te diligit anima mea: dũ pre nimia dulcedine nequeat se a lachrymis continere. Reminiscor domine illius bone mlieris: quæ ad tabernaculum pro filio uenit rogatura: de qua scriptura refert: quia uultus illius post lachrymas & præces non sunt amplius in diuersa mutati. Sed memor tante uirtutis: tantæq; constantie dolore torqueor: & uerecundia confundor: quia me miserum nimis deorsum iacere intueor: Si enim ita fleuit: & in fletu perseuerauit mulier: quæ querebat filium quomodo in planctu persistere debet anima mea: quæ querit & amat deum: & ad dominũ peruenire desiderat? Quõ gemere & flere debet anima: que quærit dominum nocte ac die: quæ preter xp̃m nihil uelit amare? Miserꝝ quoq; ẽ: si iã nũc factæ sũt lachryme sue panes die ac nocte. Respice ergo & miserere mei: dolores cordis multiplicati sũt Da mihi consolationẽ tuã cœlestẽ & noli spernere aĩam peccatricem ꝑ q̃ mortuus es: da mihi lachrĩas ex tuo effcũ ĩternas q̃ pccõꝝ meoꝝ

possint soluere maculas:& coelesti iocūditate semp repleāt aīam meā. Venit quoq; mihi ĩmētē alterius mulieris mira deuotio:que in sepulchro iacentem amore pio quærebat:quæ recedentibus discipulis nō recedebat:quæ sedebat tristis:& merēs:& diu multumq; flebat:& surgens multisq; lachrymis iterum iterumq; antra sepulchri uigilātibus oculis explorabat:si forte alicubi te uidere posset:desiderio feruente q̄rebat. Iam forte semel & iterum ingressa sepulchrū uiderat:sed nimiū amanti satis non erat:uirtus enim boni operis perseuerantia est. Et qa preceteris dilexit:& diligendo fleuit:& flendo quesiuit: & querendo perseuerauit:ideo prima omniū īuenire te:uidere te: & alloqui te meruit. Et non solum hec:sed etiam ipsis discipulis gloriose resurrectiōis tue prenuntia extitit:te precipiente:& clementer monente. Vade dic fratribus meis ut eant in galileam:ibi me uidebunt. Si igitur fleuit: & in fletu pseuerauit mulier:que uiuentem querebat: que te manu fideq; tangebat:quomodo plangere & in planctu persistere debet talis anima:que te ex corde diligit totoq; desiderio uidere concupiscit. O solum confugium & unica spes miserorum. Tibi nunq̄ sine spe misericordie supplicatur:presta mihi hanc gratiam propter nomen tuum sanctum:ut quotiens de te cogito: de te loquor: de te scribo: de te lego:de te confero:quotiens tui reminiscor:tibi assisto:laudes preces & sacrificium offero:totiens abortis lachrymis:in conspectu tuo copiose & dulciter fleā:ita ut efficiantur lachryme meæ panes die ac nocte. Tu quidem rex glorie:& omnium uirtutum magister docuisti nos uerbo & exemplo gemere & flere dicens. Beati qui lugent: quoniam consolabuntur. Tu fleuisti defunctum amicū: & lachrymatus es ualde super perituram ciuitatem. Rogo te iesu per illas lachrimas:& per omnes miserationes:quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es. Da mihi gratiam lachrymarum quam desiderat & appetit anima mea:quoniam sine dono tuo non possum habere eam. Da per spiritum sanctum tuum:qui corda mollit peccatorum & ad fletū compungit. Da mihi gratiam lachrymarum:sicut dedisti patribus nostris quorum uestigia debeo imitari:ut plangam in omni uita mea: sicut ipsi planxerunt die ac nocte: propter merita & orationes eorum qui tibi placuerunt. Miserere mei:miserere mei: & indigni serui tui.

Et da mihi gratiam lachrymarum: da irriguum inferius: & irriguum superius: ut sint mihi lachrymæ meæ panes die a nocte. Efficiarq; ī cōspectu tuo deus meus p ignem compunctionis: holocaustū pinguæ & medullatum matutinum totum in ara cordis mei: & tanq̄ pinguissimum holocastum assumar tibi in odorem suauitatis. Da mihi fontem irriguum: fontem pspicuum: in quo lauetur continue illud inquinatum holocastum: licet enim me tibi totum optulerim opitulante grā tua: in multis tamen quotidie offendo ꝓpter nimiam fragilitatē meam. Da mihi ergo gratiam lachrymaꝝ: benedicte & amabilis deus ꝑcipue ex multa amoris tui cōmemoratione misericordiaꝝ tuaꝝ: prepara hanc mensam famulo tuo in conspectu tuo: & da mihi eam ī ptāte: ut quotiens uolo satiar ex ea. Tribue pro pietate & bonitate tua: ut iste calix tuus inæbrians & præclarus satier sitim meam: ut inhiet spiritus meus: & ardeat mens mea in amore tuo: oblitus uanitatis & miseriæ. Audi deus meus & lumen oculorum meorū: audi que peto: & da ut petam quod audias pie domine: & exorabilis: ne efficiaris mihi inexorabilis ꝓpter peccata mea: sed ꝓpter bonitatem tuam suscipe preces serui tui: & da mihi effectum petitionis mee: & desiderii mei p̄cibus & meritis gloriose uirginis Marie domine nostre Amen. O deuotionis ardorem. O contemplationis aquilam. O sententiarum celsitudinem. O diuine charitatis feruorem. Quis nō moueatur fratres: Quis non compungatur. Quis non conteratur. Quis in diuino nō succendatur amore: cum talem ac tantum taliterq; deprecantem audiuimus oratorem? Poterit ne diuina clemētia tā feruenti oratori quippiam denegare? Discite igitur a magistro discipuli: discite a patre filii: discite a tanto capite membra: diuinam exorare pietatem. Postulate conseruande pudicitie gratiam. Inuocate dei clementiam. Implorate auxilium: ut uos mundos conseruare possitis: Petite & accipietis: Pulsate & aperietur uobis? Obedite iubenti: quoniam unicuiq; paratus est dare petenti! Neminem fallit: quia ueritas est. Affluēter donat quoniam diues est. Libenter tribuit: quoniam liberalis est. Nulli denegat quoniam cōmunis pater est. Nemo ab eo indonatus recedit: quoniam nemo a suo pōt se calore abscōdere: si se sue humiliter p̄ſtat maiestati. Non pigeat igitur frates mei gratiā postulare & nostro cū

preceptore bonorũ omniũ largitorem: & celeſtem ſic affari impatorẽ
Tu enim domine dixiſti ore tuo ſancto & benedicto. Si quis ſitit ue
niat ad me:& bibat:fons uite da ſitienti anime:ſemp bibere ex te: ut
ſcdm ſanctam & uiridicam promiſſionem tuam de uentre modo flu
ant aquæ uiuæ:fons uite reple mentem noſtram torrente uoluptatis
tue:& inebria cor noſtrum ſobria æbrietate amoris tui: ut obliuiſca
mur quæ uana ſunt & terrena:& te ſolum iugiter habeamus in mẽo
ria noſtra. Memores tui fuimuſ:& in te delectati ſumus. Da ſpiritum
ſanctum tuum:quem ſignificabant aquæ:quas ſitientibus daturũ te
ꝓmiſeras. Tu dñe deus diues omnium bonoꝝ:& dapum ſuperne ſa
tietatis opulentiſſime largitor. Da lapſis cibum:collige diſperſos: rei
tegra ſciſſos. En pater immenſe pietatis:animus noſter ſtat ad hoſtiũ
& pulſat. Obſecramus te per uiſcera miſericordie tue:quibus uiſitaſti
nos oriens ex alto:api pulſanti miſero:manũ miſericordie tue & iube
ꝓpitiabili dignatione:ut ingrediatur ad te & requieſcat in te: reficia
tur de uino paneq; celeſti:quo ſatiatus reſumptiſq; uiribus ad ſuperi
ora conſcendat:& de hac lachrimaꝝ ualle pẽna ſancti deſiderii raptuſ
ad cæleſtia regna uolitet. Aſſumat dñe:aſſumat rogamus:aſſumat ſpi
ritus noſter:pennas ut aquile:& uolet:& non deficiat:& uolet: & pue
niat uſq; ad decorem domus tue:& locum habitationis glorie tuæ:ut
ibi ſemper menſam refectionis ciuium ſupernorum paſcatur de ocul
tis in loco paſcuæ iuxta delitiarum tuarum fluenta pleniſſimam.

Dominus item noſter Ieſus Chriſtus omniũ magiſter optimus:
& noſtræ ſalutis auctor glorioſiſſimus:etiam impetrandarum gratia
rum uiam atq; modum efficaciſſimum docuit dicens. Cum oratis di
catis pater noſter:in qua quidem oratione omnem uim orandi atq;
poſtulandi ſub ſeptem petitionibus breuiter complexus eſt:in quaꝝ
tribus æterna:in reliquis uero quatuor:temporalia petuntur:quæ tñ
propter æterna conſequenda:ut Auguſtinus inquit: ſunt neceſſaria:
Nam quod dicimus. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tu
um. Fiat uoluntas tua:ſicut in celo & interra. Sicut non abſurde qui
dem intellexeruut in ſpiritu & corpore omnino ſine fine retinenda
ſunt:& hic inchoantur. Et quantumcunq; proficimus augentur i no
bis:perfecta uero quod in alia uita ſperandum eſt:ſemp poſſidebunt

Quod uero dicimus panem nostrum quottidianũ da nobis hodie:&
dimitte nobis debita nostra:sicut & nos dimittimus debitoribus no
stris:& ne nos inducas in tentationẽ.sed libera nos a malo: Quis nõ
uideat ad p̃ntis uite indigẽtiã ꝑtinere: In illa atq; eterna uita:ubi nos
ſp ſperamus eẽ futuros:nois dei ſcificatio:& nomẽ eius & uoluntas ei
us in nostro ſpiritu & corpore ꝑfecte atq; immortaliter ꝑmanebũt:pa
nis uero quotidianus ideo dictus eſt:quia hic eſt necessarius aĩme:car
niq; tribuendus eſt:siue ſpũaliter:siue carnaliter:siue utroq; intelliga
tur mõ.Hic eſt etiam quã poſcimus remiſsio:ubi eſt cõmiſsio peccato
rum.Hic tẽtationes quæ uos ad peccandum alliciunt:& impellunt:
Hic deniq; eſt oĩs:carnis:oculoꝝ:& mundi cõcupiſcentia: oĩs uolup
tas:oĩs ambitio:oĩs iracundia:oĩs incõtinentia:oĩs illecebroſus actus
& oẽ malum a quo cupimus liberari.Ecce q̃ dilucide inſufficientiã no
ſtram redemptor nr̃ inſinuans:q̃ opportune docuit oĩum nr̃aꝝ nece
ſsitudinum gratiam nobis eſſe impetrandam ¶ Sed quid per ꝓlixas
& longas fatigamur orõnes:habemus nomen quod inuocatum om
nes repellit tentationes.Hoc iccirco audacter ꝓpono:quia non ſolum
quottidie:ſed horatim immo ſingulis momentis ſcutum eſt oĩm ui
olentiarum mearum:ſi me aut carnis:aut gule:aut mundi: aggredit̃
concupiſcentia:illo inuocato mox recedit.Si caſus:ſi inſidie:ſi deniq;
alia mundi imminent pericula illo prolato magna adeſt ſecuritas: Si
lites:ſi diſcordie:ſi deniq; turbines mentis oriunt̃:ꝑ eius dulcem am
plexum cuncta fiunt tranquilla.Huius nois ſciſſimi inuocatio iuuat
puſillanimes:refouet flebiles:ſuccurrit miſeris:reprimit audaces: con
fundit ſuperbos:debellat hoſtes:ſubiicit & fugat demones: deponit
potentes :exaltat humiles: robocat fideles: obcecat hereticos : indu
rat obſtinatos :ſuſcipit confitentes :confortat ſanos:liberat ĩfirmos
mitigat dolores:& uniuerſos ſanat languores.O nomen ſciſſimũ:no
men glorioſum:nomen potentiſſimũ:nomen dulciſſimũ:nomẽ ſine
intermiſſione inuocandum.Sed quod eſt illud nomen fratres mei:di
cite queſo.quod eſt illud nomen tam grande:tam excelſum:tam effi
cax:tanta deniq; deuotione inuocandum.Hoc inquã illud nomẽ eſt
in quo oportet oẽs hoĩes ſaluos fieri: hoc eſt illud nomen: quod eſt
ſuper oẽ nomẽ:in quo & per quod dei hoĩſq; filius eſt ſaluator mũdi

ad cuius inuocationem omne genu cœlestiũ terræstriũ & infernorũ:
curuabit̃:quod oĩs lingua cõfitebit̃: quod oẽs in die nouissimo ter
rebunt: huius uirtute dulces Stephano lapides fuerũt torrentis. Sau
lus relicta synagoga factus ẽ doctor gentiũ. Augustinus relicta mani
cheoꝝ secta:sub ficuue: ꝓstratus surrexit splendor ecclesie. Hoc ẽ inq̃
illud nomẽ:quod ĩ lacte biberat mr̃is:sine quo q̃q̃ illius ꝑsecutor eẽt
nullam quãtũcunq; expolita sibi lectio afferebat dulcedinẽ. O mira
res: o magne pietatis mysteriũ: ut ex illo suggerat lac dulcedĩs: quod
uenenato inseq̃batur ense:hic moriebat̃ ĩsequẽdo:illud sanabat occur
rendo: hic nocere non omittebat:illud ꝓdesse nõ sinebat:hic uenena:
illud mella dabat:hic ĩuadẽdo elongabat̃:deus ꝑ illud miserẽdo ei
ꝓpior efficiebat̃. Sed noli nos ãpliori afficere expectatõe: qđ ẽ istud
nomen tam benignũ: tã suaue: tã pium & clemẽs: ut ꝑ illud tãtũ sum
mi dei moueat̃ clementia: anhelamus & cõcupiscemus illud nobis ex
ꝑlicari. Illud quippe ẽ quod bisyllabum ẽ: ꝑ cuius ꝑmã syllabã immẽ
sitas eternitasq; signat̃: ꝑ secundã sup uniuersum: sessio importat̃: qđ
ideo duaꝝ ẽ syllabaꝝ: quia due fuerunt & sunt in xp̃o nature: & quo
niã ad naturã diuinã immẽsitas & æternitas spectat: iõ ꝑ primã & unã
syllabã hec duo in una deitate denotant̃: & qm̃ ut hoĩs etiã filius ẽ: ac
cepit sedere sup solium dauid: sicut ei cœlestis pr̃ ꝓmisit dicens: de fru
ctu uentris tui ponam super sedem tuã. Et gabriel angelus: ut in euã
gelio Lucæ scriptũ ẽ: ad mariã dixit. Et dabit illi dñs deus sedẽ dauid
patris eius: & regnabit in domo iacob inæternũ: & regni eius nõ erit
finis. Et ip̃e a pr̃e suo datam sibi ꝑtãtẽ in cœlo & in terra fatet̃. Hoc ĩ
quã illud nomen summe efficientie ẽ: quod ab æterno fuit xp̃o prede
destinatũ: & anteq̃ in utero uirginis cõcipet̃: a gabriele dicente. Et uo
cabis nomen eius iesum: fuit mirabiliter ac reuerenter exp̃ssum. Iesus
ergo illud ẽ altissimũ & ineffabilis uirtutis nomen: quod ut diximus
duaꝝ syllabaꝝ: & qnq; lr̃aꝝ ẽ: p. i: immẽsus: p. e. æternus: ꝑ ꝑmũ. s. su
per: p. u. uniuersum: ꝑ ultimũ. s. sedens interp̃tat̃: quid ergo ẽ Iesus ni
si immẽsus & æternus: quo ad deitatẽ: sup uniuersum sedẽs quo ad iu
diciũ & dñium: sibi a pr̃e collocatũ: sedens dicitur: quia iudicantis &
saluantis: hoc ẽ æternã requiẽ dantis est sedere. At enĩ ip̃e cõstitutus
est iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ: ip̃e & saluator ẽ mundi. De his duabus

Augustinus inquit. Et qs est qui dicit̃ saluator: ut nomẽ eius uocife
rem. Ipẽ est Iesus xp̃s. Et rursus qd est Iesus nisi saluator: ergo inquit
ꝓpter temetip̃m esto mihi Iesus: de altero ait. Ipse idẽ est iudex meus
intra cuius manus tremo. Hoc igit̃ nomẽ fr̃es inuocate: hoc sp̃ sit in
ore ũro: hoc in oĩ initio operis ũri: dicente Ap̃lo quicqd facitis in no
mine dñi ũri Iesu xp̃i facite. Cum suggerit diabolus inuocate Iesum
cũ subrepit tẽtatio exclamate Iesus: cũ aliquid fuerit aduersi amplecta
mini Iesum: qm̃ ipse redẽptor: ipse defensor: ꝓtector: saluator: & glori
ficator nr̃ est. Alterꝝ custodiẽde pudicitiæ efficacissimũ remediũ ẽ: san
ctissime crucis signaculũ: de q̃ osñie ita efficaciã testificat̃ ecclesia. Ec
ce crucẽ dñi fugite ptes aduerse. Et rursus p̃cat̃: ut p̃ signũ crucis de in
imicis nr̃is liberet nos deus nr̃. Nos aũt diabolos & oẽm malã concu
piscentiã ꝓ nr̃is hẽmus inimicis: quos oẽs facile repellimus: si nos cru
cis signaculo deuote p̃munimur. Intuẽtes igit̃ salutiferã crucẽ xp̃i oẽ
calũniantiũ supboꝝ uirus expellimus. Eam ãplexantes oẽs tẽtationes
abiicimus. Ipam adorãtes in oĩ uirtute roboramur. Ea signati cuncta
fugamus aduersa: ipsa armati intrepidi ad bella cõgredimur. In eius
figura oĩs religio xp̃iana depĩgit̃: in eius caractere tota uirtutũ sp̃ia
liũ pfectio designat̃: nã in his tribus uirtutibus: fide: uidelicet sp̃e: sil̃
& charitate oĩs lex dĩna cõsistat: atq; ex his oĩm uirtutũ mltitudo ꝓce
dat. In illa crucis pte: q̃ terre figit̃: ceu alte diuus pr̃ nr̃ Augustinus ĩ
terp̃tatus ẽ: fides q̃ xp̃iane religiõis fundamentũ figurat̃ huic. s. sũda
mẽto tota fabrica bone opatõis ĩnitit̃: & ut stare possit oĩum uirtutũ
sp̃ualiũ machĩa sustẽrat̃. Vñ Apl̃s discipulis ait. Nã fide statis: p sup
mũ uero cornu: quod cæteris eminet spes ĩtelligit̃ q̃ nr̃ aĩmus ad cape
ssenda celestia ꝓuocat̃. Illo uero signo: qd̃ ĩ medio positũ binis utrin
q; porrigit̃ brachiis latitudo signat̃ gemĩe charitatis. Hoc eodẽ unice
crucis signo q̃tuor p̃ncipaliũ uirtutũ numerus ĩdubitãter exp̃mit̃ ex
qbus utiq; tãq̃ seminibus oĩm uirtutũ segetes geminant̃: iusticia. s. for
titudo: prudẽtia: atq; tẽperãtia: p suppm̃ũ nãq; cornu: quod cœlũ spec
tat iusticia figurat̃: sicut ex ip̃ius redẽptoris sermõe colligit̃ q cũ p̃mi
sisset qa sp̃us scũs arguet mũdũ de pccõ: & de iusticia & de iudicio pau
lopost ĩtulit: de iusticia uero qa ad p̃rem uado: & iã nõ uidebitis me
Et uir sapiens ait: iusticia eleuat mẽtẽ: nec dubiũ qn ad cœlũ: Inferior

autem ps crucis: q̄ supiorē sustinet molē fortitudinē significat: q̄ gra
uia q̄libet & aduersa eq̄nimiter tolerat. Dextrū uero crucis brachiū
prudentiā exprimit: quia uidelicet iniecta maligni spūs iacula tāq̄ de
xtre manus obiectione ꝓpellimus: eumq̄ feruidi spūs telo p fossum
dn̄o muniti p̄sidio fortiter ꝓsternētes uictorie manubias reportamus
Per sinistrā quoq̄ cornu tpantia non imerito designat̄: in sinistra enī
manu minor uirtus est q̄ in dextra: p tēperātiā ergo uirtutis nr̄e quo
dāmō robur attingimus dū temperanter modesteq̄ uiuimus: dū sepe
rigorem cēsurāq̄ iusticie: q̄dam magr̄e discretionis manu retinemus:
Quid plura? Crux inumerabiliū bonorū nobis extitit cā. Nā crux d
erroribus liberauit. Crux sedentes in tenebris liberauit. Crux nos di
abolo expugnato reconciliauit deo. Crux exalienatis restituit in do
mesticos: de longiquis ꝓximos fecit: de pegrinis reddidit ciues. Crux
est inimicitiarū interemptio: pacis firmamentū: & omniū nobis bono
rum thesaurus: ꝓpter eam iam non erramus in solitudinibus: p eam
uiam ueritatis agnouimus: nec iam extra regnum positi sumus. Ianu
am enim regiam intrauimus ꝓpter eam ignitas diaboli sagittas non
timemus: qm̄ fontem uite quo extinguerent̄ in ea inuenimus: ꝓpter
hanc amplius non formidamus tyrannum: quia regi adhereamus: ꝓ
pter hanc in uiduitate non sumus: qm̄ sponsum p eam recepimus: nō
iam expauescimus lupum: quia bonum pastorem inuenimus: ꝓpter
hanc diem festum agimus: qm̄ paradysum pluribus qnq̄ milibus an
nis clausum in cruce xp̄s pendens: aperuit. In eamq̄ latronem intro
duxit: tunc reddidit nobis patriam principalem: tunc reduxit nos in
ciuitatem paternam: & cōi hominum nature domum redonauit eter
nam. Crux igitur cubiculum redemptoris: fuit scala coeli: p quā xp̄s:
hominem lapsum leuauit ad patrem. Crux clauis paradisi. Crux ter
ror inferni: pulsio dæmonum: cathena luciferi: Crux est illud lignum
secus decursus aquarum plantatum: quod in tp̄e suo: hoc est singulis
diebus: in his qui baptizant̄ deo: dulcissimos exhibet fructus: crux
Petri gaudium: Andreæ salus: Pauli gloria: Helenæ deuotio: Constā
tini uictoria: Eradii triumphus: Christophori euasio. Augustini con
fessio· Franscisci feruor. Nicolai tollentinatis āplexus. Er omniū chris
tianorum deniq̄ spes incōcussa. Crux illud est admirabile uexillum:

quod e cœlo fulgentiſſimum prodibit:cum uniuerſum dñs ad iudi
candum uenerit. Orbem hinc ſcē crucis: laudator maximus Auguſti
nus ad eam: eiuſq; nomen ita deuote exclamat. O nomē crucis occul
tum myſteriū. O gr̄a ineffabilis. In noīe enim crucis pax. o crux que
deo hominē cōiūxiſti: & a dominio diaboli captiuitatis magnifice ſe
gregaſti. O crux: quæ humano generi paſſionem ſaluatoris mundi
& redēptionē ciuitatis humane: uera comitante fide: ſemp repn̄tas in
columen. O crux quæ quottidie laudes īmaculati agni fidelibuſ diui
dis populis: & dira ſerpētis uenena: poculo ſalutari de pellis: atq; ru
pheam paradyſi ignitam credentibus ſine intermiſſione reſtinguis: o
crux quæ pacem quottidie terrenis cum cœleſtibus operaris: & medi
atoris mortem: qui de mortuis reſurrexit: & iam non morit̄ æterno
patri: eccleſia ꝓ filiis a gente ſedulo reparas: & legatione feliciſſima re
nouas & reformas: grande & ꝓfundum myſterium crucis: & ineffabi
le atq; inſeperabile uinculū charitatis: p crucem ad ſe traxit omnia de
us: xp̄o dicente: cum exaltatus fuero omnia traham ad meip̄m. Hoc
eſt enim lignum uite: in quo deſtructum eſt mortis imperium. Hoc
eſt lignū in ea uirga p̄uiſum: p quā Moyſes mare rubꝝ diuidēs Pha
raonem ꝓſtrauit: p quam dei populū de ſeruitute educens egypti: tri
umphali palma redemit: p quā terram ymbribus inundauit: cœlū te
nebris obduxit: magorum leuauit draconeſ: ſup quā ut amalech genſ
barbara uinceret̄ moyſes expanſis manibus extendit̄. ꝙ ſi tanti fuit
figura eius non īmerito de ip̄o dicimus: ꝙ cœli ſuſtineat machinā: ter
re fundamenta corroboret: oēs homines ſaluet: maxime in q̄bus ſunt
in frōte fixa trophea: & immortali cōpage eos ſuſtinet: & ad eternam
ꝓducat uitam. Hec quidem miranda: & dicta excelſa uidentur. Sed ſi
quō crux fuerit conſecrata cōſideremus: nulla admiratione ducemur?
Nunqd deus & homo in cruce pependit? Nunqd oīa dei filius myſte
ria in cruce cōſumauit? Nūqd corpus eius ſanctiſſimū in ea: ut nobis
uitā daret uitam finire uoluit? Nūquid eius ſanguis adeo extitit p̄cio
ſus: ut una ip̄ius gutta totus potuiſſet mūdus redimi: & nihilominuſ
ut ſue ſupundantiā demonſtraret charitatis: illum totum p crucē uo
luit eſſe diffuſum? Nunquid humilitatis: obedientiæ: iuſtitiæ: cōſtan
tiæ: patientie: māſuetudis: amicitie: & oīs uirtutis ī ea fuit demōſtrata

perfectio? Quare si humilium tuitio: supborũ deiectio: uictoria xp̃i: diaboli pditio: infernorum destructio: coelestium cõfirmatio: mors ĩ fidelium: uita iustorum: xp̃ianorum spes: mortuorum resurrectio: cæcorum dux: cõuersorum uia: claudorum baculus: pauperum consolatio: confusio diuitum: tropheum mundi: lignum uitæ: padysi arbor: æquitatis uexillum: pauor inferni: coelestis gloriæ splendor: & qcqd aliud dicatur: minor q̃ mereatur a nobis impenditur laus: minor exp̃mitur uirtus: minorq̧ insinuatur efficientia. Ob eam rem pro xp̃ianĩ impetranda agmis salute has ad eam ecclesie preces effundit: O crux splendidior cunctis astris mundi celebris: hominibus multũ amabil' sanctior uniuersis: q̃ sola fuisti digna portare talentũ mũdi: dulce lignum: dulces clauos: dulcia ferens pondera: salua p̃ntem chateruam in tuis hodie laudibus congregatam. Inuadit igitur te diabolus: recurre ad crucem: rebellatur caro: confige eã uirtute crucis: times ne amittas pudicitiam sine intermissione te signo munias crucis.

¶ Tertium conseruande pudicitie: iuuamen est sanctorum angelorum custodia. Nempe a suæ creationis exordio unicuiq̧ rõnali mẽti deputatus est angelus: qui eam a dæmonum tueatur insidiis: & bonas actiones: earumq̧ ei suadeat pseuerantiam: primam huius sententiæ clausulam satis in excælso uolumine de ciuitate dei Augustinus explodit dicens. tantus angelorum numerus aderit: quantus hominũ erit: ut & uitam suam quisq̧ ab angelo sibi adhibito audiat recitari. Perinde & beatus Hieronymus inquit. Magna dignitas animarum: ut unaqueq̧ habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui angelum deputatum. Gregorius quoq̧ unumquẽq̧: unum bonum angelum sibi ad custodiam deputatum: & unum malum ad exercitiũ hr̃e dicit: quod ab ip̃a didicerunt ueritate: quæ in euangelio a pusillorum scandalo nos p̱hibens Ita loquitur: angeli eorum semper uident faciem patris. angelos utiq̧ eorum dicit esse: quibus sunt ad custodiam deputati. Et Isidorus in libro de summo bono ait. Singule gentes præpositos habere Angelos creduntur: & omnes homines angelos habere probantur ita unicuiq̧ nationi unus præsideat principatuum: hominibus autem singulis singuli sint angeli adhibiti recta fides testetur: Hinc Danielis decimo d Grecorum Persarum: Medorũq̧ principibus manifesta fit descriptio

ubi ſua in uiſione refert:regm Perſarum principem:uno & uiginti di
ebus angelo populo dei pugnanti reſtitiſſe: Ab hac ſententia magni
illi philoſophi. Socrates & Plato:ceu Apuleyus in eo libro quem ap
pellauit de deo:Socrates meminit:minime diſcreparunt. Sed cum in
finite ſit ptãtis deus:poſſetq; ſine angelorum miſterio ſolo ſuo impe
rio homines cuſtodire. quidnam angelice deputationis cauſe ſit pſcru
temur. Ad quod ſane dicimus ſummum prepotenteq; deũ:neq; ex ro
boris debilitate:ne imbecillitatis cauſa id effeciſſe:cuius maieſtatatem
nullam ꝓculdubio p̃terit potentiã:poſſet enim ſi uellet:cum ſumma:
uoluntas:ſumma ſapiã:ſummaq; ptãs:non hẽat:nec hr̃e queat: qbus
impediatur:p ſeip̃m facere uniuerſa:poſſet utiq; ſine ſole illũinare or
bem:ſine igne calefacere:ſine aqua infrigidar̃:humectare ſine aere:col
ligendas ſegetes ſine ſementis dare:& alios quoſcunq; effectus ꝓduce
re ſine aliis ſecundis agentibus poſſet:ſed ut res ip̃e ocioſe non eſſent
neq; ꝓpriis deſtituerentur actionibus:neq̃ ſuperuacue eſſent ſuis fini
bus priuatæ:eas uelut concauſas:& ad agendum media fore inſtituit
ut inferiora p ſuperiora reducerent᷑. Nam hec eius diuinitatis lex:hic
ſue legis ordo:ut ſacer Dioniſius inquit. Vt ſecunda p prima:inferio
ra p ſuperiora:corporalia p ſp̃ũalia reducant᷑ & gubernent᷑. In eo igi
tur ſtatu cõſtituit hominem:ut p angelos in eius reduceret᷑ tribunal:
ubi de omnibus ſuis actionibus ſiue bonis ſiue malis condignũ red
dant teſtimonium. Ita q̃ p bonis defenſores:pro malis aũt equiſſimi
erunt accuſatores. Itaq; huius deputationis cãſ iuxta noſtri ingenii ex
iguitatẽ paucis in unum colligentes aſſeruimus:ob eius cõmunicãdã
bonitatem:ob eius oſtendendam ſapientiam:ob eius erga nos mani
feſtandam dilectionem: ob ip̃ius uniuerſi connexionem:quæ oẽs ad
diuinam rediguntur ꝓuidentiã:p quam ip̃e altiſſimus ab ip̃a ſua eter
nitate ſic diſponens uniuerſum gubernare:hunc ordinẽ inſtituit. Ac
cedunt etiam his noſtre maxĩe indigentiæ. Nam cũ aduerſarii diabo
li:nunc intellectum obnubilare:nunc uoluntatem ꝑuertere:nunc ſen
ſualitatem:quæ natura quadam prona eſt ad malum præcipitare:nũc
etiã in oĩbus uiis noſtris pſonas nr̃as pdere geſtiãt ſcõꝝ angeloꝝ ob
inexplicabilẽ erga nos charitatẽ ſuã ad nos ab his demonũ uiolentiis
tuendos defendendoſq; altiſſimi deputauit clæmentia: Sed quod ad

tuendũ iuuãdũ cõsolandũ monendũ curandũue nos sint istituti: clarĩ in soliloqis explicauit Augustinus cũ dixit. Diligũt nẽpe ãgeli ciues suos: ꝑ quos sue ruine scissuras istaurari expectãt: ideoq; magna cura & uigilãti studio assunt nobis oĩbus horis: & locis succurrẽtes: & prudẽtes necessitatibus nr̃is: & sollicite discurrẽtes inter nos: & te dñe gemitus nr̃os & suspiria nr̃a referẽtes ad te: ut ĩpetrẽt nobis facilẽ tuæ benignitatis ꝓpitiatõem: & referãt ad nos tuæ grẽ desideratã bñdictiõem Ambulãt nobiscũ ĩ oĩbus uiis nr̃is: itrãt & exeũt nobiscũ attẽte considerãtes: q̃ pie q̃ honeste ĩ medio praue natõis cõuersemur: q̃to studio quãtoq; desiderio q̃ramus regnũ tuũ: & iusticiã eius: q̃toq; tiore & tremore seruiamus tibi: & exultẽus ĩ læticia cordis nr̃is: adiuuãt laborantes: ꝓtegũt qescẽtes: hortant᷑ pugnãtes: coronãt uiuẽtes: ꝯgaudẽt gaudẽtibus: cõpatiunt᷑ patiẽtibus: ꝑ te ĩquã patiẽtibus: grãdis ẽ eis cura đ nobis: & magnus effcũs dilctõis eoꝝ erga nos: & hoc totũ ꝓpter hõiẽ tuæ iæstiabil charitatis: q̃ dilexisti nos: diligũt. n. quos tu diligis: custodiũt quos custodis; odiũt quos odis: & deserũt quos tu deseris: & ĩ sup ait: facis angelos tuos spũs ꝓpter me: qbus mãdasti: ut custodiant me ĩ oĩbus uiis meis: ne forte offendã ad lapidẽ pedẽ meũ. Hi sunt custodes sup muros tuos nouæ irlm: & mõtes ĩ circuitu eius uigilantes uigiliis noctis sup gregẽ suũ: neqñ rapiat ut leo aĩas nr̃as: dũ nõ ẽ qui eripiat. Ille aũt ẽ ãtiquus aduersarius nr̃: q q̃si leo sp circuẽs q̃rens quẽ deuoret: hi aũt sũt ciues btẽ citatis hirl̃m supnæ q̃ sursũ ẽ mr̃ nr̃a: & in misteriũ missi sũt ꝓpter eos q hereditatẽ capiũt salutis: ut eos liberent ab inimicis suis: & custodiãt ĩ oĩbus uiis suis: cõfortẽt quoq; & moneant: & orões filioꝝ tuoꝝ offerãt ĩ cõspcũ glorie maiestatis tuæ: qbus de rebus nõ solũ tiere eos offendere: sed totis uiribus niti dẽmus eoꝝ beniuolẽtiã & aĩciciã adipisci: acqrimus aũt eã p bone uolũtatis silitudinẽ: cũ illis. n. sumus: & cũ illis uiuimus: qñ deũ quẽ colũt colimus. Etiã si eos corporalibus oculis uidere nõ possumus: ĩquãtũ aũt dissilitudĩe uolũtatis: & fragilitate ĩfirmitatis miseri sumus: ĩ tñ ab eis lõge sumus: uite merito nõ corporis loco. Nõ. n. qa ĩ terra cõditiõe carnis hitamus: sed si ĩmũditia cordis terrena sapimus ab eis: ut idẽ ĩquit augustius disiũgimur: cũ uero sanamur: ut q̃les ipi sunt simus: fide illis iteꝝ ꝑ piq̃mus: si ab illo nos fieri btõs: a quo & ipi facti sunt: etiã ipis

fauentibus credimus. Nec tm̃ singuli a singulis defendimur angelis:
sed etiam oẽs a militia iuuamur celesti: ceu Isidorus abbas: etiã corpo
reis oculis. Abati Moysi apte monstrauit: qui cũ tantũ carnis uexare
tur aculeis: ut suo etiã in sacello residere mĩme auderet: mirũ timẽs im
modũ ab immũdiciæ spũ supari: diuum Isidorum adiuit: ei suaꝝ ĩpu
gnationum referens uiolentiã: qui post multas sacre scripture docum̃
ta: post inuictissimoꝝ patrꝝ exẽpla: ad sui hĩtaculi cacumẽ eũ assũpsit
ubi cũ occidentem uersus suos cõiicere oculos iussisset: ꝓspexit mag
nã demonũ mĺtitudinẽ ad pugnas festinãtiũ. Subĩde eũ ad oriẽtẽ ĩspi
cere mãdauit: ad quẽ uidẽd cũ oclõs cõponeret: aspexit ĩnumerabiles
scõrũ angeloꝝ cõtiones: & gloriosa atqꝫ fulgentia celestiũ uirtutum
agmia. Tũc btũs Isidorus ad Abatem Moysen ĩquit. Quos in occidẽ
te uidisti: ipi sunt: qui hoĩes etiã scõs ĩpugnant. Quos aũt cõspexisti ĩ
oriente: hi sunt qui ĩ scõꝝ suoꝝ ꝓtectionẽ a supcœlesti impatore sunt
destinati: qui cũ plures p̃stantiores ac potentiores sint timere nullate
nus dẽmus in oĩ genere certamis diabolos inuadere. Neminẽ certe ui
cunt: nisi uel de dei diffidentes auxilio: uel in fœdissimas mersi uolup
tates uinci ipi uolunt: quibus Abas Moyses auditis pugnandi uires:
resumens ꝓprium repetit hĩtaculũ: uges grãs deo agens ĩmortali. Eli
seus quoqꝫ innocenti puero oñdit: plures btõs angelos habuisse ad se
defendendũ: q̃ aduersarii malos hẽret ad nocendũ. Et quẽadmodum
dei hoĩmqꝫ aduersarii nil p̃termittũt: ut nobis noceant: sic & btẽ cœle
stes mentes nõ uno solũ: uerũetiã multis multiplicibusqꝫ mõis presto
sunt: ut nobis ꝓsint & iuuent. Nãqꝫ ut fides ĩ nobis roboret᷑ futuros
pãdunt euentus: sic maximo illi p̃riarche Abraæ mĺta p̃dixere myste
ria. Manuel cõiugi Sãpsonis cõceptionem: & uniuerse eius uitæ gesta
hic ethica quoniã bona uita & honesta non aliunde formatur: q̃m cũ ea q̃ diligenda sunt: & quẽadmodũ diligenda sunt diligunt᷑: hic est deus & ꝓximus. Hic logica quoniã ueritas lumẽq; aĩæ rationalis nõ nisi deus est. Hic etiã laudabilis rei publice salus neq; enim optime cu stoditur ciuitas nisi fundamento & uinculo fidei: firmeq; cõcordie. cũ bonum cõmune diligitur: quod summũ atq; uerissimũ deus est que ĩ super disputationes, que lr̃æ quoꝝlibet philosophorum: q̃ leges qua cumlibet ciuitatũ. Duobus enĩ præceptis sunt cõperanda: ex quibus christus dicit legẽ totã & ꝓphetas dependere᷑ diliges dñm deũ tuũ ex tota anima tua ex toto corde tuo: & ex tota mente tua: & ꝓximum tuum sicut teipsum. ¶ Piguissimus est igitur sermo diuinus: & omnes in se habet delitias: Nempe q̃cquid uolueris ex sermone diuino nasci tur: sicut de manna tradunt iudei: quod quando comedebant ꝓniuscuiusq; uoluntate sic sapiebat in ore: & sicut illud panis angeloꝝ om ne in se habens delectamẽtũ dictus est. ita & sacra scriptura liber uite: in quo omnia continentur arcana dei: cuius origo eterna: cuius essen tia ĩcorruptibilis. cuius cognitio uita interminabilis: cuius scriptura ĩ delebilis: cuius inspectus desiderabilis: cuius doctrina infallibilis: cu ius scĩa dulcis. cuius ꝓfunditas inscrutabilis: cuius uerba innumerabi lia: unũ tñ uerbũ oĩa. q̃d plura᷑ hoc in libro q̃cquid docet᷑ ueritas ẽ: q̃cq̃d p̃cipit᷑ bõitas: q̃cquid ꝓmittit᷑ fælicitas: nã deus ueritas est sine fallatia: bõitas sine malitia: fælicitas sine misericordia: q̃r q̃cquid ẽ q̃d in hac uita uiꝝ sapientẽ teneat: & ĩter p̃ssuras & turbines mũdi æquo aĩo manere persuadet id p̃mũ sanctaꝝ scripturaꝝ meditationẽ beatus hieronimus esse arbitrat᷑. ꝓpterea demetriadi inquit ¶ diuinas scriptu ras sæpius lege: ĩmo de manibus tuis sacra lectio nũq̃m deponatur: scio in scripturis diuinis: per quas solas potes plane dei intelligere ue ritatem ꝓhiberi q̃dam. p̃cipi q̃dam. concedi aliqua suaderi nonnulla prohibentur mala: precipiuntur bona. conceduntur media. & suaden tur perfecta. propterea beatus Gregorius super ezechielem inquit ¶ Sa cra scriptura oñdit staturã suã in edificatione moꝝ: ostendit altitudi nem in promissione premiorum: ostẽdit horribilem aspectũ in terro ribus suppliciorꝝ. Recta ẽ enĩ in p̃ceptis. Alta in ꝓmissis. horribilis ĩ minis. ꝓpterea etiã beatus Ambrosius. ĩ libro de Caym & abel iubet

ut cœlestium scripturaꝝ eloquia diu texere: ac polire debeamus toto
animo: cordeq; uersantes: ut sucus ille spiritualis cibi in omnes se ue
nas animæ diffundat: quoniam nihil in hac uita dulcius sentit: nihil
auidius sumitur. nihil ita mentē ab amore mūdi seperat: nihil sic ani
mum cōtra temtationes roborat: nihil ita hominē excitat: & adiuuat
ad omne opus: & ad omnem laborē sicut sanctaꝝ litteraꝝ meditatio.
Ideo merito beatus a sancto ꝓpheta dicitur: qui i lege dñi meditabi
tur die ac nocte: & huius sancte meditationis premiū magnū in sinu
ans pro se ad dominum ait. Veniant i miserationes tue & uiuam: qa
lex tua meditatio mea est. Et ideo ut sic audacter cū eo: ut nobis mise
reatur: & uitam largiat aeternam postulare ualeamus fratres mei eum
in meditatione & obseruatione diuine legis imitari totis uiribus stu
deamus. Sed dicet ex uobis aliquis. ecce ignarus sum. Alius infirmus
sum: Alius nō licet in bibliothecam adire. Alius publicis rebus sum
detentus: & eo pacto a lectiōe sanctarum scripturaꝝ & ab earum se re
trahunt meditatione. Quibus dicit q neq; in ualitudine neq; igno
rantia: neq; qbusuis occupationibus tolli pōt: q orationem domini
cam & symbolū nō repetant. & quoniā deus dederit non contemplen
tur. hoc si fecerint sacraꝝ litteraꝝ lectiones cōpotes fient: quoniā oīs
latitudo scripturarum in oratione dominica. & in symboli breuitate
concluditur Et qq̄ omnium studiorum nostrorum diuina sapientia
finis sit: & in ipsa omnium cognoscendarū reꝝ sic ratio refulgeat: ut
qcunq; eam perfecte possideat omnium reꝝ plenissimā habeat notiti
am: nō tamē liberalium artium (ut qdam obstinati in proprio sensu
ꝓterue defendunt) est studium super uacaneum: quoniā sublimis &
gloriosus deus omnes alias scientias ut huic famulent: sintq; eius pe
disequæ & ministre humanā docuit mentem: qbus tanq̄ quibusdam
gradibus ad hanc uelut omnium scientiaꝝ reginam possit ascendere:
Neq; omnes sumus apostoli: ut per spiritum sanctū mox repleri me
reamur: Neq; omnes Augustinus: q in nulla scientia: nisi deū cogno
uit præceptorem. Opus est igitur: ut iuxta nr̄i ingenii imbecillitatem
in adipiscendis sciētiis māuducamur: ut scilicet de sciētia: ad sciētiā de
muneribus ad fontem muneꝝ de radiis ad lucē Origenēq; radiorū.
de creaturis ad creatorem proficiscamur: quoniam (ut Apostolus ait)

inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspi
ciunt᷑.sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. huic sententie parēs
noster ꝑmo de trinitate assentit dicens:humane mētis acies inualida:
in tam excellenti luce figi nō potest: nisi per iustitiā fidei emundetur.
Assentit Hugo super euangelica ierarchia:ubi ait:ꝙ queādmodum in
firmi oculi: solem nube tectū libere conspiciunt: ꝙ coruscum eius lu
men minime intueri possunt: sic diuinum radium opus est sacroꝝ
uelaminum esse circumuelatū.Assentit diabolus: q non aliter inquit
possibile est nobis diuinū radium lucere: nisi uarietate sacrorum uela
minum anagogice circūuelatum.Qui ergo alias scientias ideo adiscit:
ut per eas tanq̄ per medium:uiamq; in finem dirigatur: non mō non
errat:ut aduersarii optimaꝝ doctrinaꝝ insulse aiunt:sed summi dei
laudant magnificantq; potētiā & benignitatem: qui tot modis se no
bis tribuit cognoscendum.Nempe omnis alia scientia:ut in deū refer
tur:uelamen quoddam est cognoscende deitatis. & gradus ad eā ascē
dendum pinde Marcus Tullius in his libris q sunt de natura deorū
ait.Quis igit᷑ cum tam celi certos motus:tam ratos astrorum ordies
tamq; inter se omnia connexa & apta conspexerit neget in his ullam
inesse rationem:omniaq; a casu fieri dicat: ꝙ si gentilis ex aliaꝝ scien
tiarum noticia deum esse transigit:quāto magis id facere debet christi
anus.Sunt insuper nōnulli: qui qm̄ ipsi disserendi acuitatis expertes
sunt:disputationes damnant:& contemnunt:nō animaduertentes:q̄
tenus primū sapientiæ actum magister & preceptor noster christus.
inter doctores disputādo docuit: q̄tenus omnes apl̄i & discipuli eius
hunc actum exercuerūt cum ꝑncipibus & mundi primatibus de chri
sto disputātes. Vnde & de Stephano in actibus apl̄orum legitur:sur
rexerunt aūt quidam de synagoga q̄ appellabatur libertinoꝝ cyrenen
sium:& alexandrinorum: & eoꝝ qui erant a cilicia & asia disputantes
cum Stephano:& non poterant resistere sapientiæ & spiritui:qui loq̄
batur.& de petro actuū.xi.dicitur. cum aūt ascendisset Petrus hiero
solymam:disceptabant aduersus illum: qui erant ex circumcisione: q̄
tenus ꝑterea omnes ecclesie doctores suis disputatiōibus: & precipue
parens noster.Aurelius Augustinus.ab hereticoꝝ iaculis sacrosanctā
christi fidem defenderunt:hinc & merito ipsum doctorum lucem:fir

mamentum ecclesie:malleum hereticorum ecclesia nũcupauit: quoniam cũctas hereses suis disputaciõibus destruxit:Vnde heresim Apollinaristam anthiomaritarum. Arrianoꝝ. Antromoporphitaꝝ. Alogiorum. Aquarochoꝝ. Archidiorum Aplicam. Adamianam. achademicam. Arabicam. Archenciatoꝝ Acephalicarũ. Bonosiorum Basilianam. Calcianorum. Circumcilionũ. Cathaphrigiam Chemicianoꝝ: Carpothantianã: Eunominianorum Ebetianã. Eludianorum. Donasticam. Faustoꝝ Fautinã. Felicianam Gnoytaꝝ. Gallianicarum. Heraclitam. hermogẽianam. Iouinianistã Iuliuarã. Luciserianam. Mentagiorum Montanã. Manicheã. Morthionistam. Melchisedechianam. Menandrianã Maximinam: Neomitianorum. Nouitianã. Nazareorum. Nestorianam. nosticorum. Nicolitaꝝ. Orphitarum. origenistã Paulinam. piscillianistã. pelagianam. patritianam paternianã. Permenianorum. Tertulianorum. Tatianam. Trottoytarum. Simoniacam Settagum: & aliorũ innumerabilium: quos in presentiaꝝ iter missos faciam uersutias heresesq; extirpauit euulsit: atq; destruxit. pro quibus ãmouendis atq; delendis: præter disputationes: ꝑter ꝓclamantiones: præter illa que alibi de ipso scripsimus plura q̃ octo & octoaginta in eos destinauit uolumina. Perinde hilarius accellateñ inquit. Doctor excellentissimus Augustinus. Catholice fidei defensor in diuina meditatione semper assiduus: metu mortis interpidus. singulos destruxit sacrilegos: atq; omnes superauit hereticos. Hic Cassiodorus ait: Beatissimus atq; sanctissimus doctorum præcellentissimus: Augustinus hereticorum debellator. fidelium protector: omniũ famosoꝝ extitit palma certaminum. Hinc Calcidonius fatur: Augustinus omnium monarchia uirtutum in sancte fidei defensiõe: pro qua totus ardebat sicut præualuit atq; ꝓfecit: ꝙ contra singulos nequissimorum hereticorum uersutias intrepida mente feruentiq; spiritu continuum certamen perageret. Hinc diuus Hieronimus paulinum. Hinc sanctus Valerius neptarium alloquitur. ꝙ nisi præpotens atq; pientissimus deus sanctum patrem aurelium Augustinum fortunati tempore nobis cõcessisset atq; donasset. Sanctificatio nostra dasolata fuisset. Dies festi nostri cõuersi fuissent inluctũ. Sabatta nostra in obprobrium: honoris & sublimitas nostra inmerorem & plantũ: de quo ipse in sermone

de prudentia ita enim ad fratres heremitanos inquit: decreueram eni
diu inter uos consolari: & uobiscum habitare usq; ad festum domini
ce ascensionis :sed quia aduersarius noster fortunatus ad partes perue
nit redire iiponē.omnino compellor:cupiens illum uidere & cum eo
piter disputare:& i sermōe de misericordia ait: fratres mei anūtio uo
bis gaudium magnum: quoniam fortunatū manicheorum ꝑsbiteꝝ
dei gratia superauimus:& obstinatus in suo sensu uelut alter perdici
onis filius a plebe nostra recessit confusus: & ecclesia huius uictoriae
memor.ita cantat fortunatus presbyter manicheorum uersutia pluri
mos seducebat: quem sanctus Augustinus in cōuentu omniū dispu
tans publice superauit. Quid etiam nostris temporibus grecis:boe
miis & fraticellis de opinione conflictum dedit: disputādo.Quis frā
ciscum porcarium senensem:qui iam non modo ciuitatem uirginis:
sed pene totum agrum tuscie suis heresibus infecerat igne cremauit:
egregii doctoris pauli ueneti acerrima disputatio. Tantum ergo sem
per ualuit apud christicolas disputatio.ut ipsa semper indelende fidei
extiterit propugnaculum. Confundantur ergo & reuereātur: qui dis
putationes ueritatis indagatrices extiterint inimici. Codices ergo sin
gulis diebus:siue ad legendum:siue ad disputandum:siue ad sermōes
clero populoq; faciendos:certa hora a prelato scilicet constituta petāt
extra horam.qui petierit. ni.uidelicet necessitas urgeat non accipiat.
omni quippe hora congruit:in qua necessitas imminet. Et omnis sci
entia adiscenda iuxta prelati arbitrium.que mentem deo dicatam ad
purgandam conscientiam.tuendam fidem.ornandam religionem:&
ad sacram theologiam finem nostrarum scientiarum acquirēdam dis
ponit. Vnde & augustinus nō unius doctrine tantū: sed indefinite:
quasi omnium optimarum disciplinarum prout opus fuerit codices
iubet esse petendos:Illud tamen uerum est:ꝙ in aliis doctrinis tantū
est conterendum temporis:quantum satis est: ut mens ipsa ad uberri
ma dulcissimaq; diuine sapientie suggerēda ubera fuerit uegetata. tūc
enim eam osculari ut sponsam: amplecti ut genitricē:lactere ut alūne
mammas: uenerari ut dominam amare:ut excellēs anime bonum de
bemus excogitantes: ꝙ omnem scientiam atq; doctrinam sic excellat
non solum quia preceteris uera predicet: primeq; inhereat ueritati: ꝙ

ad cœlestem patriã inuitet.q a terrenis desideriis cor legentis reuocet q in dictis obscurioribus fortes exerceat:& paruulis humili sermone blandiatur:nec enim sic in litteris patet:ut uilescat.nec si clausa est:ut pauere debeant adiscentes:sed etiam quia eius usus fastidium tollit:& tanto ut inquit Gregorius plus diligitur:quanto amplius meditatur quoniam illius superne uisionis gerit figurã: qua cœlestes mentes ab initio diuinam uiderũt maiestatem:nec camẽ hodie aut hinc ad mille annos:aut post millesies mille: minus q̃ prima die ammirãtur uel delectantur: quia ut Augustinus in libro de triplici habitaculo trãsigit coram ãgelis assidua uisione tante maiestatis secreta & mirabilia non uilescunt.

Textus quinquagesimusprimus. Augustinus.

Estimenta uero & calciamenta: quando fuerunt indigentibus necessaria: dare non differant sub quorum sunt custodia que poscuntur.

Commentum quinquagesimumprimum. Ambrosius.

Vius mandati quadruplex esse causa dinoscitur. Prima quidem ne ad animi perturbatiõem murmurationemue maximum ut ostendimus peccatum concitent irritentq postulantes. Secunda ne ,pter conferendi dilationem:indigenti occasionẽ inferant egritudinis: Nanq facile est propter rerũ necessarium carẽtiã quempiam in malam incidere ualitudinẽ.unde Gelido iminente tempore medi aut male induti in pleuresim colycam: yliacam in aliasq acerbissimas passiones facillime labuntur. Et rursus si que ad medelas spectant dare differant:non infirmitatis solum:sed etiam mortis possent esse occasio:& eo pacto non necessitudinis exhibitores: sed uitæ suorum fratrum essent extinctores: sicq apud dei maiestatem rei fierẽt æterni cruciatus: Tertia ne publica karitas detrimentum patiatur & ĩ priuatam quandam uertatur inhumĩditatem:Rerum enim custodes publici ministri sunt: Bona autem rei publicæ prout membris suis

opus fuerit distribui debent: alias & ipsa patiatur: necesse est: Quid enim est aliud: ut Scipionis uerbo utar: respublica nisi res populi? Et quid populus nisi ciuium congeries? pareant ciues: populus parit par eat populus: parit res publica: Qui ergo mēbra offendunt: & corpus offendant: opus est. Ergo qui bonorum monasterii inhumanus sæ uusq; distributor exstiterit publicam karitatem lædit & monasterium lædit, quoniam membra corporis lædit. Meritum iter amittit officii & culpam sibi uendicat crudelitatis. Quarta ne torpore mentis dam nentur. Qui enim dare differunt: que necessaria sunt poscētibus: aut: odio: aut segnitie seu dilectionis tepiditate: differunt. Vtrunq; enim malum est: utrunq; euitandum: utrunq; crimen detestandum: nam al terum est ut noceant, alterum ut non proficiant: Quare studeant fra tribus suis congruis temporibus necessaria ministrare: Et id quidem sine murmure: sine tristicia: sine dilatione: sine coactiōe: sed cum gau dio magno: libēter atq; hilariter: quoniam hylarem datorem diligit deus: Ad omnem autem rectam & salutiferam distributionem facien dam: quatuor omnino sunt precepta seruanda: Primum quidem ut karitas finis sit: & cardo distributionis: Alterum ut in ministro nulla sit personarum acceptio: sed unicuiq; prout & quando opus est: per sone qualitate, & necessitate mēsura pensata distribuit: Tertium ut hi lariter: iocunde & amenissimis uerbis conferat: que largiri debet: sepe numero enim plus dulce delectat uerbum: quā afluens satiet datum Quartum resistendi uirtus, ut patiens & constans sit indistribuenda rum rerum laboribus: & petentium importunitate: ut ei ad salutem: non ad cremium sit dispensandi ministerium. Ipsi etiam econtra qui poscunt modeste se gerant: non plus petant quam opus sit: & cum ex igua sit necessitas: non illam amplificent: Cum postulant: mel ferant in ore, dulcia uerba: amena colloquia: humilem: compositum: discre tumq; habeant in postulando sermonem: Et deniq; totis uiribus co nentur non irritare: sed ipsum eis beniuolum atq; munificum redde re largitorem.

Textus quinquagesimussecundus. Augustinus.

Ices autē nullas habeatis. aut q̄ celerrime finiatis. ne ira crescat in odium. & trabem faciat de festuca. & animam faciat homicidam. sic enim legitis. qui odit fratrem suum homicida est.

Commentum quinquagesimumsecundum. Ambrosius.

Iaboli opera habere nullatenus debemus. At uero ipse litis & discordie est auctor. ipse diuisiones & prælium commisit in cœlo: ipse in corde hominum discordiam seminat. ipse rixas contentiones & zizanias īter fratres imittit. Qui ergo lites & discordias amat earum auctorem diabolum tanq̄m patrem uenerat, ipsa ueritate testante. que ait. eius filii estis cuius opera facitis. Si ergo talem patrem fratres mei fugere uolumus. dissensiones & lites: fugiamus. Melius est enim ut doctor inquit Ambrosius emigrare cū gratia. q̄m cohabitare cum discordia. Melius est sine lite abire q̄m cū iurgio residere. Deus enim pacem amat. Ideo psalmista inqt. Factus est in pace locus eius. Vnionem iubet: Ideo christus ait. Qui non est mecum cōtra me est: & rursus. Vbi sunt duo uel tres congregati in noīe meo in medio eorum sum ego. Dilectionem mādat. Ideo ad discipulos dixit. In hoc cognoscent homines. quia mei discipuli estis. si dilectionem ad inuicem habetis. karitatem deposcit. Ideo cantat ecclesia. Vbi karitas & amor deus ibi est. At uero. e cōtra lites. guerras. dissensiones. iurgia. odia. & discordias inter bonos odit eius maiestas. hinc scriptura eam precatur dissipa gentes que bella uoluut. hic & præceptor noster imperat. ut lites nullas habeamus. aut si propter naturalē irascibilitatem aliquas nos habere contingat: illas q̄m celerrime finiamus. & hoc iccirco. ne ira litis genitrix crescat in odium. & trabem faciat de festuca. Festuca quidem cito consumptibilis est de parua contentione ex parua ira. que sepænumero sine peccato est. profecta non nunq̄m fit trabes. que non nisi magno & diuturno conburitur igne cum scilicet sic crescit ut ex ea odiū. quod homicidam facit animam. generatur sic enim apud Iohannem legimus. qui odit fratrem suum homicida est. Et Petrus apostolus sicut beatus clemēs meminit homi

cidiorum tria genera esse dicebat: eorumq; parilem esse penam asserebat. Homicidas scilicet iterfectores fratrum: detractores eorum: eosq; odiētes: Quia & qui occidit: & qui odit fratrem suum: & qui ei detrahit pariter esse homicidæ demonstrantur. Quare si placere deo in monasterio uolumus: fugiamus lites & dissensiones: unionem uero & cōcordiam amemus. Quippe in rebus humanis concordia præciosa res est: & propter eius raritatem præclarissima ab omnibus (ut inquit Augustinus) laudatur: sed a paucis custoditur: beati qui in se ipsis ample ctuntur: quod etiam in aliis laudare coguntur. Omnes fratres laudāt concordes fratres & tamen concordes esse difficile est: quia litigāt de terra: & quare litigant de terra? quia uolūt esse terra: audiuit ab initio peccator homo: terra es: & in terram ibis: Et sicut peccator dicitur terra: ita & iustus dicitur cœlum: fratres ergo si uolunt esse cōcordes nō ament terram. Sed si uolunt non amare terram: non sint terra: quærāt possessionem: que diuidi non potest: & semper erunt concordes. Vnde inter fratres discordia & perturbatio? quia licet sit unus uterus: nō est unus animus: nisi dum curuatur anima eorum: & partem suam qs q; recipit: & parti sue opinandæ & exagerandæ operam impendit: in possessione sua uult habere unitatem: qui cum fratre possedit diuisionem. Sed ueri fratres sunt omnes fideles nati ex deo in uisceribus matris ecclesie: per spiritum sanctum hii quidem habent hereditatem domini: & uicissim ipsi hereditas sunt dei. In hac hereditate cōcordia custoditur. Pro ea non litigatur. Alia hereditas litigando acquiritur: ista litigando amittitur. Nolentes eam perdere uitāt litigare. Iure igitur inquit lites nullas habeatis: quod præceptum: si omni christiano ut non amittat hereditatem cœlestem: opus est quantomagis in monasterio constitutis necessarium est:

Textus quinquagesimustertius. Augustinus.

Vicunq; autem conuitio: uel maledicto: uel etiam criminis obiectu alterum læserit: meminerit satisfactione q̄tocius curare quod fecit. Et ille qui læsus est: sine disceptatione dimittere. Si autem inuicem se læserint: inuicē sibi debita relaxare debebūt

propter orationes uestras:quas utiq; quanto crebriores habetis: tāto sanctiores habere debetis. Melior est autem: qui quamuis ira sepe tē tetur:tamen impetrare festinat:ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit ī iuriam:q̄ qui tardius irascitur:& ad ueniam petendam tardius inclina tur.Qui autem nunq̄ uult petere ueniam: aut ex animo nō petit sine causa est in monasterio:etiam si inde non proiiciatur: proinde uobis a uerbis durioribus parcite:que si emissa fuerint ex ore uestro:non pi geat ex ipso ore proferre medicamenta unde facta sunt uulnera.

Commentum quinquagesimumtertium. Ambrosius.

Olers medicus nō modo iubet infirmo:ut noxia uitet:ue℞ etiā ieuitādarum rerum modum edocet. Et sanis non solū consulit:ut sibi caueat:ne in hāc:uel ī illam incidāt infirmi tatem:sed etiam ut ab eis se abstinere queant: eius referat causas: qui bus sublatis nequeant euenire ægritudines.Eo pacto preceptor & me dicus animarum nostrarum diligentissimus Augustinus non tantū lites humanæ mentis excidium uitemus iussit sed causas ex quibus oriuntur detestatur:inde ait. Quicunq; conuitio:uel maledicto: uel etiam criminis obiectu aliquem læserit:meminerit satisfactione: quā tocius curare quod fecit.Nempe cum lites:rixe dissensiones:& guerre ex multiplici possint causa oriri: ex lingue tamen solutione maximæ proficiscuntur: & plures in guerra linguarum q̄ in bello interficiunt lancearum:quoniam illi cor grauius feriunt: Qui(ut super psalmos Augustinus inquit)gladio linguæ feriunt:& non solum in bello mi litiarum:uerum etiam & in feritate bestiarum. Perinde in libro de na tura & gratia dicit. Dolosa lingua plena est ueneno mortifero: utiq; nocentiore: q̄m bestiarum atq; serpentum. Quoniam illud carnem: hoc naturam interficit. Merito igitur a lingendo lingua dicitur. Lin git quidem adulando mordet de trahendo.Occidit mentiendo.ligat & ligari non potest:labilis est:& teneri non potest:sed labitur & falli

De lingua.

tur:labitur ut anguilla. Penetrat ut sagitta. Tollit amicos. Multiplicat inimicos. Mouet rixas. Seminat discordias: uno ictu multos percutit & interficit: blanda est & subdola: lata & parata ad exhaurienda bona: & miscenda mala. Ergo qui custodit linguam suam: Custodit animam: quoniam mors & uita in potestatæ linguæ: propterea magnus ille stoicus Seneca: ut licenciosa mancipia animi imperio redigendam esse linguam iubet. Quoniam nullus linguæ præceps: fedus tenet amici: quinimo in omnibus mendosus & fallax: cuncta commercia: cuncta pacta: & confederationes omnes: & frangit: & soluit. Inde conuitia: que sunt contumeliæ: & uituperia & maledicta & criminum obiectiones: Et ex his rixe. Iurgia. Dissensiones. Et lites oriūtur. Icirco mandat ut quicunq; eorum aliquo alterum læserit: memor sit illi si satisfactione curare quod fecit. Recentia uulnera curanda sunt: ne si antiquentur infistulam: uel inquamuis aliam incurabilem mortiferamq; plagam uertantur. Ita & uitia nisi mox deleantur e mente: sic eam inficiunt: ut nulla aut minima sit de ea spes habenda salutis. Nāq; sæpenumero: cum ab ocioso uerbo lingua non restrĩgitur ad noxia dilabimur. Inde ad murmura & detractiones descendimus. Ex his ad conuitia & maledicta serpimus. Ex quibus ad lites & contentiones uehimur: & iuxta Salomonis uocem dum negligimus corrigere minima prolabimur ad maiora. Fit etiam ut si ex uitio oriatur uitium: prolongetur iniquitas. Hinc propheta ait. Ve qui trahitis iniquitatẽ in funiculis uanitatis: & Dauid. Prolongauerunt iniquitatem suam: dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Cauendum est igitur omnino peccatum. Melius est enim cauere: q̃m emẽdare melius non cadere: q̃m surgere. q̧ si fragilitate quis deliquerit: q̃m citius curare studeat quod commisit, si conuitiatus est alicui: si maledixit: si crimẽ aliquod obiecit corde & ore ueniam cum gemitu postulet: & q̃m grauiter se errasse cognoscat: dicente apostolo. Maledici regnũ dei nõ possidebunt: & dominus in euãgelio. qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehẽne ignis. & ille q̧ Iesus ẽ sine disceptatiõe: & ꝓrsus sine aliq̃ cõtrouersia dimittat. Ille p̃sto ad ueniã postulãdã: Iesu cicior ad ĩiuriã r̃mitendã eẽ dẽt: ille ut liberet᷑ a culpa: hic ut repleatur gr̃a ille ut sathanæ

Quō debemꝰ dimittere iniurias et odia

ſoluatur funiculo.hic ut ſaluatoris fruatur præſidio.Sic enim cæleſtē
nos docuit orare patrem.Dimitte nobis debita noſtra:ſicut & nos di
mittimus debitoribus noſtris.Si nos multum:cito ac libenter dimit
timus:Ita & deus dimittit nobis:Si autem parū tardeq; dimittimus:
parum tardiuſq; noſtra ipſe relaxat facinora. Hinc Iſidorus ait. Qui
fratrem ſuum ſibi tardius reconciliat: deum ſibi tardius placat. Hinc
uenerabilis Vgo dicit:fruſtra enim deum propitiari ſibi quærit:Qui
cito placari cum proximo negligit.Hinc in euangelio conſeruo ſuo
non dimittens denarios centum ſibi debenti conpulſus eſt decem mi
lia talenta reddere:que ei dominus rogatus dimiſerat.Ex quibus ſane
fit:ſi hoc quod in nos delinquitur ex corde nō dimittimus:Illud rur
ſus exigitur:quod per pænitentiam fuerat nobis ante dimiſſum.caue
at igitur unuſquiſq; fratrum retinere iniurias: quia ſicut dimittere ni
hil deo gratius:ita econtra: retinere nihil deo diſplicibilius.In remiſ
ſione iniuriarum quantum quiſq; lucretur attendat. In primis indul
gentiam de male cōmiſſis ipſe meretur. Subīde uenie culparum ātea
dimiſſarum ratificationem impetrat:poſtremo cumulum auget grati
arum.& ſubdit: Si autem inuicem ſe leſerint alter ſcilicet alteri conui
tiando.maledicendo.& crimina obiiciendo: inuicem ſibi debita tlax
are debebunt: & hoc quidem propter oratiōes ueſtras. quas utiq; q̄n
to crebriores habetis:tāto ſanctiores habere debetis:ac ſi aperte dicat
quottidie & horis ſingulis orantes dicitis pater noſter qui es in celis.
ſanctificetur nomen tuum:& tandem dimitte nobis debita noſtra:ſi
cut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Si non dimittitis: ueſtra
oratione criminamini:ita ut non ſolum incaſſum: ſed īpræiudicium
oratis:prouocantes debent contra uos ad iracundiā: & ipſi ſuper uos
inducentes maledictionem:potius q̄m benedictionem:ſicq; oratio q̄
debet eſſe ſalutifera:fiat noxia: & peccata que debetis diminuere oran
do: augeatis in præcando:Nunqd aliud uerba ſonant ſaluatoris:niſi
q̄ obſecremus nobis dimitti:ſi in nos peccātibus dimittimus: & ecō
tra non dimitti:ſi nos non dimiſerimus:quod & rurſus clarius aſtru
ens dixit. Si autem non dimiſeritis hominibus: Nec pater noſter di
mittet uobis peccata uīa: ergo cū qlibet habeat qd ſibi dimittat̄ cū
etiā ſepties i die cadet̄ iuſtus dicat̄: ut ſibi deus peccata ſua dimittat:

ut eius crebriores exaudiat orationes: & eas contra se non petat reflec
ti: fratri relaxare iniurias debet: & ipsum imitari: qui in cruce pendens
pro suis orauit crucifixoribus dicens: Ignosce illis quia nesciunt quid
faciunt: Quippe misericordie uirtus tanta est. ut sine illa: cætere etiam
si sint prodesse non possint: quamuis enĩ quis fidelis sit. castus sobri
us: & aliis maioribus ornatus insigniis: si misericors tamen non est:
misericordiam non meretur: At uero misericordia in conuitiis: male
dictis: iniuriisq; remittendis: in corrigẽdis uitiis: docendis ignaris: to
lerandisq; ĩsipientibus maxime consistit: perinde parens noster multa
esse elimosinarum genera inquit: que cum facimus adiuuamur: ut no
stra dimittantur peccata: sed eo nullum esse maius astruit: quo ex cor
de dimittimus: quod in nos quisq; peccauit: Nãq; si bonum est erga
eum esse beniuolũ: siue etiam exhibere beneficium: qui tibi nihil ma
li intulit: multo tamen grandius: & magnificẽtissime bonitatis est: ut
etiam inimicum diligas: & ei qui tibi malum uult: semper bonum ue
lis: faciasq; cum possis iubenti parendo: qui dicit: diligite inimicos ue
stros. benefacite his qui oderunt uos: Orate pro persequentibus uos
Et ut uos ad ueniam postulãdam faciat citiores ait. Melior est autem
qui quamuis ira sepe tentet̃: tamen impetrare festinat. Ut sibi dimit
tat cui se fecisse agnoscit iniuriam: q̃ qui tardius irascitur: & ad ueniã
petendam tardius inclinatur: Quatrifariam potest quispiam iræ esse
obnoxius: Nanq; aliquis iræ flammas tardiuscule suscipit. citius ta
men amittit. Alius huic prorsus contrarius mox suscipit: tardiusq; de
ponit Alius sicut tardius commouetur: ita & tardius reconciliatur: A
lius q̃ admodum facile accenditur: ita & facile friget. Inter hos modos
ꝑmus minimus malus est: huic succedit quartus: quarto uero tertius
Secundus cæteris deterior est: Præceptor quidem quartum tertio cõ
fert: Illum utiq; appellans meliorem hoc est minus malum: qui q̃uis
ira sepæ facileq; tentatur: tamen festinus est ad relaxandam sibi iniu
riam ueniam postulare: q̃ qui tardius irascitur: & ad petendam ueni
am tardius inclinatur. Tardius ad petendam ueniam inclinari plus
ad obstinati & diaboli accedit conditionem: qui nunquam uult de
suo peccato creatori suo petere ueniam: Cito labi. fragilitatis est Cito
surgere bone mentis est. q̃ se emandando fragilitatem tẽpat & ipam ĩ

quādam uertit diuino afflatu constantiā.Itaq; ut bone mētis simus:
diabolicamq; uiremus pertinatiam: si per fragilitatem cito irascimur:
cito per rationis lumen: quoadfieri potest nostrā compescamus irā:
Alioquin totum & temporale & spirituale nostrum ruet ædificium:
Nescio profecto quod genus mali ex ira non proficiscatur. Nam per
iram iusticia relinquitur: sicut scriptum est: Ira iusticiam dei non ope
ratur: Quoniam ut diuus inquit Gregorius: dum perturbata mens
iudicium sine ratiōe exasperat omne quod furor suggerit: rectum pu
tat. Hinc est sapiēter a catone dictum: Ira impedit animum: ne possit
cernere uerum: per iram gratia uitæ socialis amittitur: Quia qui se ex
humana ratione non temperat: necesse est: ut solus bestialiter uiuat:
Hinc scriptum est: Noli esse assiduus cum homine iracundo: Ne di
scas semitas eius: & sumas scandalum animæ tue. Per iram mansuetu
do perditur: quia cum menti iracundia cōfusionis tenebras immittit.
Huic deus radium sue cognitionis abscondit: Per iram sapientia abii
citur: Quoniam quid: quoue ordine agendum sit: omnino nescitur:
Quia nimirum intelligentiæ lucem subtrahit cum mentem promo
uendo confundit. Per iram spiritus sancti splendor excutitur: qui nō
nisi super humilem & quietum requiescere dicitur. quia cum ira quie
tum menti subtrahit suam: sancto spiritu habitationem claudit: cui
us recessione animus uacuus ad apertam morum insaniam ducitur:
& usq; ad superficiem ab intimo cogitacionum fundamento dissipa
tur: Per iram nunc ad iniectionem manuum: Nunc ad maledictionē
Nunc blasphemias: nunc ad contumelias: Nunc ad segregādam ami
citiam. Nunc ad extinguenda beneficia: Nunc ad delendam karitatē
nunc ad negandum deum: nunc ad inuocandum demonem: nunc ad
interficiendos parentes: mactandos filios: perdendos fratres: succendē
das urbes commouenda bella. faciendas seditiones: predandos paupe
res: expoliandos uiatores: prodimenta. cōiurationes: & factiones tex
endas: ad sacrilegia: stupra. raptus: & omne deniq; execrabile uitium
quis erigit' concitat' & p̄cipitatur adeo ut nesciā qd intersit inter succē
sum hominē: & solutū diabolū: q̄ntum etiā rabies hec afficiat posses
forem: explicari non posset. nā eius stimulis succensum cor palpitat.
sanguis ebullit: dentes strident: lingua balbutit uultus nūc pallescit:

nũc ſgneſcit: Labia ingreſcũt: oculi exaſperantur: & neq̃q̃ recognoſcũtur uoti: ore quid clamore informet. quidq; loquatur intus ignorat & uelut leo rugiẽs. exaſperatus draco. rabiduſq; canis omnes inuadit: nullum timet: neminem ueretur: uitam non curat: & ad omnem ſe ſuoſq; exponit perniciem. Nec me manſuetudo teneat: ſi obiram nõ uideri mox impleureſim hominem incidiſſe: & alium ita attenuari: & ſuffocari: ut neq; loqui: neq; bibere: neq; comedere poſſet: Quibus de rebus retundendi ſunt ire ſtimuli: & eius metuenda damnatio: qua dicitur qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio: igitur ſi iratus es fratri tuo: infirmatus es in animo tuo: quare ſi tue ægritudinis affectus curationem: fac quod tibi medicus iubet ſalutis: Si offers ĩquit munus tuum ad altare uade prius reconciliare fratri tuo: ac ſi diceret: Non in corde tacitam precem impacatus effundas niſi prius offenſum proximum ſatiſfaciendo ad lenitatis manſuetudinem perducas. Munus. n. noſtrum. oratio noſtra eſt: Altare uero noſtrũ cor noſtrum eſt: Qui hoc facere ſtuduerit præmiſſam damnationem nõ incurrit. ꝙ autem (quod abſit) id facere recuſauerit: Quis eum a iudicio æternæ ſlibera bit damnationis? nempe inuanum orat inuanum ieiunat: inuanum munera offert: inuanum carnem afligit: inuanum in ergaſtulo claudi tur monaſterii: perinde præceptor noſter ſubdit: Qui autem nõ uult petere ueniam: aut non ex animo petit: ſine cauſa eſt in monaſterio: etiam ſi inde non proiiciatur: fruſtra eſt in monaſterio: qui diſcordiam habet cum fratre ſuo: & petere ueniam: non uult: Aut ſi non ex animo petit: ut ꝙ inuitus uel ficte petat, Reconciliatio enim ex cordis debet proficiſci armario: Vera debet eſſe & non ficta: fides & non proditoria: Alioquin iudam imitatur qui pacis obſculo præceptorẽ ſuum & mundi tradidit ſaluatorem: Sed ſunt nõnulli: Qui obſtinati: petenti ſibi ueniam delicta remittere nolunt. contra quos illa uenit ſententia: de qua etiam paulo ante diximus: ſi non remiſeritis peccata eorum: nec pater ueſter cœleſtis remittet uobis peccata uoſtra. Sunt alii qui bis ter quaterq; dimittunt: Sed ſi pluries offenduntur remit tende iniuriæ beneficium penitus negant: Quibus non ego: Sed iudex reſpondet uniuerſorum: Nam Petro petenti: Quotiens peccabit in me frater meus dimittam ei: uſq; ſepties? Definiendo inquit

Non dico tibi usq; septies: sed usq; septuagies septies: ac si patenter di
ceret: totiens eis dimittere debes: quotiens ipse ex animo petit dimit
tendum: neq; enim numero: neq; gradui alligata esse misericordia de
bet q̄ etiam multi sunt: qui mutua facta offensione priores ad peten
dam ueniam esse nolunt: aut quia uerentur: ne a proximis despiciant'
aut quia mente inflati dedignantur: Quibus dicitur q carnale cor ha
bent: dum uel huius uite gloriam querentes humilitatem respuūt uel
pluris mundi erubescentiam faciunt cum tanti officii priores executo
res esse contemnunt. Vertant hi tales animum in summi dei maiesta
tem quā cum ineffabili offendissemus culpa: inter eam genusq; huma
num tanta fuit orta discordia: ut nulla quippe esset humana reconcili
atione digna: Sed ipsa sua infinita imēsaq; mota misericordia ad nos
prius suos legatos: patriarchas scilicet & pphetas destinauit: ut nos ad
concordiam pacemq; conficiendam rogaret atq; disponeret. Subinde
unigenitum eius filium e celo misit in terrā ut homo fieret: factusq;
homo in terris uideretur: conuersareturq; cum hominibus: qui tante
maiestatis iussa cōplens pacem nūtiauit nascendo cantantibus āgelis
gloria in excellis deo & in terra pax hominibus bone uoluntatis. pa
cem indixit predicando. pacem ostendit miracula faciēdo. pacem pro
misit se transfigurando. pacem disposuit fragella suscipiendo. pacē scri
psit sanguinem in cruce fundendo cuius liber fuit corpus sanctissimū
attramētum sanguis eius preciosissimus. Calamius dira lanceæ diriq;
claui. Scriptores fuerunt immanissimi crucifixores testes fuerunt an
geli pacis amare flentes: & beata uirgo & iohannes iuxta crucem inex
plicabili dolore affecti stantes. precium fuit sanctissima eius anima rā
dem ipse pacis auctor: pacis fuit & preco: cū alte intonuit pater ignos
ce illis: quia nesciunt quid faciunt: ad hoc tonantissimum uerbū. Ad
hanc sūme deprecatōis uocē: ad hoc sūme pietatis officiū celestis pr̄ cū
toto genere hūano pacē acceptauit cōcors esse cōsētiit. fideiussion ēad
eā i eternū seruādā dedit: cū humanitatē super totam naturā angelicā
ad dexterā sue maiestatis collocauit: cū sancti spūs munera tribuit: cū
& ipsum in spē līguarꝫ ignearꝫ sup apostolos in cenaculo cōgregatos
misit: Erubescat igitur humana superbia: si sic facta ē hūilis diuina cel
situdo Cōfundātur qui priores esse nolūt infaciēda cū pxima: quem

offenderunt concordia:si diuina maiestas a nobis offensa prius lega
tis:subinde se ipsa nos rogando ad pacem concordiamq; faciendā pre
uenit:Hinc parens noster quæstione prima egregii uoluminis questi
onem ueteris ac noui testamēti ait: Tanta est dei clementia:ut contu
melias passus ab his:quos fecit:sufferat: & prior uocet eos ad pacem:
Sunt deniq; compĺes:qui suas iniurias tarde relaxant: dei uero citius
indulgent sitq; nonnūq̄:ut occasione diuine ulciscēde iniurie:suas ira
ti uindicent passiones. Sed isti noscāt q̄ ab hominabile sit deo:ut ipe
nostre clipeus fiat ultionis:qui pater est omnis miserationis: Nō igi
tur liuore uindictæ:sed ratione administrande iustitiæ:illate deo iniu
rie sunt puniende. Et cum ex his euidentissime constet dolosam ling
uam:iniqua labia:os maledicum:cōtumeliosa & aspera uerba:durūq;
sermonem: unam ex aliis præcipuam esse causam litium & discordia
rum:ideo iubendo transigit. Proinde uobis a uerbis durioribus par
cite:que si emissa fuerint ex ore uestro non pigeat ab ipso ore proferre
medicamenta:unde facta sunt uulnera:Sūmi dei famulus regis dauid
perfectus imitator semper ponere custodiam ori suo debet: ne delin
quat in lingua sua:quoniā ut Apostolus Iacobus inquit, Lingua mo
dicum membrum est:sed magna exaltat: Ecce quantus ignis: quoni
am modica sintilla: quā magnam siluam incendit: Et lingua ignis
est uniuerse iniquitatis:lingua constituitur in membris nostris: que
maculat totum corpus:& inflammat rotam natiuitatis nostre inflam
mata a gehenna:omnis enim natura bestiarum uolucrum:serpentiū:
ceterorumq; animalium domatur irrationabilium & domita est a natu
ra humana:linguā autem nullus hominum domare potest. Iuqnietū
malum plena ueneno mortifero. ꝓpterea tritum ait ꝓuerbium. nulla
fera in silua peior q̄ mala lingua: & addit beatus Iacobus. in lingua:
benedicimus deum & patrem:& in ipsa maledicimus hoīes: q ad ima
ginē & silitudinē dei facti sunt: Ex ipso ore ꝓcedit benedictio & ma
ledictio:sed nō oportet inqt fratres mei ita fieri:Nunqd fons de eodē
foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid potest fra
tres mei ficus uuas facere? aut uitis ficus? Sic neq; salsa dulcem potest
facere aquam: Quis sapiens & disciplinatus inter uos? ostendat ex
bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ:

ꝙ si zelum amarum habetis & contentiones sint in cordibus uestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus ueritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens a patre luminum: sed terrena animalis diabolica: ubi enim zelus & contentio: ibi incõstantia & omne opus prauum: Que aũt sursum est sapiẽtia. primum quidem pudica est deinde pacifica: modesta: suadibilis: bonis consentiens: plena misericordia & fructibus bonis: iudicans sine simulatione: fructus aũt iusticiæ in pace seminant̃ facientibus pacem. Et q̃ magne prauitatis est ligua ut eam ignem uniuerse iniquitatis maculatricem tocius corporis: inflãmatricem rote natiuitatis nostre: in domabile membrum. ferarum omnium inmanissimã. inqetum malum. uas ueneni mortiferi. oppositorum contra omnem uim nature: benedictionis. s. & maledictiõis auctricem. cõtentionum. rixaꝝ. & omniũ guerrarum ductricem xpi dicat aplus: que & si: ab homĩe domari nõ possit: a summe tñ potestatis deo utiq; potest: iccirco eius supplicemus maiestati: ut ipam domare dignetur: Nos uero ipso patrocinante & custodite & refrenare eam possumus: ideo totis uiribus dirigamus ipsam: in ꝑmis: in finẽ suum in laudẽ. s. dei: sub inde ad ea: que & nobis & ꝓximo sunt necessaria: cum mansuetudine amenitate & dulcedine q̃dam uerborum explicãda: Nanq; ut Salomon ait. Responsio mollis frangit iram. sermo durus suscitat furorem: Dulce quippe uerbum inimicos mitigat: amicos multiplicat: pacem componit: iurgia tollit: homines ligat: hinc poeta cecinit uerba ligant homines tauroꝝ cornua funes. ideo rõnalis & lenis debet esse sermo iuxta præceptum apli Pauli dicẽtis: uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: Et maxima quidẽ consideratione est ante ꝓlationem discuciendus: quoniã cũ prolatus fuerit inreuocabilis est: nec iuuat ꝓferẽti in remediabilis scandali dolor: leuis quidem est sermo: quia leuiter uolat: sed grauiter uulnerat: leuiter transit: sed grauiter urit: leuiter penetrat animũ: sed non leuiter exit: leuiter profert̃: sed non leuiter reuocat̃: facile uolat ideo facile karitatem uiolat. Quare unusquisq;: qui sapiens esse desiderat. sermões suos præcogitet: & examinet prius in pectore: q̃ proferat in ore: Qui enim sunt leues faciles ac ĩportuni locutores (ut inquit Aulusgellius) nullo reꝝ pondere in nixi uerbis humidis & laxantibus oĩonẽ bene

existimant in ore nasci non in pectore linguam. Quo circa qui recte
& inreprehensibiliter loqui uult: non solum quid loquat̃: sed ubi qñ
cui: quomodo: coram quibus & ꝓpter quid loquat̃ diligenter inqui
rat: necesse est. neq; quispiam putet ab aduersariis nõ ponderari uerba
aut ab asistentibus non considerari sermonem: aut innocentiã mentis
a quopiam defendi: si delinquens est sermo: quoniã quisq; tale ꝓfert
iudiciũ: ut si uanus sit sermo. uane conscientie sit iudex: qa ut probe ĩ
quit Aristoteles uoces note sunt earum: que sunt in anima passionũ.
Quippe mores hoĩs lingua pãdit: & qualis sermo ostendit̃: talis ani
mus approbatur: quoniã ex abundantia cordis os loquit̃. Hinc scrip
tum est sermo uarius non erit absq; iudicio: qa ad omni statu rectitu
dinis depereunt: que p uerba uana dilabunt̃. Sane igit̃ præceptor nr̃
duriora uerba: que in cõsiderata & in corde parũ digesta sunt euitan
da esse inquit: q̃ tamen si uel ex in consideratione: uel ex alicuius ĩpor
tunitate: uel etiã ex propria fuerint emissa malicia: emendanda esse iu
bet: sic sane ut ex ĩpo eodẽq; ore non pigeat ꝓferre medicamenta: un
de facta sunt uulnera: ut si aspere: si cõtumeliose: si superbe os locutũ
est. leniter laudabiliter: humiliterq; ueniã postulando sanetur: cautũq;
& disciplinatum fiat imposterum: & p̃sertim q̃ deo dedicatorum est:
quoniam ut diuinitus Apostolus Iacobus loquit̃: Si quis aũt putat
se religiosum esse nõ refrenans linguã suam: sed seducens cor suũ: hui
us uana ẽ rligio. Cum litis & discordie prælibauerimus plures eẽ cau
sas: ex quibus conuitia: maledicta & obiectiones criminũ primatum
tenere: tam ex nostri præceptoris: q̃ alioꝵ sanctorum pluriũ testimo
nio: ac etiã ob eorum ĩexplicabilem prauitatem asseuerauerimus: iam
pro tã diabolico euitando effectu superest: ut alias in unũ coartemus
quarum p̃me reꝵ terrenarum est cupiditas: Hinc Lotb: Abraæq; pa
stores rixati sunt: hinc Esau Iacob ꝑsecutus: hinc Nabel dissentiit a
Dauid: præclare igit̃ in sermone de pace. Ab Augustino dictum est
Ille uere pacem habet: qui nihil appetit de seculo possidere. hic tranq
lus est: hic gaudet de bonis cunctorum. Pagano illo Seneca dicente:
Quietissimam uitã agerent homines in terra: si hec duo uerba a natu
ra rerum oĩm tollerent̃: meũ & tuum. O beata pauptas: uberibus pa
cis plena: ubiq; secura: ubiq; illesa: ubiq; cũctoꝵ amica. Nã q te amat:

teram pacem amat:& q te non amat tranquillitatem omnem ignorat
Altera est dominandi cupido. Quod genus cause a superbia: que ma
ter est oim iurgioꝝ:radix omnis cupiditatis:& caput oim uitioꝝ: or
tum hēt. Sic Amalech cōtra dei populū. Absalon contra Dauid: Abi
malech contra uiros Sichen. Robaon contra suā gentē pugnauit. Sic
& xpi discipuli celebrata cæna nūctiataq3 morte saluatoris: quis eorū
foret maior contendere ceperunt:ad quos dn̄s Iesus icrepandos dixit
Reges gentiū dominant̄ eoꝝ:& q potestatem habent inter eos bene
fici uocant̄. Vos aūt non sic:sed q maior est in uobis fiat sicut iunior
Et qui p̄cessor est sicut ministrator. Nam quis maior est:qui recūbit:
an q ministrat: Nōne qui recūbit: Ego aūt in medio ur̄m sum: sicut
qui ministrat. Vos aūt estis qui pmansistis mecum in temtationibus
meis:& ego dispono uobis:sicut disposuit mihi pr̄ meus regnum:ut
edatis & bibatis sup mensā meam ī regno meo:& sedeatis super thro
nos duodecim iudicantes:duodecim tribus Israel. ¶Tertia causa est in
uidia: qua sic homines irritant̄ ad lites & odiū:ut per eā Chaym iter
fecerit Abel:Saul persecutus fuerit Dauid:Ioseph a fratribus uenūda
tus. Christus a iudeis crucifixus extiterit:perinde p ns noster ī sermo
ne de inuidia ita dicit. ¶Inuidia.n. omnes uirtutes cōcremat.oia bona
dissipat:oia mala generat. Ipa inuidia est illa pessima tinea:q̄ purpura
menta uirtutū demolit̄. Erugo q̄ thesauꝝ sapie depraedat̄: brucus q
terraꝝ uirentia cōburit:quia quicqd boni operis uirescit in hoie pleo
pestis inuidia perdit:hec est q̄ angelū de celo ꝓiecit. q̄ hominē de pa
radiso relegauit:q̄ filios Israel in deserto percussit:q̄ contra Ioseph fra
tres armauit:q̄ Danielem in lacū leonum cōduxit:que caput nr̄m cru
ci affixit:q̄ iudā suspendi fecit. ¶Scitote inquit fratres & dicite atq3 præ
dicate super tecta:q inuidia est illa uera pessima:que fidem tollit:con
cordiam dissipat:& oia mala generat:hec ē: q̄ Abel occidit: Adam de
paradiso eiecit: mortem in orbem terraꝝ introduxit: pastorem suspē
dit: Petrum iugulauit:dū xp̄m negauit:Paulū decollauit:& Iohannē
Stephanum lapidauit. Goliā ꝓstrauit: Dauid decepit: muros Israel
euertit. Romā est depopulata:carthaginem destruxit: Troiā deuasta
uit:& innumera mala per hanc ferā pessimā in orbe terraꝝ facta esse
legimus. ¶Sepissime autem ad lites discordiasq3 hoies libidinis cōcitat

turpitudo:nam & Sampson a philisteis discessit ob eius uxorem alteri traditã. Quia Aman uiolauit Thamar inter germanos orta est discordia. ꝓpter abusum fœdissimũ uxoris leuite inumera euenerũt mala. Multa ꝓpter diuine oppressionẽ secuta sunt homicidia. sodomitæ domũ Loth: ut fœdarent angelos: qui ibidẽ in humana spẽ hospitabãtur: circumdederunt uallo: Troiane urbis excidii cardo helene raptus fuit: Si huius fœditatis. lites guerras. mutilationes: homicidia: deuastationes: incẽdia: psecutiones: tormenta: exilia: obprobria. uiolatiões abominatiões. & alia innumera mala enarrare uellemus. nec tempus ad dicendũ: neq; charta quidẽ sufficeret ad scribendũ: pinde responsione quinta yponesticon Augustinus dicit calore libidinis succensus & illectus nõnũq̃ pr̃ inclinat filiã: & operat᷑ incestũ: filius etiã patris thoꝝ maculat: cũ matre uel nouerca aliq̃n miscet᷑: In sororẽ frater turpitudine ductus incurrit. Cognatam nõ erubescit oppmere. uirgo licẽtiã nõ sustinet nuptiaꝝ: stuprũ tempore cõcupiscit illicite. Maritus minime contentus licitis uxoris ãplexibus uetitos cõtaminat alienos Sil̃r & uxor imemor propũ mariti cubile. ad ulterino amore uxoris thoꝝ aliẽe: & mascl̃i relicto naturali usu fœmĩe exardescũt ĩ desideriis suis ĩuicẽ: masculi ĩ mascl̃os turpitudinẽ opãtes horret etiã plus his: q̃ dicimus dicere: ꝙ hõ ĩmemor nature sue ratiõalis: ĩ ratiõabili nature & aliene a sua cũ pecude coire cõpellit᷑ Quid de ruina aliq̃ntoꝝ seruorum dei: & sacraꝝ uirginũ dicã: q̃ hac tẽpestate naufragia patiantur: quid ue de diuersis ĩmunditiis eoꝝ: in q̄bus auctorẽ ipi sibi diabolũ displicere debemus: Ecce quo calor libidinis: ĩ q̃s ignominiaꝝ sordes humanas ire illicite pcipitat mentes: Et q̃d litis genus acrius. q̃ dissentio exacrabilior: que discordia detestabilior: q̃m ut creatura a creatore seruus a dño: factura a suo dissentiat opifice: q̃ ut quis cõtra se ipsum pugnet. At uero p libidinẽ anima segregat᷑ a facie dei: p libidinẽ anima sue lucis candorẽ extinguit: hinc in cõmentariis sup psalmos præceptor nr̃ ait Sicut ignis cõsumit uestem: sic libido animã quare inq̄t fratres timete ignẽ concupiscentie male: si non uultis perire a facie dei O quanta igitur iniquitas: & q̃m lugenda peruersitas: ut animam q̃m christus suo sanguine redemit luxuriosus propter unius momenti dolectationem libidinis: diabolo uendat. uere plangenda nimis & mi

ſeranda cõditio: ubi cito præterit quod delectat: & permanet ſine fine quod cruciat. ſub momento libidinis impetus tranſit: & pmanet ſine termino infælicis obprobriũ. Sed dicet aliquis: iuuenis ſum ſine faciã quod delectat: & poſtea penitentiã agã: quõ ſi dicat: pcutio me crudeli gladio: & poſtea uado ad medicum: & neſcit: q unius hore puncto uulnus accipit: ſed uix longo tempore ad ſanitatẽ priſtinã reuocatur ut quid non timeat: ne pereat dilatio & ſuccedat eterna dãnatio. Ob hanc rem ut pater noſter aurelius Auguſtinus in ſermone de euitãda mulierum familiaritate inquit. refrenanda eſt: familiaritas cũ mulieribus & oculorum in cauta fragilitas ne mors intret p feneſtras noſtras cum enim mulierem aĩo libidinoſo conſideras p feneſtram corpis tui in ſecretum cordis: uenenum mortis inſtillat. Talis cogitatio & ſi aliquo impediat casu: ut non impleat uoluntatem: nihilominus actiõe criminis cõdemnatur a dño: quia uoluntas praua faciendi reputat p opere facti: Et ĩ libro de cõflictu uitiorum illibatã caſtitatem luxuriæ reſpondentẽ introducit dicens. Nolo ignorare te: fingas qd poſt hãc uitam ſine fine recipias: ſi enim pie & caſte uixeris ſine fine gaudebis Si uero impius & luxurioſus eris eternis incẽdiis ſubiacebis. Inde. n. magis caſtus uiuere debes: unde q̃ citius tempus acceptum pertrãſeat ignorare te dicis: Quodq ĩ exordio humãĩ generis ad hoc maſculum & feminã deũ cræaſſe profiteris: ut mutuis ſe amplexibus miſcere deberent: omnino uerisſime dicis: Sed quia nubendi licentia quibuſdã tribuitur hoc eſt qui uirginitatem uel caſtimoniam uidualem nequaq̃m profeſſi ſunt. Quibuſdam autem nõ tribuitur ſed ĩterdicit: ideſt qui uirgines uel continentes eſſe decreuerunt: fornicatio uero qa nulli impune conceditur non attendis. An non & contemnendum putas quod apoſtolus lubricis dicit: facite fornicationem fratres: quodcũq enim homo fecerit peccatum extra corpus eſt: qui autem fornicat in corpus ſuum peccat. quod ſi paruipendẽdum exiſtimas. Audi quod poſtea in ſempiternum plorabis & gemes. Neq enim adulteri inquit neq fornicarii: neq corruptores: neq maſculorum cõcubitores: neq molles regnum dei poſſidebunt. O q̃m parua & modica eſt concubitus hora qua perditur uita futura: quod autem emolumentum affert corpori: quod ue tribuit lucrum: que tam cito perducit ad tartarum.

pieq; regit & gubernat:nõ solum a subditis digne uenerari:sed deum sublime uidere meretur.Et dum ipse super gregem uigilat: diuina super eum gratia largius coruscat: Subditi uero prælatos suos honorare debent:tum quia xp̄i uices in monasterio gerunt.ũde & ipse dominus pastoribus ait.Qui uos audit:me audit:& q uos spernit:me spernit. Tum ut maledictionem euitent.Nam maledictus est: sicut in deutronomio scribit᷑.Qui nõ honorat patrem.hinc Canaã & nati eius & nati natorum eternam incurrerunt malestictionem q̃m̃ Noe pr̃is sui pudenda uidẽs risit: & cum magis ac magis despiciens duobus fratribus suis nuditatem iure tegendam foras nuntiauit. At enim in superioribus presidentem in monasterio a nobis tanq̃ patrẽ haberi:& ei obediri:iussit prælatorum item maledictio: etiam si mali sint timẽda est. Nanq; maledictus utiq; erat: quẽ Balaam maledicebat: Tum ut suas euitent confusiones:Nanq; apud ecclesiasticum scriptum est:Decus filii:pater sine honore. Tum ut diuinæ obediant scripture Scriptum est enim in libro ecclesiastici.Sit in medio fratrum rector illoꝝ in honore tum ut nature comitis sint:Entia enim ab ipso omnium rerum opifice iuxta naturam proprietates sic disposita sunt:ut in omni rerum genere unum primum sit.quod metrum & mensura sit ceterorum:que in eo continentur.& ad illud referantur:deferantq; ei uel naturali instinctu;uel a superiori mota intelligentia:uel a ratione concitata: Eo pacto Apes regem fouent:comitantur:& ei tanq̃ eorum imperatori atq; duci domicilium fabricant:uictum ministrant: & a quibuscunq; tuentur & defendunt in cursibus:Eo pacto deum tanq̃ uniuersi principem uniuersa muudi entia honorant: magnificant:extollunt:& suo modo laudant:& benedicunt:Iuxta cytharedi doctrinam q omne creature genus ad deũ laudandũ bñdicẽdũq; arcessit.ꝙ si etiã minus bõi p̄lati fuerit a subditis nihilominus honorari & eoꝝ iussa adipleri dñt:iuxta p̄ceptũ saluatoris ĩ euãgelio dicentis.sup cathedrã moysi sedebãt scribe & pharisei q̄cũq; dixerit uobis facite scd̃m aũt opa eoꝝ nolite facer̄: sed si bõi sint & rõe ptãtis & rõe uirtutis honorãdi sunt & timẽdi:acerrimus.n.ultor ẽ deus: uicarios nũtios: & seruos suos despitiẽtiũ:ĩde pueros heliseũ despiciẽtes demões mursoꝝ forma apparẽtes deuorauerũt: at uero p̄lati etiã q̄nto plus honorãt᷑ exterius

tanto ipsi humiliores debent esse interius. Tanto insuper magis deū timeant: se ipsos despiciant: & eos a qbus honor ipenditur sibi in cogitatione præponāt: pinde pceptor nr̄ tertiā ponens cōditiōem adiecit.

Textus. Augustinus.

Imore coram deo substratus sit pedibus uestris.

Commentum. Ambrosius.

T si omnes immortalem deum timere debeamus: quoniā sicut scriptum est: beati omnes qui timent dominum: prælati tñ multo magis eius timere debent maiestatē: Tū quoniam ipsi de subditorum animabus reddituri sunt rationem: ūde ad Hebreos: apostolus Paulus scribens ait. Obeditis præpositis uestris: & subiacete eis: Ipsi enim uigilant quasi rationē pro animabus uestris reddituri: At enim cum rationalis anima tanti sit: tantumq; deo cara ut pro ipsa redimenda: suam uitam christus posuerit. facillimeq; labatur: mirum immodum eius pastor timere debet: ne eius pereat negligentia: & eius obligatus fiat perditioni: qđ Augustinus pertimescens gemēs dicebat. Quid faciam cum a me exigetur ratio tot animarum que pendent ad collum meum: Tum quoniam prælati ad subditos se habent: q̄madmodum ad suos exercitus imperatores: quibus de uictis castra expugnentur oportet: hinc in machabeis scribitur: ꝙ cum caderet Iudas cæteri fugierunt: Et in calce primi regum aperte notatꝰ ꝙ cum totum prælii pondus contra philisteos in Saul fuisset conuersum: ipso interempto ōis pene exercitus periit. Tum quoniam in die nouissimo ante inflexibilis iudicis tribunal querele: allegationes clamoresq; subditorum eos: eorumq; negligentias: iniustitias: rapinas: passiones: & flās sententias accusantes astabunt: O quantum patientissimus Iob has metuebat querimōias cū diceret. Aduersum me terra hoc egens mihi subiecta clamat: O q̄ diuus Hieronimus afficiebatꝰ terrore: cū de se subditisq; reddēdas rōes cogitādo dicebat quotiēs diē illū cōsidero: toto corpe cōtremisco: siue. n. comedo siue bibo siue qđ

aliud facio semper auribus meis uox illa terribilis uidetur insonare: Surgite mortui uenite ad iudicium: O quanto parens noster exinani bat pauore: madefiebat luctu: cruciabatur cogitatu: cum diceret: heu quid illa die faciemus: quando etiam de omni nostra cogitatione su mus reddituri rationem: & coram illo iudice: qui nec gratia preuenit nec misericordia iam flectitur: nec pecunia corrumpitur: nec satisfacti one uel penitentia mitigabitur: & in damnatos acerbissimam irreuoca bilemq; illam sententiam infert: Ite maledicti in ignem eternum. Tū quoniam ut idem parens noster posterius dicet prælatus quanto ī lo co superiore tanto in maiore periculo uersetur: Et quanto splendore honoris quisq; cælsior est: tanto si delinquat: ut inquit Isidorus pecca tor maior est. Propterea Bernardus ait: q̄ facile est in alto se intuētem obstupescere: cadit enim grauius iuxta antiquum sermonem qui ait. Quanto status altior: tanto casus grauior: Sane igit̄ sanctus Ambro sius suo in pastorali de episcopis inquit: Sicut leuius est de plano cor ruere: sic grauius est: q̄ de sublimi ceciderit dignitate: quia ruina quæ de alto fit grauiori casu colliditur: Honor quidem episcopalis coram hominibus præclarus est: sed si ruinam sustineat dolor magnus est: Nam quantope ceteris gradus epicopalis altior est: tāto si per negli gentiam dilabitur ruina grauior est. non enim est tanti gaudii ex cel sa tenere: quanti meroris est de excelsis corruere: Nec constat tantam gloriam sequi post uictoriam: quantam ignominiam post ruinam: Tum quoniam tunc recte timere deum maxime debemus: quando ipsum contra nos iratum esse cognoscimus: At uero huius ire signū est prælationis collatio teste nostro parente qui ait: In nullo magis sentio mihi deum iratum: q̄m cum essem indignus poni ad remum: positus sum ad gubernaculum. Tum quoniam qui ad plura obliga tus est. Magis timere debet: iuxta saluatoris sententiam in euangelio dicentis: Omnium autem: cui multum datum est: Multum quere tur ab eo: Et cui commendauerunt multum plus peterit ab eo Ad.n. ad multa plura præsidentes quam subditi tenentur. Oportet enim eos exemplar esse omnis bene institute & obseruande uitæ: Hinc apo stolus paulus in epistola ad Thimotheum episcopi uitam describēs sane inquit. Oportet enī episcopum irreprehēsibile esse unius uxoris

Virum.ornatum.pudicum.hospitalem.doctorem:non uinolentum Non percussorem:sed modestum:non litigiosum:non cupidum:sue domui bene præpositum. filios habentem subditos cum omni casti tate:Si quis autem domui sue præesse nescit:quomodo ecclesie dei di ligentiam habebit.Non neophitum: ne in superbia elatus in iuditiū incidat diaboli: Oportet autem & illum testimonium habere bonū ab his:qui foris sunt:ut non in obprobrium incidat & in laqueum di aboli.Chrisostomus quoq; ait. Sit episcopus temperans: & non sup bus.sit reuerendus: Sit negociis opportunus: regentisq; auctoritate dignus & plenus sit.Sit etiam secretus:sit mitis & humilis:sit liber & uehemens: Sit etiam mansuetus & constans:ut eum quem dignū esse uiderit cum multa potestate asciscat: etiam si uniuersi obstiterint: In dignum etiam si multorum suffragia eum prosequantur cum eadem auctoritate respuat:nil aliud respiciens nisi edificationem ecclesie. nū q̄m faciat odio uel fauore. Hec quidem & si de episcopis asserta sint. omnibus tamen iuxta suam præsidentiam expedit.ut quam dederūt subditis in se gerant formam uiuendi: quoniam non potest exercitū continere imperator.Sicut a Marco Tullio præclare dictum est: qui se ipsum non continet. bene igitur & congrue de omni præsidentæ. Gregorius pontifex maximus in pastoralibus loquens ait:necesse est ut rector sit cogitatione mundus: actione præcipuus. Silentio discre tus:in uerbo utilis:Singulis compassione proximus:præcunctis con templatione suspensus:bene agentibus:per humilitatem socius:Con tra delinquentium uitia: per zelum iusticie erectus: interiorum curā exteriorum occupatione non minuens: exteriorum prouidentia inte riorum sollicitudinem non relinquens: cum igitur ad tot tantaq; ser uanda obligati sint prælati:longe magis q̄ subditi timere deū debēt. Id ambrosius Gregorius:Nazarenus:& alii q̄ plures uiri sanctissimi: sicut in eorum gestis legitur meditantes: cum ad eorum assumi dig nitatem debuissent solitudinē petierunt. Id excogitans parens noster Augustinus cum ad presulatum assumeretur plorauit Marcus quoq; euangelista:ne sacerdotio fungeretur pollicem sibi gratia humilitatis abscidit:& iure quidem: quoniam ex septem Episcopis asie qui prop ter eo℞ sanctitatē angeli uocati sunt.aliquos deus obiurgatus est:q̄m

in aliqbus q̄q̄ minimis & paucis deliq̄rant.q̄m magno igitur timore affici debent: Qui longe a super cœlestium mentiū distant pfectione Tum deniq; quoniam de eisdem excessibus intensiores luent penas: Itaq; non solum ad plura obligati: plura recipient tormenta: sed etiā maiora. Eas igitur ob causas bene ac merito præceptor noster inquit Timore coram deo prælatus uester substratus sit pedibus uestris. Ac si aperte diceret licet a uobis honorandus sit ipse propter periculosio rem statum: in quo manet: timore coram deo affectus: per mentis hu militatem uestris sit pedibus substratus: ita ut si superior sit honore: inferiorem se existimet timore. Hinc scriptum est Quanto maior: es humiliate in omnibus. Et iterum ducem te constituerūt: noli extolli Et dominus in euangelio Omnis qui se exaltat humiliabit: & qui se humiliat exaltabit: Tanto quippe maior est quisq; apud deum: q̄to humilior est apud semetipsum.

Sequitur Quarta conditio.

Textus. Augustinus.

Irca omnes se ipsum bonorum operum prebeat exemplū.

Commentum. Ambrosius.

Icut se polientes qualiter se linire & ornare debeant in spe culo intuentur: ita & subditi qualiter uiuere debeant in p̄ lato speculantur: & sicut ab exemplo exemplata conditio nem suscipiunt. Vt si illud corruptum uel emendatum sit: talia inde exemplata sint oportet: Et si ars mentis bene istitute sit: artificiata be ne producantur: necesse est. Hinc quecunq; fecit deus sunt ualde bona hoc est in suo genere perfecta: Quoniam ars sua perfectissima & ifal libilis est: & quoniam uite prælatorum semper subditi sunt inspecto res: quo pacto: qua fronte prelati subditos ut boni sint monere p̄nt: si ipsi mali sunt: quonāmodo: ut recte incedant: si ipsi obliq̄ & tortu ose cōtendūt: q̄liter ut mādata seruent: si ipsi sunt trāsgressores māda torꝫ. ergo merito iubet: ut circa oēs se ipos boꝝ opꝝ p̄beāt exēplum

Et enim sicut alios ordine:ita & eos sanctitate precedere debent: quatenus eius exemplo discant subditi qualiter uiuere debeant:quoniam ut poeta cecinit:a boue maiori discit arare minor: Sed diligenter ānotanda sunt singula uerba: que in hac quarta prelati conditione ponūtur:in qua iubet ut se ipsum aliis faciat exemplum: Primo enim dicit circa omnes:quoniam non uni uiā bonam:alteri malā: sed oībus rectam ostendere debet:Rursus in hac generalitate & deum: & angelos: & cuiuscunq; generis homines includere debemus::quoniam coram his omnibus bonus:& esse:& apparere ꝑlatus debet: hinc apostolus paulus ad romanos dominatores orbis scribebat. Nolite malum pro malo reddere.sed sitis prouidentes bona: nō solum corā deo:sed etiā coram omnibus hominibus: coram quidem deo: ut adeo ꝑlati reprimientur. Coram angelis sanctis:ut de ipsis gaudium suscipiant: corā angelis malis:& ab eis cōfusi abeant.coram bonis hominibus:ut ī bonis confirmentur operibus: coram autem malis: ut per eorum bonū exemplum corrigantur & emendent᷑.hanc generalitatem christus in euangelio mandauit cū iussit poni lucernam super candelabrū: ut luceat omnibus qui in domo sunt:per lucernam enim.nil aliud interp̄tramur.nisi bonam & exemplarem uitam prelatoꝝ: que super candelabꝝ. hoc est ineminenti statu posita omnibus scilicet bonis & malis utpote cœlestibus terrestribus. & infernoꝝ mentibus: que in domo .s.dei sunt lucere debet. Nanq; totus mundus una dei domus est. in cuius excelsiori aula:hoc est in empyreo cœlo a tota beatoꝝ spirituū facie ad faciem uidetur cohorte.hi pricipes.duces.proceres. milites & ciues præstantissimi sūmi imperatoris sunt.In media uero aula homines adhuc ī immortali carne uiuētes deo famulant᷑ denarium.hoc est decem mandatornm obseruātie futuram eternamq; mercedem expectantes. In insima tanq̄ in carcere trusi sunt demōes diuina alligati potestate:& uelut in stabulo putredinis locati sunt homines damnati:q cum in hoc medio uiuerent hemisperio fieri uoluerunt sicut equus & mulus in quibus non est intellectus.pro quorum dignitate ex ꝓbanda scriptum est.homo cum in honore esset non intellexit. cōparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. quare merito ī stabulo infernali.ubi picis sulphuris.serpentiū: & omnium uenenosoꝝ

animalium fetor abundat locati ſunt. Subinde ait ſe ipſum omnis.n. res publica humani corporis gerit ſimilitudinem: quoniã ſicut in il lo multa ſunt membra iuxta apoſtoli pauli ſententiã non eundẽ actũ habentia: unum aũt caput: a quo ſingula membra dependent: ita & ĩ re publica unus debet eſſe rector: ad quem ſubditi omnes reſpiciant: Quo ſane inutroq; fit: ut dolente capite cetera membra langueãt Ecõ tra ſi ſanum caput extiterit membra etiã ſanitatem ſapiant neceſſe eſt Ceu ſi fons dulcis eſt: & riuulorum aqua dulcis ſit oportet. Semp enĩ principii uirtus in principiata diffunditur: Quocirca recte parens no ſter ait: ut prælatus ſe ipſum bonorũ operꝝ prebeat exemplũ: ac ſi di ceret. ut alii boni: ſint: ipſe in ſe bonus ſit: ut bene ſua res publica gu bernetur: ipſe bene ſe ipſum gubernet: & alii bene operentur: ipſe om nis bone actiõis cardo ſit & origo. At uero nõnulli prælati ſunt: qui ſue rei publice bonum regimen ſatagunt in eorꝝ appareat ſubditis uo lentes: inſtar ſcribarum & phariſeorum ut illi iuſti pudici temperati & oĩ uirtute fulgeãt cũ tñ ipi raptores uoluptuoſi & oĩ ſint uitio labe factati. hi nimirꝝ huic ꝑcepto nõ parẽt. ut ſcilicet ſe ipſos bonorꝝ operꝝ ꝑbeãt exẽplũ tertia addit bonorꝝ qm̃ ſunt nõnulli: q dumõ ſibi mala caueant. putant ſe ſue ſatiſfeciſſe adminiſtrationi contra ſaluatoris pre ceptum: qui in euangelio ait: Sint lumbi ueſtri precincti: & lucerne ar dentes ĩ manibus ueſtris: lumbos enim ut diui Gregorii uerbis utar precingimus: cum carnis luxuriam per continentiam coartamus: qđ pertinet ad declinationem a malo: ſed quia minus eſt mala non agere niſi etiam quiſq; ſtudeat & bonis operibus inſudare: protinus addit & lucerne ardentes in manibus ueſtris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus: cũ per bona opera ꝓximis noſtris exempla mon ſtramus: Non ergo ſatis eſt: ut prælatus ſe a malis abſtineat: ſed etiã opus eſt ut bona faciat. Quarto adiecit opm quoniam ſunt quidam: qui bene de mandatorum loquuntur obſeruantia: laudant quippe & extollunt obſeruantes: & ut alii obſeruent optimis uerbis eos hortan tur: ipſi autem obſeruare negligunt. hos prælatura non decet: quoni am ad iſtos dominus ait. luceat lux ueſtra coram hominibus: ut uide ant opera ueſtra bona: & glorificent patrem ueſtrum: qui in celis eſt: Duo aũt ſunt: ut Gregorius exponit: ꝗ iubentur: & lũbos reſtrĩgere

& lucernas tenere: ut & mũditia sit castitatis in corpore: & lumen ue ritatis in operatione. Nõ igitur satis sunt bona uerba: ubi opus sunt facta. hinc in pastoralibus ait: Sit rector in operatione præcipuus: ut rectã uiam subditis bene uiuendo denunciet. Et rursus grex q pasto ris uocem moresq sequitᷣ per exempla: hoc est p opera exteriora me lius q̃ per uerba graditur: Et rursus probatio dilectionis: q̃ scilicet in mandatoꝝ consumatur obseruantia exhibitio est operis. Et Marcus tulius in libris officiorum ait: uirtutis. n. omnis laus in actione consi stit: & diuus Benedictus in reglã de abate inquit: Omĩa bona & sanc ta factis amplius q̃ uerbis ostendat: Quinto adnectit prebeat exẽplũ qm̃ pleriq sunt: qui a malo declinant: & bonũ faciunt: sed ne eis a sal uatore dicatur. Amen amen dico uobis recepistis mercedem uestram Et rursus ne reos se arbitrentᷣ: quia cõtra præceptũ fecerint: ubi dicitᷣ Attẽdite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus: ut uideami ni ab eis: eorum bona opera aliis ostendere prorsus recusant Quibus p Augustinum dicitᷣ. ꝙ qui recte intelligit utrunq implet & seruiet uniuersissimo domino: q seruum pigꝝ nõ damnaret: si ea q̃ fieri nul lo modo poterant: impetraret. Nempe saluatoris extat intentio: ut ꝓfugienda inanis gloria nemo sua bona opera affectet ab aliis sciri: & ab eo solum expectet mercedẽ: qui eũ in mentis intuetᷣ arcano: sed ut alios bona facere doceat: iubet ut luceat lux sua corã hominibus. ꝓ inde apostolus ait cõmendemus nosmetipsos ad omnẽ conscietiam hominum in conspectu dei: tanq̃ si diceret: si cõmendamus nos apud homines: non ideo hoc facimus: ut mundanam desideremus laudem tunc proculdubio incassum laboraremus: sed ut in conspectu dei me reamur: cuius maiestati alios nostro nitimur adipisci exemplo postre mo ex his omnibus transigimus: ut non in uno opere bono tantum sed sicut circa omnes: ita & in omnibus bonis operibus prælatus se ipsum præbere debeat exemplum iuxta apostolum dicentem: placete omnibus per omnia. sicut ego omnibus per omnia placeo: Et iterum Thimotheum mouens ait: Exemplum esto fidelium in uerbo in con uersatione: in karitate: in fide: castitate: dum uenio attende lectioni: exhortationi. & doctrine: Noli negligere gratiam que in te est q̃ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum præsbyterii: hec

meditare in his esto:ut profectus tuus manifestus sit omnibus:que si
interius perscrutemur:intelligemus profecto omne opus bonum qđ
ad prelatum pertinet seruandum iuberi:hec sanctissimus Apostolus
sicut seruanda docuit.ita exemplo saluatoris ipse opere cōpleuit:nam
quis digne ualeat eius quottidianam pro singulis prudentiam:& soli
citudinem omnium ecclesiarum explicare? Ipse enim erga omnes mi
sericors:erga omnes fraterna karitate affectus.Offendiculum quis pa
tiebatur:& ipse non infirmaretur.Offendabatur alius:& ipse urebať.
Paulus seruis & dominis.principibus & subiectis:uiris & mulieribus
liberis.& ī nuptis:cōtinentibus & luxuriosis:sapiētibus & in sipienti
bus.circumcisioni & præputio ecclesie & seculo.spiritui & carni:& de
niq; omni genti.nationi.& statui leges sanxit & imposuit:pro aliis q
dem letatur & gratias agit:Alios uero castigat & corripit.Alios uero
gaudium & coronam nominat.Alios uero stulticiam uocat:Cū aliis
quidem bene currentibus currit:Alios uero male currentes refrenat &
reuocat.Nunc seperat de ecclesia:Nunc recipit & karitatem cōfirmat.
Nunc luget aliquos:Nuuc letificatur ex aliis:Nunc lacte potat: Nūc
mysteria releuat: Nunc se deicit & exequat humilibus: Nunc secum
erigit humilis & exaltat:Nunc proponit spiritū mansuetudinis: nūc
superbis & arrogantibus apostolica auctoritate uirga minatur:Nunc
erigitur aduersus erectos:nunc efficitur discipulis tanq̄ si nutrix foue
at filios suos.Nunc Apostolorum omnium est minimus.nunc docu
mentum suum pollicetur per eum qui in se loquitur deus nunc resol
ui desiderat & esse cum christo: nunc permanere in carne propter eos
qui indigent:affectat:non enim querit que sua sunt:sed que filiorum
non commoda propria:sed que ad salutem pertinent animarum: nō
gloriam suam: sed summi dei:non gloriatur in oblectamentis huius
mūdi:sed ī cruce domini nostri Iesu christi: cuius ipe p̄co & uas elect
ionis factus est:ut deferret nomen eius ad omnes gentes:& ad omnia
extrema terre.Ecce igitur quomodo gloriosus apostolus omnibus p
omnia placuit:nullis laboribus:nullis periculis: nullis deniq; suis in
commodis parcens:Ideo ad Corintheos scribens ait:In omnibus ex
hibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: In multa patientia. in tri
bulationibus.in necessitatibus. in angustiis. in plagis in carceribus.

in seditionibus:in laboribus:in uigiliis:in ieiuniis in castitate: in sci entia:In longanimitate:in suauitate:in spiritu sancto:in karitate non ficta:In uerbo ueritatis: in uirtute dei.per arma iustitie a dextris & a sinistris:per gloriam & ignobilitatem:per infamiam & bonam famã ut seductores & ueraces: sicut qui in cogniti & cogniti quasi morien tes & ecce uiuimus.ut castigati & nõ mortificati: Quasi tristes: semp autem gaudentes: sicut egentes multos autem locupletantes: tanq̃m nihil habentes & omnia possidentes:& rursus eadem in epistola inq̃t Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit.Si quis deuorat.Si quis accipit.Si quis extollitur.Si quis in faciem uos cedit.Et ibidem suos enumerans labores ait:Ministri christi sunt:& ego:Vt minus sa piens dico plus ego: In laboribus plurimis in carceribus abundanti us:in plagis supra modum:in mortibus frequenter a iudeis quinquí es quadragenas una minus accepi.Ter uirgis cæsus sum semel lapida tus sum.Ter naufragium feci:Nocte & die in profundum maris fui: in itineribus sæpe:periculis fluminum:periculis latronum. periculis ex genere:periculis ex gentibus:periculis in ciuitate: periculis in soli tudine:periculis in mari: periculis in falsis fratribus: In labore & erũ na: In uigiliis multis: in fame & siti:in ieiuniis multis: In frigore & nuditate:præter illa: que extrinsicus sunt:Instantia mea quottidiana solicitudo omnium ecclesiarum.O lumen ecclesie.O.christianorum speculum.O.euangelii tubam.O. uas electionis & doctorem gentiũ Paulum in hoc fratres dilectissimi speculari debẽt prelati: hunc sequi debent præsidentes:hunc imitari debent pastores ad hoc discite:quo niam lux uestra coram deo: & hominibus lucere possit & debeat hũc parens noster Augustinus in doctrina. in moribus: in solicitudine: in sanctimonia:in regendis ecclesiis: in predicationibus:in confitien dis operibus: & in omni bona & sancta actione imitatus: factus est: diuino inspirante afflatu firmamentum ecclesie: Lux doctorum mal leus hereticorum & summum uas omnium scientiarum:

Sequitur Quinta conditio.

Textus. Augustinus.

Orripiat inquietos.

Commentum. Ambrosius.

Agnum profecto & salutifferum opus est deliquentes cor ripere & in sacris litteris sepissime demandatum: Unde sal uator noster & animarum medicus diligẽtissimus: eius ui cario Petro iubendo inquit. Si peccauerit in te frater tuus: uade & cor ripe eum. Et Apostolus Paulus scribens ad Galathas ait. Fratres si p̃ occupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto. Vos qui spirituales estis hu iusmodi instruite in spiritu lenitatis: Et scribẽs ad Macedones quos thessalonicenses appellat ait. Rogamus uos fratres: corripite ĩquietos quo ex loco parens noster hanc accepit conditionem quam tum ipse tum & alii sacræ pagine doctores pluribus in locis magni facientes amplificauerunt: Unde & diuus Gregorius in suo inquit registro. q̃ non corrigit resecanda committit. Et facientis culpam habet. qui q̃d potest corrigere negligit emendare: & in præclaro dialogorum uolu mine transigit. quod sicut non est ab oratione cessandum: ita non est negligenda correctio. Et Augustinus in libro de uerbis domini: si ne glexeris corrigere peccatorem: Maior peccator factus es eo: qui pecca uit. Origenes autem ait: ꝙ dũ sacerdotes ecclesie uni parcunt uniuer se ecclesie moliuntur interitum: Ideo remediale bonum est in peccato ut a cassiodoro assertũ est accelerata correctio: quoniam neq̃ aliquid tantum probat spiritualem uirum: Ut Augustinus asserit: sicut pecca ri alieni tractatio: Hinc & beatus petrus equo animo & benigna pie tate suscepit Paulum & laudauit: quoniam tanq̃m fidelis dispensator ueritatis eum redarguit. Et notanter inquit corripiat inquietos. ĩqui eti enim illi sunt qui dediti uitiis uagantur: & in dei fluctuãt seruitio Et siquidem: ut non modo adire portum salutis nequeant: sed de pro pe naufragium expectent: quoniam non in periclitabili Petri naui: que fides est: neq̃ ad fortem Ancoram: que obseruantia mãdatorum est: neq̃ firme petre que christus est: se inherent: sed fluxibilia queri tantes fundamentum firmum & stabile contemnunt: Huic suis in cõ fessiõibus Augustinus ait: Inquietum est cor meum donec requiescã

in te domine: sicut enim ille inquietus est corpore: qui doloribus & angustiis oppressus locum non inuenit quietis: Sic ille inquietus est mente: qui stabili immobiliq; bono non innititur: sed cor uagum & super mundi uanitates habet effusum. Hinc Stoicus & moralis Seneca recte inquit: Egri animi iactatio est: Sed hic tunc corripitur: cum eius cor rapitur: hoc est a mundi uanitatibus per optima documenta abstrahitur prælatorum. & ad sublimia: incorruptibilia: æternaq; uehiculo effertur karitatis: quod cum sublime: & per quam meritorium sit officium: ualde de illis prælatis dolendum est: qui uel negligentia uel uoluptuoso amore: uel timore: uel ignorantia: uel quauis alia ille gitima causa illud omittunt. Si tamen hoc efficax salutis officium quandoq; differunt: ut oportunum commodumq; obiurgandi tempus expectent non modo non peccant sed merētur: Perinde Isidorus in libro de summo bono ait. Plerumq; princeps iustus malorum errores dissimulare nouit: non q; iniquitati eorum consentiat: sed q; aptum tempus correctionis expectat: quando eorum uitia uel emendare ualeat: uel punire: & parens noster gloriosissimus in præclarissimo de ciuitate dei uolumine inquit. Si propterea quisquis obiurgans & corripiens male agentibus parcit: quia opportunum tempus inquiritur. Vel ipsis etiam eisdem metuit ne deteriores ex hoc efficiantur: uel ad bonam & piam uiam erudiendos impediunt alios infirmos & premant atq; auertant a fine non uidetur esse cupiditatis occasio: sed consilium karitatis: Sed quid est quod de inquietis hominibus quasi de singularibus peccatoribus corripiendis facit mentionem: cum ait corripite inquietos. Nonne superbi elati: cupidi uoluptuosi & ceteri sunt peccatores corripiendi? Profecto: sed tamen hoc peccatorum genus. Idcirco potius nominatur: quoniam inquietudo directe opponitur beatitudini. Nanq; beatitudo statum includit. Vnde Boetius eam esse statum omnium bonorum aggregatione perfectum definiuit. Et parens noster illis nos frui asseuerauit: in quibus uoluntas delectata cō quiescit: Rursus inquietudo præ ceteris uitiis statum denigrat monachorum: Ad monachos enim pertinet solos sedulosq; in cœlis comorari: & sua non modo: Verum etiam & proximorum peccata deflere: At uero īquieti gyrouagi sunt: qui curiositate exagitati secū cōsistere

non possunt:sed modo intus:modo extra:mō in portis cū extraneis modo i locutorio cum fratribus:modo in horto:modo in hospicio: modo in plateis:modo in coquinis:modo in uisitatione:muliercula rū mō ut causam uagādi habeant in infirmoꝝ uisitatione in exigēdis pecuniis:in solicitandis litibus:in excolendis possessionibus:& i aliis in numeris:que ipsos uagos reddunt:& ab oratione deuotione. Et sū mi dei contemplatione auertunt se occupant: Nempe tales muscis si miles sunt: que ob earum inquietudinem modo super unum homi nem residentmodo super alium uolitant:modo adire oculos:modo os intrare: modo per nasum etiam imperatorum discurrere: & singu los importune molestare non desinunt. eo pacto in quieti homines nunc illum scandalizant:Nunc illum uerberant: nūc cum illo litigāt Nunc illum deridentnunc illum irritant:nunc unum nunc alterum offendere non desistunt. Ob eas res apostolus Paulus Thesalonicen ses rogat:ut dat operam uelint:ut quieti sint. Amplius iure decorripi dis inquietis expressam Beatus Augustinus fecit mentionem: quoni am hoc genus hominum omnes detestantur. Apud enim Romanos sicut uirtus per quandam excellentiam habebatur constantia: sic ecō tra leuitas habebatur ludubrio: Perinde a Marco Tullio i præclarissi mo officiorum uolumine putatum est:nihil esse patientia cum cōstan tia iuncta laudabilius arbitrandum: Et in sacris litteris extolluntur iu sti. Quoniam steterunt in magna constantia aduersos eos qui se āgu stiauerunt. Econtra mali & pessimi leues describuntur. Hinc primus malus post Adam. Chaym uagus in genesios libro nuncupatur: Di abolus quoqꝫ circuire terram & perambulare eā in libro patientissimi & constantissimi uiri Iob dicitur. Hieronimus quoqꝫ Augustinus & benedictus quartum genus monachorum scilicet circuncilionum pes simum dixerunt. Salomon item in prouerbiis inter sex que odit do minus pedes ueloces ad currendum in malum connumerat: Et rursus mulierem in meretritio ornatam præparatam ad decipiendas animas garulam & uagam quietis: impacientem:nec ualentem in domo con sistere pedibus suis: Quinimo nunc foris:nunc in plateis:nunc iuxta angulos insidiātem appellat: Et Esaias ait: Abiit uagus secū dū impetū

cordis. Ieremias uero populum diligentem mouere pedes suos asserit deo non placere. Hi similes sunt plante pedis uituli: quem Ezechiel in uisione aspexit: que propter eius scissuram facilis est ad motum. Similes sunt imbribus & procellis: quoniam non modo in malis operibus impellunt per importunitatem: & balneant per infectionis aquositatem: sed etiam in bonis q̃m celerrime deficiunt per leuitatem & uiolentiam. Inde etiam fit: ut asinis pares sint: quorum (ut uulgo dicit) neq̧ sunt diuturni sucussus: pares sint in aere uenantibus: ubi cũ nulla sit firmitas: nequeunt rhetia tendere. Hi nempe in ethere excelsa palatia fabricant. arces inexpugnabiles condunt. montes transferũt. flumina uertunt: æquora per stultas & inanes cogitationes exhauriunt. iure igitur tales stulti sunt & expertes prudentie: Nanq̧ ceu ab Aristotile philosophorum principe præclare dictum est. Anima sedẽdo & quiescendo fit prudens: ita econtra. necessario fit: ut immoderatus discursus: uagatio & inquietudo animam reddant insipientem. Nec obuiat q̧ pythagoras. Plato. Apollonius: & alii complurimi uiri doctissimi atq̧ sapientissimi innumeras: mũdi plagas peragrauerint: quoniam non hii ut uagi fierent contendebant: sed ut ad locum tandem deuenirent: in quo quietius doctorem audirent sapientie. Neq̧ hanc oppugnat sententiam: Quoniam paulus uas electionis & pleriq̧ omnes Apostoli uniuersum perlustrarunt orbem. Quoniam non ut uagarentur: sed ut præcones essent christi nominis: & non dimissa contemplatione in omnem terram exiret sonus eorum: missi sunt: Sed q̧bus non est datum euangelizandi offitium: si in contemplatione quiescunt: & meritis & præconiis sunt præstantiores. Hinc laudatur Beniamin & filius uirtutum & domi amantissimus interpretatur: Quoniam tota die in thalamo superna contemplans morabatur. Hinc Iohannes baptista extollitur: Quoniam iuxta fluenta Iordanis stabat penitentiam agens: Inde & stans in scriptura dicitur. Huic beata dei genitrix magnificatur & quietis uocatur amatrix: Quuoniam i secreto angelus eam repperit orantem: cum ad annuntiandum filii dei incarnationem ad eam ingressus est: & cum ad uisitandã Elizabeth cognatam suam se contulit mansit apud illam tribus mensibus: non qui

dem(ut Ambrosius ait)q̄ domus eam delectaret aliena: sed quia fræquentius in publico uideri displicebat. Hinc ab ea sacras uirgines discere iubet: non currere per alienas edes:non demorari in plateis: nō aliquos in publico miscere sermones: Maria semper in domo sera:& festina erat in publico: Et rursus ad ea in euangelio scribitur. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius non ut discipuli discurrit & aufugit sed cōstātissima in sua pietate stetit:& eum nullo uoluit timore relinquere A beata igitur uirgine & uos religiosi discite quietem:si ueri esse religiosi desideratis: Ab hac diua Magdalena & ægiptiaca maria didicerunt:que dimissis mundi illecebris:sic sedule se contemplationi dederunt:ut diebus singulis reperentur:Ab hac beatus Hieronimus edoctus stabularius christi filii maluit ut quiete frueretur:q̄ in uastigio extolli Romanorū: ut serpentia turbine quateretur. Hanc deuotissima Augustini parens imitata non in plateis non in choreis:non in mundi uanitatibus uagabatur. sed in templis pro salute filii obsecrans sedula commorabatur. Quarum quidem beate.s.uirginis: & diue monice beata Clara de monte falcone exemplis instructa:sic ad obseruādam præceptoris nostri regulam sese penitus dedicauit. sic se in christi transformauit amorem. Sic sanctissime trinitatis innixa est fidei. ut eius in corde tota christi passio sculptata euidentissime cernatur. & eius in felle tres sint lapilli reperti rotunde figure ad æternitatem designandam:indeterminati: in perceptibilisq̄ coloris ad incompræhensibilitatem diuine maiestatis indicandam:eiusdem quantitatis & ponderis:sic quidem:ut non maioris sint Ponderis:tres simul q̄ duo uel unus tantum:aut econtra ad omnimodam personarum insinuandam equalitatem.Et prorsus infrangibiles:ut doceret quo pacto tres ille ineffabiles persone:sicut essentia:incorruptibiles inpassibilesq̄ penitus sint:Eandem habentes figurā:ut per hoc aperte intelligeremus tres persona realiter distincte eandem habeant deitatem.& unius sint nature substantie seu essentie.O fulgentissimā Augustini ꝓlē.O gloriā Augustiniani ordinis.O uere fidei sublime glosūq̄ exēplar.O ineffabilis xp̄i passionis:& uer sempiternęq̄ trinitatis libꝝ sp inspiciendū.semꝑ legendum & iteꝝ atq̄ iterum & sine cessatione relegendum

Ab hac ſorore noſtra nos fratres heremitani diſcamus non uagari: ſed in monaſteriiſ ſedulo contemplari:& diuina meditari ſacramenta gloriemur de patre noſtro Auguſtino fratres mei kariſſimi: quo ī ex planandis diuinis miſteriis nemo perſpicatior.gloriemur de monica parente noſtra: qua in diligendis dei ſeruis nulla feruentior. Gloriemur de Clara ſorore noſtra:qua in myſteriis fidei nulla tranſformatior. Hec uere cum magno parente noſtro ad chriſtum & beatiſſimam trinitatem intendens: dulciter: amene: ex corde: iugiterq; canebat. Amor meus:pondus meum:te dulciſſime deus feror: quocūq; feror. Et rurſus lique facta eſt anima mea propter te deus meus: Et iterum uulneraſti cor meum karitate tua domine: Et rurſus amor meus: me amantem in te tranſformauit amatum. Hec cum ſua dulciſſima parē te monica crebra rapta repetebat. Volemus ad celum ſorores meæ.uolemus ad cœlum:& nos fratres mei deſiderantiſſimi relictis curis rerū mundanarum per contemplationem uolemus ad deum: ut hic ſpe. poſtmodum reualemus abſq; fine eius uiſione letari:Preterea merito Auguſtinus corripiendos iuſſit inquietos:Quoniam quieti multiplici ſunt præconio extollendi:quo fit: ut quies proſequnda: Inquietudo uero penitus ſit fugienda:perinde beatus Hieronimus ait.Quiſq; nouerit monachum ſe non eſſe loquendo & diſcurrendo:ſed tacendo & ſedendo.Et diuus Antonius ſicut in uitis patrum legitur:Interroganti monacho quid faciendum:ut deo placeret.Dixit.Tria custodi.& ſaluus eris: primum quidem ut deum pre oculis ſemper habeas Secundum ad omnem tuam actionem diuinarum ſcripturarum teſtimonium adhibe. Tertium ut ex loco in quo manes nō cito diſcedas Hinc ex aliis conditionibus:quas: ut alicuius ſancti confeſſoris merito feſtiuitas celebretur:Quoniam quiete in uita functus eſt: Sacroſācta eccleſia connumerat dicens. Qui pius.prudens humilis:pudicus ſobrius caſtus.fuit & qetus.& in libro trenorum de uiro bono dicit̄ ſedebit ſolitarius & tacebit.& ad theſalonicenſes aplus de ſe ait ipi.n. ſcitis q̄admodū:oporteat imitari nos:qm̄.nō inqeti fuimus intra uos & deus oīpotēs cū ſue glie ſimilitudinē Ezechieli reuelare uellet.dixit ad eū fili hoīs ſta ſup pedes tuos & loq̄r tecū:ſta inqt deus ſup pedes

tuos:& nō discurre pedibus tuis:ut quietem in homine fœlicitando & apto ad suscipienda arcana dei approbaret: inquietudinem uero exprobraret. Iohannes item euangelista non discurrens & uagans: sed quiescens & recumbens super sacrum pectus dominicum fluenta euangelii de deitatis fonte potauit: Prothomartir autem Stephanus positis in terra genibus uidit cœlos apertos. Vidit Iesum stantem a dextris uirtutis dei. Veniam pro lapidantibus postulauit. Eius spiritum christo suscipiendum cōmisit: Et saluator mūdi affixus cruci: genus redemit humanum. Petrus & Andreas ut eum imitarētur crucis suspendi patibulo uoluerūt: Noli ergo heremitane uagus esse: sed cōfige corpus tuum cruci ibi fixas: ibi uiuas: ibi glorieris ibi fœliciteris ibi tanq̄ in expugnabili arce te recondas: ibi te custodias: cum ea confabuleris de sempiternis gaudiis: ad eam cū ecclesia exclames. O. crux aue spes unica: ad eam cum Apostolo dicas. Absit me gloriari nisi in te. Crux domini mei Iesu christi: Ad eam cum Helena Constantini matre canas. O. crux splendidior cunctis astris eam cum Eradio Tirone magnifico tuis in humeris baiula. Eam tolle & christum seque̅ Ipsum in ea complectere cum Ioseph ab Arimathia. ipsum in ea osculare & adora cum uirgine maria: ipsum in ea lacrimis laua. capillis terge. Et unguento unge cum Magdalena pia. Ipsum cum mixtura mirre & aloes cum Nicodemo reconde: ipsum in horto anime tue in sepulchro nouo hoc est puro mundato: & intacto conscientiæ tue et gasculo lincheis inuolutum per pietatis opera sepeli. Cum eo etiam si opus est: mortem subeas: & condiaris ut postmodum cum eo resurgas interminabilemq; uitam suscipiens requie sempiterna fruaris.

Sequitur Sexta conditio:

Textus. Augustinus.

Consolator pusillanimes.

Commentum. Ambrosius.

Icut enim in arca domini erant uirga & mādatorum tabu le: ita & suauissimum erat manna reconditū: ut per hoc pre lati ecclesiastici sane intelligerent: non modo adiungenda precepta præceptorumq; transgressores puniendos: uerum etiam ad præbendum amenum consolationis manna se prefectos aliis extitisse. Iccirco postq̄m de corripiendis inquietis parens noster præceptum dedit iure nunc pusillanimes iubet consolari. Ad quippe quod multi phariam concitamur. & quidem in primis ad immortalem prepoten temq; deum aspicientes: qui misericordiarum pater & deus est totius cōsolationis. & ut Apostolus ait. Nos in omni nostra consolatur tri b ulatione. Perinde ueteris testamenti patribus sæpenumero eos con solans apparuit. Sic Iacob a facie Esau fugientem: sic Israeliticum po pulum a pharaone detentum: sic Iob in numeris plagis affectum. Sic deniq; cum temporis plenitudo uenisset humanum genus tot mili bus annorum multis oneratum grauaminibus fuit consolatus: Et ut solamē hoc publicum amplissimum uberrimumq; foret misit unige nitum filium suum: ut homo fieret: & cum inuisibilis esset uideretur a nobis: & cum in altissimis habitaret conuersaretur nobiscum & cū impassibilis & sui natura immortalis penitus esset dirum crucis pate retur tormentum: acerbissimamq; subiret mortem: ut nos ab eterna liberaret morte: Resurrexit ut nobis facultatem tribueret resurgendi. Postmodum per dies quadraginta ut ipse etiam in dandis tribuen disq; solaminibus coeterno sibi patri similis fieret piētissime genitri ci sue: Petro: & aliis Apostolis & discipulis suis in multis argumentis apparuit: & tandem coelos ascendens omnem suam peregrinationem consumauit: ut se omnium exhiberet consolatorem: Inde & christus hoc est unctus: & fuit: & nuncupari uoluit: non solū quia ipse unctus fuit oleo letitie: sed quoniam in membris suis unctus fuit oleo cōso lationis ab eis. s. oīa langorū genera tollens. Inde ipse clamauit disci te a me qa mitis sum & humilis corde ac perinde diceret: nolite in pre sidentia uīa elati & asperi eē sed huīles & cōsolatores subditoꝝ. Et rur sus estote misericordes: sicut & pr̄ ur̄ misericors ē q sol ē. s. consolatiōis sue oriri facit sup bonos & malos: & pluit aquā solaminis sup iustos

& i iustos: Preterea spiritus sanctus a patre & filio: ut paclitus hoc est ut consolator missus est: dicente christo ad discipulos: cum uenerit p aclitus: quē ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis: ipse docebit uos omnia & suggeret uobis omnia q̄cunq; dixero uobis: Tria enim inter alia præcipua in eo aduentu spiritus sanctus operatus est: p̄mo beatam uirginem & discipulos in unum congregatos: q & propter iu deorum metum xp̄i passionē & recessum eius ab eis adhuc mesti erāt cōsolatus fuit: i quo q̄dem solamine corā regibus & p̄ncipibus auda tiam constantiāq; p̄stitit: ubiq; terra℞ nomen xp̄i manifestandi: Sub inde sapientiam infudit: oīaq; linguarum genera repente edocuit: po stremo sic eos in gratia confirmauit: ut de cetero peccare non possent ac faciendorum miraculorum tribuit uirtutem. Angelice quoq; men tes ad consolandos subditos nos mouent. Ob eam rem cū dominus ad faciēdum iudicium super Israel & Hierusalem angelum destinaret: Angelus ipse uerba bona & consolatoria Zacharie loquebatur: Mo uent & nos uiri optimi. ceu Thobias. Iob. Paulus. Chefas. & alii cō plures antique & noue & legis uiri pientissimi: quorum sequi exem pla debemus. Hinc p̄cellētissimus dei uates in platorum persona Esa ias inquit. Spiritus domini super me: eo q unxerit me. Ad annuntiā dum mansuetis misit me: ut mederet cōtritis corde: ac ut Paulo post subdit: ut consolarer omnes lugentes: At uero quo pacto prelati spiri tum sanctum habent: qui consolator dicitur: & quos mittit cōsolato res facit: qui subdito℞ non curant consolationem: Mouent nos ope ra iusticie: que unicuiq; prout opus est iubet conferri: Nanq; bonis præmium. Malis penam. Egris medicinam. Debilibus restaurationē Sanis præseruationem: fœlicibus moderamen. & deniq; afflictis sola men tribuit: perinde beatus Gregorius ait. Vera iustitia compassio nem habet: Et rursus que est iustitia sine misericordia? Et dauid i psal mo cecinit. Misericordia & ueritas osculate sunt: Quid est q iustitia: & misericordia se mutuo osculantur: nisi q hæ due uirtutes sic inuicē coniungunt: ut se mutuo cōcomitent? Mouent aliorum artificū ex empla. Medici enim magis dulcorationibus: linitiōibus & suauitatis unguentis: q̄ cauterio utuntur. Sic medicus nr̄ christus fecit cū publi cano: magdalene. theolonario: Zacheo & aliis i numeris mederet: sic

Petrũ cũ aliis præfecit: facere docuit. Sic de ſamaritano: qui & cuſtos interpretatur legis perito parabolam diſſeruit: qui i uulnerati plagas non ſolũ uinum ut abſtergeret: ſed oleũ ut dolores mitigaret & ſedaret infudit: Mouemur deniq; a maloꝝ fuga: q̃ ex nimia ꝑlatoꝝ auſteritate: & conſolationis ꝓficiſcunt̃ carentia: Nã ſubditi ob eã rem amariſſimã uitam ducunt: hinc trenoꝝ ꝑmo ſcribitur: Iccirco ego plorãs & oculus meus deducens aquã: quia longe factus eſt a me conſolator bene operandi actioné deperdunt: unde ibidem de Hieruſalem dicit̃ depoſita ẽ uehementer non habens cõſolatorem: quo fit: ut a uite politice conſuetudine ſepe diſcedant. Sepenumero circa eorum ſtatum q̃mq̃ etiam in ſe tutiſſimum uacillant: propterea Iudas & Sylas ab Apoſtolis miſſi in Antiochiam ſicut actuum Apoſtolorum lectio declarat conſolati ſunt fratres: & confirmauerunt. preit cõfirmationem conſolatio: quoniam per conſolationem: in ſidei ſtatu fuerunt confirmati: Nonnunq̃ a laboribus ceſſant ideo per deſertũ ãbulantibus dominus ne deſicerent manna e cœlo pluit perinde: Apoſtolus ad philipenſes ſcribit omnia poſſum in eo qui me confortat. Plerumq; conſolatione deſtituti indeſperationem labuntur. Iccirco ad corinthios ait Apoſtolus conſolemini ſcilicet afflictum: ne forte abũdantiori triſtitia abſorbeatur qui huiuſmodi eſt. Crebro rebelliones coniurationes & alia mala in numera in prelatos machinantur: Idoneus teſtis eſt roboam: a quo receſſit Iſrael & perpetuoſe rebellauit. Quoniam relicto documento ſenum: lenia ceu ſcriptum eſt in libro regum loqui noluit: ſed praue iuuente imitatus conſilia dixit ei pater meus aggrauauit iugum ueſtrum: Ego autem addam iugo ueſtro. Pater meus cecidit uos ſragellis: Ego autem cedam uos ſcorpionibus. Magna item utilitas ex hoc pietatis offitio parta uos mirum in modum ad illud exequendum mouere debet. Nempe omnis elemoſina: ut parẽti noſtro glorioſiſſimo placuit: mundat peccata. pro nobis ad dominum interpellit: & in nouiſſimis fideliſſimus ac potentiſſimus nobis comes & propugnator aſſiſtit: At uero elemoſinarum duplex eſt genus: alterũ q̃d ad corpus: alteꝝ q̃d ad animã ſpectat & utrũq; ſeptenario explet̃ numero ꝑmi generis ſpecies ſunt: eſurientẽ paſcere: ſitientẽ potare: nudũ ueſtire: hoſpitem colligere: uiſitare infirmum: redimere captiuum.

defunctumq; recondere. secundi generis species sunt docere ignorātē
consulere:dubitanti:delinquentē corripere:remittere offendēti:suffer
re onerosos:pro cunctis orare: mestū afflictū: tristem: pusillanimēq;
consolari.Inde uersus aiunt:uisito.poto.cibo.redimo.tego. colligo.
condo.consule.castiga.remitte.solare.fer.ora.Et ceu aīa prestat corpi
sic pietatis opera ad spiritū spectantia uniformiter cōparata longe his
prestant:quibus carnis occuritur indigentie.;Studiosi igit̃ p̄lati sint
ad hoc tam salutifferum opus exequendū. Sed qm̄ in omni actione
modus pulcherrima est uirtus: ideo quo pacto cōsolari ꝓximū debe
amus a beato Gregorio in moralibus adiscamus. Cum uolumus iq̄
quempiā a merore suspendere:ordo consolationis est:ut studeamus ꝑ
us merendo eius luctui concordare.Dolentē non potest consolari: q
nō cōcordat dolori:qa eo ipso: quo amerentis afflictiōe discrepat mi
nus ab illo recipit̃:cui mentis qualitate seperat̃:sed emolliri prius de
bet animus ut afflicto congruat:congruens inhereat:inherens trahat
Nec ferrum ferro coniungit̃ si non utrūq; exustione ignis liquet̃ du
rum molli non adheret.nisi prius eius duritia molescat:Sic nec iacen
tem erigimus:nisi a rigore nostri status inclinemur: quia dū rectitu
do stantis a iacente discrepat eū cui cōdescedere negligit nequaq̄ leuat
Sed quos debeat p̄latus consolari declarat:cū subdit pusillanimes pu
sillanimes quidem sunt:q quodam imoderato timore: ex animi pui
tate ꝓficiscēte sunt affecti:unde pusillanimitas:sic definit̃:q; est uitiū
quo qs in omato timore ex aī puitate ꝓcedente se a bonis subtrahit
opibus:q̄ posset & dēret agere.nāq; ut a philosophis p̄clare dissertum
est:Magnanimitas est uirtus media inter audatiā & timiditatem quo
fit: ut sicut temeritas ex nimia animi magnitudine: ira & pusillani
mitas ex nimia anīm̄i paruitate proficiscatur:que proculdubio acidie
filia est.Nanq; huius uitii est de bonis spiritualibus cōtristari:bōa ue
ro spūalia: de qbus cōtristat̃ acidia sunt finis:& ea q̄ ad finē dirigunt̃
finis aūt fuga p desperationē gignit̃: ab eis uero q̄ sunt ad finē disces
sus quo ad ardua q̄ subsunt cōsiliis p pusillanimitatē generat̃: Quo
ad ea uero:q̄ ad cōmunē ptinent iustitiam p torporem circa p̄cepta cō
mittit̃. Pusillanimitatis aūt mala multa sunt: Nā sepenumero existi
mare facit ibi esse crimē: ubi nullū est peccatū: qđ ut plurimū primo

conuersis contigit:de quibus in psalmo dicitur.trepidauerũt timore: ubi non erat timor: Nonnunq̃ causa est: ut bñ operandi ignoret̃ exordium·de quo ibidẽ dicitur deum non inuocauerunt:qm̃ scilicet huius inuocationis initii expertes fuerũt. Crebro a bene inceptis desistere facit:de quibus Ieremias dicit.uidi pauidos terga uertentes: que Icirco uertunt: qm̃ arbitrantur opus quod aggressi sunt ꝓpriam excedere facultatem: cum tñ non excedat omnia enim bona opa cum dei adiutorio possumus psalmista testante q̃ ait:expectabam eũ.s.deum qui saluũ me fecit p adiutoriũ gratie sue a pusillaminitate spiritus: & tempestate. Et apostolus omnia possum in eo qui me confortat. quã docꝫ & si aliqui ardua aggrediant̃ in eoꝝ tñ congressu p pusillaminitatẽ titubantes clamitant dicentes:Domine salua nos perimus: i quorum psona ad suos discipulos fluctuantia maria timẽtes: saluator noster apud matheum inquit. Quid timidi estis modice fidei?Et Bern. ait pusillanimis ab ingressione futuri laboris uictus non telo sed tuba prosternitur. Multum p̃terea pusillanimitas damnosa:est: non solum quia nocet habenti: ueꝝ etiam quoniam tanq̃m morbus cõtaginosos unius pusillanimitas plurimos timidos reddit: hinc ĩ libro de utronominio scriptum est:Quis est homo formidolosus in corde pauido. Vadat & reuertat̃ in domum suã:ne pauere faciat corda fratrũ suorum:sicut ipse timore perterritus est. Rursus pusillanimitas miꝝ in modum:periculosa est: quoniã uia est:qua quis facile indesperationem & inpernitiem labit̃.hoc enĩ modo in hominũ mentes ut bern· ait serpit. Reprobis tribulatio parit pusillanimitatem:pusillanimitas perturbationem:perturbatio desperationem:desperatio interimit. Inde fit ut demones præ ceteris infestent pusillanimes:quoniam p quã facile eos ducit ad interitum.nam sicut accipitres columbas & ceteras pauidas aues:& canes lepros:ceruos. cuniculos & cetera huiusmõi pauida animalia magis insequũtur ita callidus hostis mente debiliores q̃m animo fortes libentius aggredit̃.& hec nempe causa fuit. q̃re potius euam q̃m Adam in ipso mundi exordio inuaserit. Merito igitur ad hanc uersutiã:calliditatẽq;:antiqui hostis euitandã gloriosus Apostolus Paulus hoc pacto Ephesios alloquitur: Confortamini fratres in dño:& ĩ potẽtia uirtutis eius:Induite uos armaturã dei:ut possitis

stare ad uersus insidias diaboli: Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: cōtra spiritalia nequitie in cœlestibus. Ob eam rem ecclesiasticus etiam inquit. noli pusillani mis esse in animo tuo. Quid plura? pusillauimes exterius interiusq; patiuntur. Huic de eis in deuteronomio scriptū est. foris uastabit eos gladius: & itus pauor: pusillanimes etiam ab omnibus minimis & ul tro & citro agitantur. propterea de ipsis in leuitico habetur: Terrebit eos sonitus folii uolantis: Et Iob undiq; terrebunt eum formidines. pusillanimes sine cessatiōe afficiuntur: Vnde pusillanimi recte tribui potest quod in de utronomio scriptū est. Timebis nocte & die & nō credes uite tue. Et mane dices: quis mihi det uesperam? & uespere: qs mihi det mane. propter cordis tui formidinem? pusillanimes fallaci & continua falluntur opinione. Arbitrantur enim propter id quod ī scriptura dicitur: beatus uir qui semper est pauidus: sibi ad uirtutem & fœlicitatem ascribendam esse pusillanimitatem: cum non intelligāt de pauore peccandi & peccatorum penis & nōn deaggrediendarū uir tutum timore scripturam fuisse locutam. Nam in bonarum actionū aggressu omnis est repellenda formido. Iccirco ad eas explendas pens noster a platis iubet subditis cōferri solamen: cū ait. Consoletur pusil lanimes: consolari enim eos debet: ut mala. que expusillanimitate ꝑ ueniunt euitare possint: ut a sancto proposito non distrahātur: ut ar dua & sancta religionis opera hilariter operentur: ut & ipsi prelati ex hoc magno pietatis offitio magnam a deo consequantur mercedem. Medicamenta autem quibus ad hanc animi egritudinem sanandam utendum est. sunt diuinum uerbum: dei auxilium: eius nominis iuo catio. bona societas? contrariorum prostratio: diuine gratie beneficiū & eterne remunerationis consideratio: Diuinum quidem uerbum tā te est effitientie: ut nemo sit ita remissus: quin ad bene beateq; agēdū per illud reddatur audacissimus. Nam si homo hominem sic suo con fortat uerbo: ut per illud etiam sæpenumero ad omne genus mortis æquo animo ferendum concitetur: quanto magis animari debet ho mo ex diuini uerbi concitatione? at uero dei uerbum est illud: quod nobis ī hoc mari magno & spacioso nauigātibus: ī quo sunt reptilia:

hoc est in numera genera periculorum ait. Nolite timere O magnam fiduciam: O magnum & inexplicabile solamen:quod suscipere debemus.quando ipsa infallibilis ueritas:eterna sapientia & omnipotens sermo dei nobis dicit: Nolite timere:ac si diceret: Et licet in periculo constituti sitis:si ĩ me confiditis:nolite timere: ego enim presto adsum liberator defensor & consolator: Vnde neq; ullo pacto uaufragium pati ualetis :si mihi absq; hesitatione inheretis: perinde petrum mergi.incipientem increpabat dicens: Modice fidei quare dubitasti? q̃ntũ aũt diuinũ auxiliũ cõsolet̃:qs explicabit? hoc enĩ ẽẽ̃ quo possumus ĩ oĩa hoc itẽ ẽ:quo sublato nihil ꝑfecto ualẽus oẽs:ueritate testante q̃ ait.sine me nihil potestis facere:& ideo ipsum sine cessatione petẽtes dicamus:deus inadiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina:Sed dicet quispiam:quo pacto nobis adesse dei auxilium innotesceret:Respondet questioni psalmigraphus dicens:Non deest.s. per auxilium deus timentibus se: quod & ipse testatur apud Esaiam cum dicit:Noli timere quia ego redemi te: tanq̃ si patenter assereret.ꝙ ego tibi auxilio presto sim timere & dubitar̃ nullatenus debes:quoniam cum nihil esses creaui te:& cũ tua culpa sathane obnoxius esses potestati proprio sanguine redemi te. Hinc rursus Dauid inquit:Redimet dominus animas seruorum suorum:& non delinquẽt scilicet in suo auxilio omnes qui sperant ĩ eo: timor igitur dei & spes in eo solidissima causa erit: ꝙ adsit auxilio famulantibus ei: quorum non modo spes:sed ad eos de hoc auxilio facta est repromissio.Hinc ad Israelem Iacob in uisionibus Esaie prophete dicit:Seruus meus es tu:elegi te.& nõ abieci te:ne timeas:quia ego tecum sum: ne declines quia ego deus tuus confortaui te:& auxiliatus sum tibi: Quam magnum est iuuamen in omni re bona peragenda diuini nominis inuocatio:Audiamus salomonen in prouerbiis dicentẽ:Turris fortissima nomen domini:ad ipsam currit iustus & exaltabitur: Et rursus omĩs sermo dei ignitus clipeus est omnibus sperantibus in se.Et Dauid in psalmo.Vox tonitrui tui in rota:ac si diceret: sicut tonitrui uoce homines terrentur:& eorum aures: que torqueo & rota figurãtur surdescunt & obtunduntur:ita diuini nominis inuocatione pauent demones & temtandi fallendiq; artem relinquunt: Bonorum autẽ societas

q̄m efficax sit ad cōsolationem præstandam constat ex eo quidem q̄ boni similes sunt carbonibus ignitis: qui per applicationē flante uento igniunt extinctos: Sic bonis mali. Pusillanimes fortibus uniti diuino succenduntur afflatu. Contrariorum item prostratio nos ad bñ operandum facit promptiores. Sicut enim in militia cernimus corporali. q̄ deuictis hostibus pugnatores efficiūtur audatiores: ita pessundatis uitiis: debellato sathena facilior nobis est ad uirtutes progressus Spiritus sancti gratia cum inmentem hominum fuerit infusa: omnē prorsus timorem foras expellit: Testes sunt Apostoli. qui ibant a cōspectu concilii gaudentes: Quoniam digni habiti fuerant pro nomine Iesu contumelias pati. Testes sunt omnes sancti martires: qui in illa confortati nullum genus mortis timuerunt. Est enim gratia acutus gladius: & ineuertibile propugnaculum: quo qui præmunitus est ab omnibus se potest tueri & defendere in cursibus: peride paulo a se stimulum amoueri postulanti Saluator dixit. Sufficit tibi gratia mea ad te scilicet. defendendum. Et idem Apostolus discipulum suum Titum in ea monet confortandum dicens. Tu autem fili mi confortare in gratia. que est in christo Iesu: Sicut ergo bonus gladius in mundi militia magua est audacia pugnatori. Ita dei gratia cuilibet in castris dei constituto. Vbi nunc cum carne: nunc cum mundo: nunc cū principibus eius: nunc cum potestatibus infernorum pugnandum est audaciam fortitudinem: constantiam: mentisq̄ solamen maximum prestat. Hinc beatus Gregorius ait. Celorum hoc est euangelizantium christi fidem: uirtus de spiritu sancto sumpta est. Qui a mundi huius potestatibus contraire non præsumerent: nisi eos sancti spiritus gratia solidasset. Quales nāq̄ ecclesie sancte doctores ante aduentum huius spiritus fuerint scimus. s. quoniam timidi & pusillanimes erant & post aduētū illius cuius fortitudinis facti sint conspicimus. Certe ipse pastor ecclie Petrus q̄nte debilitatis q̄nteq̄ formidis añ aduētū huius spiritus fuerit. Ancilla hostiaria rquisita dicat. una enim mulieres uoce percussus dum mori timuit uitam negauit. Et tunc petrus negauit in terra: cum latro confitebatur in cruce: Sed uir iste tante formidinis qualis post aduentum huius spiritus existat audiamus: fit conuētus magistratuum atq̄ seniorum cesis denuntiatur Apostolis: ne in noie

Iesu loqui debeant Petrus magna auctoritate respondit. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus: & rursus si in conspectu dei iustum est. uos potius audire: quam deum iudicate. Postulemus ergo sine intermissione dei gratiam fratres: ut per eam in eius seruitio fortes & constantes esse ualeamus. Postremo contemplari: quantam nostris pro actionibus omnium bonorum largitor sit exhibiturus mercedem ad omne etiā difficile opus nos reddit animantiores. Quisquis enim uel currendo: uel pugnando: uel quouis alio modo operando laborat leues profecto sibi putat esse labores. si magnas sibi futuras arbitratur esse mercedes. Perinde diuus Gregorius ait. quicquid intolerabile pusillanimitas affert hoc leue & facile spes remunerationis ostendit. At uero quis metietur mercedem laborantibus in agro dominico ꝓmissam? Quis superne ciuitatis gaudia mensurabit? Quis animatis mentibus operātium premia explicabit? hinc dominus noster Iesus christus in euangelio ait. Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri uestro uobis dare regnum: tanq̄ si diceret regni promissio uos ad iugiter fortiterq; laborandum confortet: uos excitet: uos impellat regni inq̄ promissio uos animet. Cuius regni? non humani: non terrestris non amissibilis: non corruptibilis non expugnabilis: sed diuini: cœlestis incommutabilis & prorsus inuincibilis: & eterni. Consulet igitur prælatus pusillanimes: ut tam sibi q̄ subditis merito proficiat: & utrorumq; oportune dignoscatur salute consulere. tātiq; regni eterni paresq; fiant possessores. Sequitur septima conditio

Textus. Augustinus

Vscipiat infirmos.

Commentum. Ambrosius.

Vscipere infirmos nil aliud esse arbitramur: quam eis compati: & prout eorum exigunt egritudines subuenire. At uero infirmitatum triplex est genus. unū quidē ad corpus tātum. alterum ad animam tantum Tertiū ad totū quod ex his ptibus

constat spectās primi generis species sunt uulnera: fracture. febres: sin copis: ydropisis. paralisis. dissinteria & alie in numere: quibus post ꝑmi hominis lapsum pro pena originalis culpe. iure genus humanum fuit affectum. Tales quidem infirmi in uisceribus compassionis sunt a prælato suscipiendi: ut eis medicamenta tribuant opportuna: quod & saluator noster suo exemplo docuit faciendum: qui ut apud Euāgelistam lucam scribitur: super singulos infirmos cuiuscūq generis lāgoris ad eum ductos manum imponens curabat. ꝙ si ea gratia prelati non ualent: medicos tamen accersire non differant: qui pro salute medicinas exhibeant congruentes: perinde Augustinus in superioribus dixit: fiat sine murmure de consilio medicine: ita ut si nolit iubente ꝑposito fiat: quod faciendum est pro salute. Horum autem aliqui sunt ex quadam naturali complexione infirmi. quā scilicet debilem habēt complexionem. quos prælatus sic suscipere tenetur: ut cum eis in uietu: uestitu: temporeq refocillande complexionis dispenset: de quibus parens noster intellexit cum dixit: & si eis: qui uenerint ex moribus delicatoribus aliquid alimentorum: operimentorum: uestimētorum ue datur: quod aliis fortioribus: & ideo fœlicioribus non datur. non debet aliis molestum esse. Et hoc ideo quoniam nimia corporis debilitas ut in quadam sua inquit epistola etiam uires anime frangit: mentis quoq ingenium marcescere facit. Secundi generis species sunt: superbia: inuidia: blasphemia: rancores: infidelitas: & cetera spiritus uitia: q ita egrotare faciunt animum ut ipsum ad mortem ducāt sempiternā: de quibus Apostolus Paulus scribens ad Corinthios ait. Conscietia ipsorum cum sit infirma polluitur: Et scribens ad romanos inquit. infirmum in fide assumite. Assumendi autem sunt a prælatis: ut in primis pro ipsis ieiūnent & rogent: quatenus ex sua pietate deus tā grauia & periculosa uitia ex eorum cordibus euellat. quoniam hec sunt illa demoniorum genera: que ut saluator inquit: non nisi in ieiunio & oratione expelluntur. Subinde ad confessionem humiliationem & cognitionem ueritatis sunt inducendi: post modum niti debent prælati: ut depulsis uitiis: oppositas illis uirtutes in eorum mentes per sonam doctrinam: per exempla diuine scripture: & per crebros actus uirtuosos inducāt: Tertii generis species sunt: Ira: Accidia: Gula: Lux

uria.ſtulticia.neces hominum:malorum ſpirituum uexatiões. & alia huiuſmodi:quibus proculdubio conſtat in fœlicem animum ſimul: & corpus affici humanum:per iram quidem corpus ſuccēditur.Quoniam ut ab Ariſtotele eſt definita ira:eſt accenſio ſanguinis circa cor: Nam per eam labia pallent:dentes ſtridore:& cūcte fere extremitates per ſanguinis ab eis receſſum tremore agitantur: Per accidiā & gulā: torpor & putredines in corpore generantur: & ſic quidem ut plures ſicut dici ſolet:mactet gula:q̄ in terficiant tela: Per libidinem attenuātur uitales ſpiritus: & ex auſto naturali uigore miſerabilis uita extinguitur.Et ideo Apoſtolus ait. Qui fornicatur in corpus ſuum peccat: ipſum ſcilicet ad debilitatem:& tandem ad interitum ducens. ꝙ autē animam inficiant cōſtat quidem. Quoniam non ſolum inter mortalia:ſed etiam inter capitalia cōputantur crimina. rurſus de homicida ſaluator dixit:qui gladio ferit gladio perit: hoc eſt gladio iuſticie:perire debet:Et inſuper frequentius homicide pauidi incōſtantes torui: & paraclitici:ſicut in libro Geneſis primus paricida Chaim idoneus teſtis eſt efficiuntur.Mens item indebite occidentis iure patitur quoniam contra ius nature:ius gentium:Ius digito dei ſcriptum:& uis pōtificium operatur. Stulti quoq; & ab immūdis uexati ſpiritibus multa corporis patiuntur incommoda multis penis & doloribus afficiūtur corporeis.animus uero ipſorum ſic infirmatur:ut omni uſu deſtituatur rationis.Hos omnes infirmos ſic prelati ſuſcipiāt: ut prius eorum mentis ſubinde corporis ſaluti conſulant. Vexatis quidem ī nomine Ieſu & aliorum diuinorum nominum inuocatione. Euangeliorum lectione.exorzitationibus.orationibus.& crebris deuotiſq; diuini auxilii inuocationibus medeātur occurrant dementibus: cum cordis & cerebri confortationibus:cum tetris locis:detētione:& aliis iuxta medicorum conſilia:medicamentis:iracundos:mites: libidinoſos: caſtos.guloſos abſtinentes:& temperatos pro uiribus efficiant:homicidas ad ſatiſfactionem: ad poſtulandam ueniam ad remittendas iīurias:ad contritionem:luctum:& ad alia remedia ſalutis inducant. Suſcipiant icem eos in protectione & defenſione: & omni oportuna cuſtodia:ne ab aduerſariorum ledātur in curſibus.Omne item ſanitatis genus:& que ad corpus: & que ad animam & que ad ex his cōpoſitū

ſpectat quedam circuit imperfectio:que afficit illius generis nouitios qui tanq̃ paruuli & ad paruulorum nutrimenta in karitate ſunt ſuſcipiendi exemplo Apoſtoli:qui de his ſcribens ad Corinthios ait:ego fratres non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus:hoc eſt in fide pfectis:ſed quaſi carnalibus ideſt adhuc imperfectis ſecundū carnem uiuētibus tanq̃ paruulis in xp̄o lac potum uobis dedi:non eſcam. Sed ꝓ dolor. Cū nōnulli prelati ſint:qui non uiſcera pietatis:ſed potius crudelitatis infirmis oſtendunt:qui non mō pabulo ſuauitatis paruulos alunt:ſed iam nutritos felle amaritudinis necant:q non ſanant ſed occidunt:q non pacientes ſuſcipiunt: ſed a ſubditis ſuſceptos expellunt q non cōfractos conſolidant:ſed conſolidatos frangunt & dirūpunt. hi utinā coꝝ animū uerterent in Iob:quo cū ab īfantia miſeratio creuit: utinā aſpicerent ad Thobiā:quē pietatis obſequia fecerunt īmortalem:utinā contēplarent̃ Aplm̄ Paulum:q ob eius karitatem dicere ſolitus eſt. Quis infirmatur & ego nō infirmor? utinā beati Petri meditarentur uitam:q p miſericordiā ad ſanādos utriuſq; hoīs langores penitus deditus erat:ut oculos mentis in xp̄m iā in excelſis ſedentem dirigerent:q ob immenſam erga nos karitatē ſuam. oēs nr̄os langores ut Eſaias inquit:tulit & dolores noſtros portauit. utinā Auguſtinū: Ambroſiū gregoriū:Nicolaum:& alios ueros paſtores animarū ſecū putarent:q pro ſanando grege ſibi cōmiſſo: nullū ꝓrſus recuſabāt laborem. Vtinam deniq; ſaperent & intelligerēt & nouiſſima ꝓuiderēt inqbus auctor pietatis p̄ceteris pietatis examinabit & iudicabit obſequia. Sciant igit̃ fideles p̄poſiti animaꝝ languentium ſibi curam eſſe commiſſam. Ideo parens nr̄ ad eos iubendo ait. ut ſuſcipiat infirmos ꝙ ſi abſit:minime fecerint: audient iratū & omnipotentem iudicem per Ezechielem dicentem:ue paſtoribus Iſrael:qui paſcebant ſemetipſos:Nonne greges a paſtoribus paſcuntur. lac comedebatis: & lanis operiebamini. Et quod craſſum erat occidebatis: gregem autem meū non paſcebatis. Quod infirmum fuit non cōſolidaſtis: & quod egrotum eſt non ſanaſtis. qđ confractū eſt nō alligaſtis. & quod abiectū ē non reduxiſtis: Et quod perierat non queſiſtis: ſed cū auſteritate īperabatis eis:& cum potentia. Et diſperſe ſunt oues mee: eo ꝙ non eſſet paſtor & facte ſunt in deuorationē omniū beſtiarū agri:& diſperſe ſūt

Errauerunt greges mei in cunctis mõtibus: & in uniuerso colle excæl so: & super omnem faciem terre dispersi sunt greges mei: & non erat qui requireret: propterea pastores audite uerbum domini: Viuo ego dicit dominus deus: quia pro eo ꝙ facti sunt greges mei in rapinam. & oues mee in deuorationem omnium bestiarum agri: eo ꝙ non esset pastor: neqꝫ enim quesierunt pastores gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos: & greges nostros non pascebant: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum. & cessare faciã ut ultra non pascant gregem meum: nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum: & nõ erit ultra eis in escam. Ecce ego ipse requiram oues meas: & uisitabo eas: sicut uisitat pastor gregem suum: in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic ego uisitabo oues meas & liberabo eas de omnibus locis: in quibus disperse fuerant in die nubis & caliginis: & educã eas de populis: & congregabo eas de terris & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel: in riuis. & in cunctis sedibus terre: in pascuis uberrimis: pascuam eas: & in montibus excelsis Israel erunt pascue earum: Ibi requiescent in herbis uirentibus: & in pascuis pinguibus pascentur super mõtes Israel: Ego pasco oues meas: & ego eas accubare faciam: quod perierat requiram: & quod adiectum erat reducam: & quod confractum fuerat alligabo: & quod infirmum fuerat consolidabo. & quod pingue & forte custodiam: & pascam illas ĩ iuditio ego dominus omnipotens. O tremendum iuditium: O pauẽdam sententiam. O amaram diem: in qua ĩ exorabilis & in flexibilis iudex de manu prelatorum oues suas exquiret: tunc omnes negligentie: omnes incurie: omnes rapine: omnes extorsiones: omnes simonie omnes iniustitie: omnes simulationes: omnes deniqꝫ impietates patebunt: patefacte exprobrabuntur: exprobrate: q̃ acerrime punientur: pascite igitur prelati diligenter nunc oues uestras: ne tunc uos ĩ deuorationem pabulum fiatis infernorum: Suscipitis infirmos: ne perpetuis afficiamini cruciatibus: Misericordiam cum subditis uestris agatis ne summis miseriis subditi semper sitis:

Sequit̃ octaua conditio.

Textus. Auguſtinus.

Atiens ſit ad omnes.

Commentum: Ambroſius.

Irtus animi: que patientia dicitur. profecto tam magnū dei donum eſt: ut etiam ipſius: qui eam nobis largitur patiētia prediceretur: quo fit: ut prelatus qui uicem dei gerit in terris ſi recte pesſe recteq; gubernare affectet: patientia preditus ſit oportet Spectat enim ad platum in ſtatera iuſtitie ſuas liberare actiões: At uero in hoc mens iuſta ab in iuſta diſcernitur: ꝙ omnipotentis dei laudem inter aduerſa confiteatur. ꝙ non cum caſu glorie exterioris cadit Iccirco Apoſtolus Iacobus aiebat. Ira uiri iuſtitiam dei non operat᷑. Spectat ad prelatum ſanam doctrinam ſubditos tacere: At enim ſana doctrina uiri ſicut beato Gregorio in moralibus placet per patientiam noſcitur. Tanto ergo quiſq; minus oſtenditur doctus: quanto cō uincitur minus patiens: nec enim poteſt ueracitur bona docendo impendere: ſi uiuendo neſciat mala tolerare. Præclare igitur aparente noſtro incommentariis pſalmorum aſſertum eſt: Omnes iniquitates: q̄ fiunt in terra ad tempus: omnes fœlicitates hominum malorum. omnes labores iuſtorum meditanti die ac nocte legem dei: que ad uerū prælatum uerumq; doctorem ſpectat nullos eſſe: omniaq; æquo animo tolerat. Spectat item ad prælatum animo eſſe fortem: ſed quo pacto fortis erit: ſi quidem impatiens erit? ſi quidem per impatientiam frangatur: Quid enim aliud eſt fortitudo animi: niſi in aduerſis tolerantia? perinde Marcus Tullius in rhetoricis ait. fortitudo eſt imobilis inter aduerſa glorioſa animi claritudo: res arduas pulchre adminiſtrans: que nec aduerſis in feſtando frangitur: nec proſperis blandiendo eleuat᷑. & glorioſus antiſtes Ambroſius in egregio offitiorum uolu̅ie inqt. Non mediocris animi ē fortitudo: q̄ ſola defendit ornamēta uirtutum oīm. & iuſtitiam cuſtodit: q̄ in expiabili ꝑlio aduerſus oīa uitia decertat: inuicta ad labores: fortis ad pericula rigidior aduerſus uoluptates, ut auaritiam fugiat, tanquā labem quandā: que uirtutem

effeminat:iure igit parens nr plato iubet ut patiens sit ad omnes. ut sua scilicet iusticia doctrina & animi fortitudo omnibus elucescat: ut sua quoq; omnibus splendeat perfectio. Et enim pfectus nemo est: q super mala proximorum non est. q enim teste gregorio: equanimiter aliena mala non tolerat: ipse sibi per impatiantiā testis est. quia ab oi plenitudine longe distat. Abel enim renuit esse quem Caym malicia non exercet: Sicut in tritura paleae grana premūtur: sic flores inter spinas prodeunt: & rosa que redolet crescit cum spina que pungit. ut sua insuper fulgeat sapientia: quoniam sicut ad simplicianum scribit Ambrosius. Sapiens non metu frangitur: non potestate mutatur: nō atollitur prosperis: non tristibus mergitur. Vbi ergo sapientia ibi uirtus patientie: ibi cōstantia: ibi & uera animi regnat fortitudo: Perinde Salomon ait in prouerbiis. Qui paciens est multa gubernatur sapientia qui autem impatiens est exaltat stulticiam suam. & paulo āte dixerat impatiens operatur stulticiam: & uir uersutus odiosus est: ut deniq; ī numeras eius mereatur laudes: premia & merita assequatur. Quis enī preconia & merita patientie poterit explicare: Pacientia enim legis est plenitudo iuxta Apostoli Pauli sententiam dicentis. Alter alterius onera scilicet per pacientiam portate: & sic adimplebitis legem christi Pacientia est que omnia uincit aduersa: non colluctando sed sufferendo: non murmurando: sed gratias agendo: ipsa est que fecem tocius uoluptatis abstergit: ipsa est que limpidas animas deo reddit: ipsa est religiosi uiri omnium laborum ac dolorum: spe futurarum rerum: & summi dei amore grata tolerantia ipsa deniq; est acquirende foelicitatis ostensio. per facile enim est uestem contemptam habere: inclinato capite incedere. uelum super oculos dimittere: sed uerum humilen ut ad probam inquit Augustinus Pacientia ostendit iniurie cōferamus igitur nulla esse bona: que agimus si patiencie non conficiantur uirtute: Sane igit (vt sepe replicauimus) a Marco Tullio in pclarissimis officiorum libris dictum extitit: Nihil esse patientia cum cōstantia iuncta laudabilius arbitrandū: sed qa pmunitum aim patientia hre nequiuimus: nisi cās euitemus impatientie: diligenter ānotādum est. q qnq; sunt q̄ impatientē efficiunt hominē. status. s. magnitudo ifirmitatū acerbitas rerum agendarum copia colere uel melācolie excessus & celestium

corporum influxus. Nanq; potentes uiri: quoniam qui eorum repri mant furorem non habent: per quam facile irascuntur: & proprie con fidentes uirtuti existimant neminem: nec ab aliquo possunt quicq̃ ni si inflatis accipere auribus. Bene igitur a Salomone dictum est: Secũ dum ligna silue: sic exardescit ignis: & secundum hominis uirtutem: hoc est potentiam: sic iracundia illius erit: quod Pharaonis. Nabuch odonosor: Nabal. Senacherib. Neronis: & aliorum multorum rabies ostendit: qui propter eorum maximum potentatum repleti furore in pacientissimi effecti, non solum homines: sed deum etiam uiuentem blasfhemabant: & aspernabantur. Infirmi item egritudinum commo uentur acerbitate: Quis enim in uniuerso orbe terrarum Iob unq̃ fuit patientior? & tamen multa quasi impatiens suis loquebatur amicis: cum uisendi solandiq; gratia ad eum se conferebãt: Demum uehemẽ tes negotiorum occupationes mentes hominum mouere solent. sunt enim tanq̃ musce pungentes: & importune uexantes. Hinc recte Isra hel sabatum quod interpretatur requies: accepit in munere: quia con templatim. & deum uidentes: in solius dei uisione & meditatione qui escunt. Egyptus autem muscarum percutitur multitudine: quoniam tenebrosi angustiati: & negociatores homines a mordentibus muscis hoc est a uanis curis rerum terrenarum iugiter molestantur. Colerici deniq; propter uehementem & subitaneam sanguinis ebullitionem: Malencolici uero propter tedium uite quo cõmuniter ob nigri fellis exuberantiam afficiunt sic impacientes fiunt: ut amicorum contẽnat affatum: humanamq; fugiant conuersationẽ: Nonnũq̃ etiam ab astris quibus quo ad corpus subiicimur, commouentur perinde marciales. saturnini: & lunares minus animo quieti. minus pacifici: minusq; pa cientes sunt & qm̃ prelati sublimi honorant fastigio: gubernãdi pre grauant cura quottidianis distrahunt negotiis: laboribus plimis: & crebris affitiũt ĩfirmitatibus mltas hñt ĩ patientie occasiões: Merito ne frãgant pceptor nr eos monet ut patiẽtes sint ad oẽs. i. circa omẽs cãs pariunde ĩpatientie cauti sint ita ut non dignitatis celsitudine nõ laborũ & negotiorũ distrahactione non infirmitatũ exardescant lang oribus. & si ab aliqua naturali complexione: uel astrorũ agitentur in fluxu. medicamẽta adhibeãt sapie: qm̃ sapiẽs: & nature & astris dñat.

Rurſus patientes ſint ad omnes: hoc eſt circa omnes: & quaſcunq; in minentes cauſas: tanq̃ ſi diceret. cunctas per tractandas cauſas: etiam quantumcunq; arduas æquo animo placabiliq; uultu pertractent: Et iterum patientes ſint ad omnes: ſcilicet ſubditos. Habent enim ſub ſe plati doctos & ignaros. Humiles & ſuperbos: infirmos & ſanos: prudentes & iſipientes: nobiles & ignobiles: & alios aliarum conditionũ quos ita omnes complecti debent: ut omnes iuxta ſuas ſufferant conditiones: & hoc magis in numere uidetur ſenſus litteralis: Non tamẽ inconuenienter interpretamur: ſi ad ſubditos: & ad alios etiam quoſcunq; litteram referamus: Quoniam prælati non ſolum ſuos inferiores. uerum etiam ſuperiores: equales: & demum omnes homines & oĩum hominum: quo adlicet. debent æquo animo ſufferre iniurias. Sic a beato Gregorio: patientia definita eſt. cum in libro Homeliarum ĩ quit. Patientia eſt aliena mala equanimiter pͤpeti: contra eum quoq; qui mala irrogat nullo dolore morderi. Aliena enim mala abſq; pror ſus alicuius hominum generis diſtinctione toleranda eſſe inſinuauit: ut per hoc intelligeret omnem hominem hoc ampliſſimo patientiæ munere ab omni homine eſſe tolerandum. Saluator quoq; noſter cũ iuſſit a nobis noſtros diligi inimicos: bene facere his qui nos oderũt & noſtris pro perſecutoribus & calumniantibus orare: nõ ad unam tantum nos coanguſtauit nationem. uerum erga totum genus humanum ſuum depromſit mandatum: ita ut a quocũq; & ubicunq;: & qñ cunq; laceſſiti fuerimus iniuria illi parcere: illi benefacere: & pro illo orare debeamus. Pretereundũ tamen non eſt: q; tribus modis uirtus exercetur patientie. Alia nanq; ſunt que a deo. Alia que ab ãtiquo ad uerſario. Alia que a proximo ſuſtinemus. A proximo nanq; perſecutiones: dãna & contumelias: Ab antiquo aduerſario temtamenta. a deo autem fragella toleramus: Sed in his oĩbus modis uigilanti animo: ut beatus dicit Gregorius: ſemetipſam debet mens circũſpicere: ne cõtra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali. Ne contra temtamenta aduerſarii ſeducatur ad delectationem uel conſenſum delicti Ne cõtra fragella opificis prorumpat ad exceſſum murmurationis uł blaſſhemie. Diligẽter quoq; aduertamus: q; ſepe aduerſarius callidus cũ pͣparatã mentẽ ad tolerãtiã uidet q̃d ab ea maxĩe diligat̃ exquirit:

& ibi laqueos scandali inserit:ut quo magis res diligitur: eo p eã faci lius patientia turbetur. propterea beatus Petrus nos uigilare monet. ne scilicet in suis cõprehendamur insidiis: In diuinis autem fragellis Iob imitemur in omnibus tribulationibus dicentem:dominus dedit dominus abstulit. Sit nomen domini benedictum:Quis enim dedit diuitias? deus. Quis filios? uxores. status: bonas ualitudines tribuit? deus. qs prudẽtiã. sapiẽtiã. & honores largitus ẽ? dñs:nõ ergo ista nr̃a sunt sed dei si ergo hor̃ qdpiã aufert non nr̃m tollit:sed qđ suum est repetit. Sane ergo & recte dicimus si cum Iob dicimus: dominus de dit dominus abstulit sit nomen domini benedictum. Benedicere eni deum debemus:& ei gratias agere:quoniam illa nobis concessit:quia in illis nos experitur:quia per illorum ablationem pficimur si æquo animo illam toleramus:bene ergo in commentarii psalmorum flagel lis diuinis cesum consolatur. Augustinus dicens. fili. si ploras sub pa tientia plora:Noli cum indignatione:Noli cum typo superbie quod pateris ferre. Vnde quod plangis mẽdicina est non pena. Castigatio non damnatio. Noli repellere flagellum. Si non uis repelli ab heredi tate:Noli attendere quam penam habeas in flagello: Sed quem locũ in testamento. Et beatus Ambrosius:super beati i maculati:illud pro fecto magnificum esse inquit. Si subiectus contumeliis iuditium dei laudes. Si uexatus egritudine iuditia dei depreces Si te inopia non re uocet: quo minus laudes iusticiam dei. Et Cassiodorus cum illud cy tharedi:uolũtarie sacrificabo tibi interpretaretur ait. Voluntarie deo sacrificant:qui inter angustias passionum iugiter gratias agunt. Qui cum omni humilitate siue digne siue in digne depositi sunt:deo iudi tium derelinquunt: & patienter sustinent quod de se iudicatum est. isti & a deo misericordiam consequentur: & frequenter tum ab eo:tũ ab hominibus in gradum & gloriam:quã amiserunt reuocant? Nãq; multo magis bonis oibus abundauit Iob:cũ p sui patiẽtiã:& ueri ag nitionẽ a largitore deo ad illa fuit restitutus: q̃ locuplex esset anteq̃ a demolire sathana illis priuaret? in malis uero que a proximis inferun tur imitemur Xenophontem:qui cuidam sibi maledicenti inquit. tu maledicere didicisti: ego conscientia teste didici maledicta contemne re. Imitemur Diogenem:cui cum quidam diceret. uituperãt te multi

Respondit. Oportet sapientem abinsipientium ore deferri. Imitemur Tacium. Qui in senatu lutio metello sibi male dicenti dixit: facile est in me dicere quia ego responsurus non sum: inde a tacendo: Tacius quasi tacens dictus est. Sed quis est iste tacius quem sequi & imitari debemus nisi dei & hominis filius christus Iesus: qui ut a sybilla Erythrea prædictum extitit in senatu iudeorum colaphos accipiens tacuit & quasi agnus ad occisionem ductus: ut Esaia uaticinatus est: Obmutuit & non aperuit os eius: Hic inqm est ille præclarus & eximius doctor pacientie: quam ut alios doceret in euangelio dixit. Audistis quia dictum est antiquis. Oculum pro oculo: dentem pro dente. ego autem dico uobis. non resistere malo: sed si quis te percusserit indextram maxillam tuam. prebe illi & alteram: Et ei qui uult tecum in iuditio contendere: & tunicam tuam tolere: dimitte ei & pallium: & qui cunq; te angariauerit mille passus: uade cum illo alia duo: Qui aūt petit a te: da ei & uolenti mutuare a te ne auertaris: imitemur Apostolū dicentem: Noli uinci a malo: sed uince in bono malum: Magna enim uirtus est: si nō lædas: a quo lesus es. Magna gloria est si cui nocere potusti parcas. Nobile uindicte genus est ignoscere uicto: & rursus eundem imitemur Apostolum. qui iubet nos sufferre insipientes cum simus sapientes. Architam & socratem imitemur: qui delinquenti seruo supplicium pepercerunt: Quoniam irati erāt. Aristoteles etiam ut patiens commendaretur: multas Irate & importune coniungis fuit contumelias & iniurias perpessus. ꝙ si hi propter hominum commendationem patientes esse uoluerunt: quanto magis nos propter dei gloriam. pacientes eē debemus. Ad perfectam aūt patientiam cum proximo habendam. octo sunt gradus primus quidem. ut Iohanni Chrysostomo placuit: non incipere iniustitiam. Secundus postq̄ iceptum est æqualibus non uindicari: Tertius est non facere uexanti ea que passus es: sed quiescere: Quartus tribuere se ipsum inpaciendo mala. Quintus est amplius tribuere q̄m ille fecit. Sextus non odio habere qui operatur hec. Septimus est diligere: Octauus bene facere: Nonus pro ipso deum deprecari: per hos quidem gradus quisq; ad uere patiētie apicem scandit.

Sequitur nona conditio.

Textus. Augustinus.

Isciplinam libens habeat: metuēdus imponat:& quamuis utrunq; sit necessarium: tñ plus a uobis amari appetat q̄ timeri semp cogitans se pro uobis redditurum esse ratioē.

Commentum. Ambrosius.

Vatrifariam sumi disciplina solet uno quidem modo pro habitu speculatiuo a doctore.s.indiscipulo r̄cepto: de quo apud philosophos crebrius est sermo:unde de hoc discipline genere in suis præceptis inquit pythagoras.Qui breui tempore ꝑ pudore disciplinam non patitur idest nō a docente recipit omni tpe in pudore in sciētie ꝑmanebit. Altero mō pro habitu morali.Nā cū aliquem bonis moribus præditum intuemur: ipsum bene disciplinatum dicimus.Eo modo Cyprianus doctor ægregius eam esse mēbrorum omnium ordinatum motū dicentemq; dispositionem in cūctis rebus peragendis definiuit.De qua Stoicus Seneca ait in libro de moribus:educatio & disciplina mores facit.Tertio pro actu penitentiæ: sic ieiunia.uigilie: uestis asperitas: strati durities.fastigationes: & flagella quecunq; siue a deo:siue ab homine illata discipline nomen habent: Sic Dauid loquens ad deum dicebat in psalmo: Disciplina tua correxit me ī finem:disciplina tua ipsa me docebit. Sic Esayas de christo loquens ait.Disciplia pacis nostre super eum: & liuore eius sanati sumus:Postremo pro ipsa accipitur correctione: sic Salomon in prouerbiis dixit.Noli subtrahere a puero disciplinam.Sic Apostolus ad Ephesios scribens parentibus iubet.Et uos patres īquit educate filios uestros in disciplina & correctiōe domini:& q̄mq̄ ad hos omnes modos textus posset referri: ad tres nihilominus postremos sensus litteralis conuenientius dirigit͛:Nanq; corripere.bonis moribus ī buere & penitētiis uel ꝑ cōmissis: ul͛ ꝑ agēdis meritis afficere ꝑlatus subditos dēt. ꝑide beatus Bern.sup cātica dicit.Iugo disciplie insolētia morū edomāda ēquo usq; duris ac dinis senioꝝ a trita legibus hūilet͛ & sanet͛ ceruiosa uoluntas:bonūq; quod in se nature supbiēdo amiserat

obediẽdo recipiat. Quibus quidẽ discipline generibus tanto uehemẽ tius se subditi submittãt: quãto pclariora ex illis cõsequũtur ornamẽta At uero disciplina custos spei.baculum fidei: dux muneris salutaris. fomes ac nutrimentum bone indolis:& magistra est uirtutis.discipli na nos facit in christo manere:semper ac iugiter deo uiuere. Et ut uir sanctus Cyprianus in epistola de disciplina & habitu uirginũ inquit ad promissa cœlestia:& diuina præmia nos conducit:econtra.cor qđ sine disciplina est exaltari non ualet: quia humana mẽs sicut male ele uata ĩ infimis premitur: sic bene pressa(ceu Gregorius ĩ moralibus as serit)in sublimimis leuatur.Iure igitur Bernardus exclamat. O q̃ cõ positum reddit omnem corporis statum:nec non & mentis habitum disciplina.Ceruicem submittit:ponit supercilia:componit uultum.li gat oculos.cachinos cohibet:moderatur linguam:frenat gulam:sedat iram:format incessum.ꝙ si tantorum munerum disciplina prædicat Iure præceptor noster demandauit:ut eã ꝑlatus libens habeat sed cui libeat opus est:libeat inq̃ deo:q correctionem iussit faciendã: libeat: hoc est libere & placere debet subditis:q disciplinandi sunt:quoniam si cũ displicentia eam recipiunt: sue mentis detegunt insaniã salomõe testante qui ait.Corrige sapientem & amabit te:corrige stultum & ha bebit te odio.Sed ut in inferẽdis disciplinis subditis prælatus libeat. Eis in primis q̃ salutaris sit disciplina preponat: Iuxta illud Salomo nis in prouerbiis dicentis. Audi filii mi disciplinã patris tui. & ne di mittas legẽ matris tue:ut addatur gr̃a capiti tuo:& torques collo tuo Adiciat se etiam subdisciplina extitisse: & per eam ad ꝑlature ascẽdisse fastigium.dicatq; ad eos cũ Salomone.Audite filii disciplinam patris & attendite ut sciatis prudentiam.Donum bonum tribuam uobis.le gem meam ne derelinquatis.Nam & ego filius fui patris mei tenellus & unigenitus corã matre mea:& docebat me ac dicebat. Suscipiat uer ba mea cor tuum.custodi præcepta mea:& uiues. Et q̃q̃ ad primũ uel secundũ discipline genus hec spectare uideant ꝑlatoꝝ tñ ẽtea aliis co aptare generibus. Subdat tertio:ꝙ nõ odii nõ liuoris non uindictę: nõ supbie:nõ cuiusuis ostentatiõis cã:sed demõstrande bẽiuolẽtie gr̃a se dicat disciplinã exercere: & ita re ipa faciat optet iuxta saluatoris uer bum ĩ apocalipsi ꝑ os Iohannis dicentis quos amo corrigo & castigo

Addat quarto bñ disciplinati hoĩs laudes & præconia. Anectat quin to: ꝙ qui de male actis in hac uita temporalem non capiet disciplinã in altero sæculo æternam patietur pænam & displicinam: eoqꝫ pacto de ipõ uerificabitur quod scriptum est. Qui fatuus est in culpa: sapiẽs erit in pena: hoc est pænam sentiet & cognoscet. Et id quod Salomõ in sapia inquit. Lassati sumus ꝑ uiam ꝑditionis: quia uiã dñi ignora uimus. Vt capiant item libenti aĩo disciplinam. sexto inducat: qtũs ꝓ pter modicas & momẽtaneas quas hic sustinemus passiones: infinita & æterna erimus gaudia suscepturi: & ꝙ ad hec tam magna p̃mia per uenire mĩme possumus: nisi ꝑ magnos labores: dicente Aplõ: Nõ co ronabitur nisi qui legitime certauerit. Postremo disciplinæ oñdit leui tatem dicẽs eis quod xp̃s oibus docuit p̃dicandum: cum dixit. Iugũ enim meum suaue est: & onus meum leue: itaqꝫ, uerbis amenis in scõ corrñdeat lenitas diciplinæ. Sic enim disciplinã libẽs prælatus hẽbit qm̃ tunc libenter & æquo aĩo subditi illã recipiunt: tũc eis libẽs & be neplacẽs prælatus erit. Iuxta illud quod Seneca dixit. Leuiter castiga tus: reuerentiã exhibet castiganti: asperitatis aũt nimie increpatio: nec increpationem recipit nec salutẽ: qm̃ qui uehementer emungit uti Sa lomon in ꝓuerbiis ait elicit sanguinem: itaqꝫ talis debet esse regimis moderatio ut is qui præest ea se circa subditos mẽsura moderet᷑: qua tenus arridens ut inquit Grego. timeri debeat: & iratus amari: ut eum nec nimia lætitia uilem reddat: nec ĩmoderata seueritas odiosum. Sed cum adiecit metuendus imponat: insinuauit: ꝙ (q̃q̃ prelatus discretus dulcis: amenus: & misericors in exercẽda disciplina esse debeat) nõ tñ sic reisse illa eum uti decere ut contennatur: sed seruata pietatis mensu ra sic uiriliter: sicqꝫ strenue disciplinam imponat & iniungat: ut meri to sit ab aliis metuendus: ne sicut in superioribus astruxit: dum nimi um seruat᷑ humilitas regendi frãgatur auctoritas. Itaqꝫ duo hec amor scilicet & timor subditorum in uero prælato resplendeat: horum ta men præstãtior est amor. Iccirco subdit. Et quãuis utrunqꝫ sit necessa rium: tamen plus a uobis amari appetat q̃ timeri: utrunqꝫ nimirũ ne cessarium est: quoniam timor peccatum expellit: amor uero gratiam inducit. Per alterum subditi peccata sibi cauent: per alterum que sunt ad bonum regimen rei publice uæhementius ministrãt: per alterum

comtemptus prælati euitatur:per alterum in regimine ipse perficitur: quoniam uinculum omnis perfectionis est amor:per alterum fugātˀ aduersarii:per alterum fortius inherent subiecti:per alterum ne no cumenta recipiat custoditur:per alterum in omni aduersitate iuuatur quoniam teste Marco Tullio. Amicitia nunq̄ intempestiua:nunquā molesta est:sed quoquo te uertis presto est:scilicet ad te iuuandum:p alterum potens habetur:per alterum in excessibus supportatur. Hinc Augustinus ait:tantum quis portat:quantum quis amat: per alterū gladius iustitiæ euaginatur:per alterum ad ueram charitatem ascēditˀ Vtrunq; item necessarium est:secundum scilicet subditorum qualita tem. Superbi enim rebelles & ælati cum rigore & terrore:humiles ue ro cum mansuetudine & amore sunt obiurgandi. Rursus utrunq; ne cessarium est:secundum:scilicet temporis:loci:& causæ dispositionē: omnia enim ut sapiens ait:tempore habent:quo fit ut interdū id seue re:interdum misericorditer castigandus sit. Ob eam rem. Venerabilis Vgo de nouitiorum instructione inquit.q̄ q̄uis nl'lo loco disciplinā suam homo deserere debeat:diligentius tamen ibi conseruanda ē:ubi uel neglecta pluribus generat scandalum:uel custodita bona imitatō nis exemplum. Et iterum:utrunq; necessarium est:quoniam utrunq; xp̄s:quem imitari debemus faciendum docuit. Nam nunc de funi culis fecit flagellum ad uerberandos eiiciendosq; delinquentes e tem plo. Nunc publicanum contritum iustificauit in fano. Nunc p̄misit Iudam suspendi laqueo. Nunc latronem iussit locari ī paradyso. Nūc iudeos æternis cruciatibus affecit. Nunc Petrum negantem oculo pi etatis inspexit. Miscenda ē igitur lenitas seueritati:faciēdo quoddam ex utroq; tempamentum:ut subditi neq; multa asperitate exaltentur neq; nimia benignitate soluantur. Hoc iuxta diuini gregorii interp̄ tationem nimirum illa tabernaculi arca signat: in qua cū tabul'uirga simul & manna erat:quia cum scripturæ sacræ scientia in boni recto ris pectore consistat si est uirga correctionis & manna deb et esse dul cedinis. Hinc Dauid ait. Virga tua & baculus tuus: ipsa me conso lata sunt:uirga enim percutimur:& baculo sustentamur. Sit ergo dis cretio uirge quæ feriat:sit & consolatio baculi que sustentet. Sic enim dux populi moyses eos amauit:quibus præfuit:ut pro eis nec sibi p

ceret:& tamen delinquentes sic persecutus ē: quos amauit: ut eos etiā domino parcente prosterneret:utrobiq; legatus fortis:utrobiq; medi ator admirabilis:causam populi apud deum præcibus: causam dei a pud populum gladiis alligauit.Et quanq̄ utrunq; necessarium sit: tñ plus inquit:a uobis amari appetat q̄ timeri: qm̄ magis illa deo placet seruitus:quæ ex diligentis cordis procedit armario q̄ quæ ex ipo pro ficiscitur timore.Ideo ait.Iam non dicam uos seruos:sed amicos.Nō enim uult deus ut eum timeamus:tanq̄ dominum serui:sed uult ut e um diligamus tanq̄ patrem filii.Et ut præcepta eius faciamus non ti more pene:sed amore iustitiæ.Et ideo non solum parens noster Au gustinus uerumetiam Bernardus dicit ad prelatos: Studete magis a mari quā timeri.Et Isidorus talem te redde subditis:ut magis ameris quā timearis:nec ambigendū est:id a spiritu sancto extitisse: hos tres celeberrimos doctores uno pene ore in hanc cōuenisse sententiam:ad hocautem consequendum ut a subditis scilicet prelatus magis diliga tur.Caueat sibi imprimis superbiam: quoniam sicut in ecclesiastico scriptum est.Odibilis est coram deo & hominibus. Caueat subinde sibi cor durum & inflexibile:quoniam hoc sicut in libro regum legit' Fecit Roboam odiosum:ideo egregie scriptum est.In mansuetudine opera tua perfice:& super gloriam hominū diligeris.& saluator mites beatos esse dixit:quoniam ipi possidebunt terram.Caueat sibi crude litatem.Nam hec Neronem duxit ad interitum.Caueat auaritiā quo niam nequit plebs tollerare Exurimen.Ideo psalmista inquit.Si non fuerint saturati murmurabunt.Ob auaritiam quidem.M. crasso a ba byloniis intercepto:mercurialem aurum absorbenti dictum est. Au rum sitisti:aurum bibe.Caueat sibi tyrannicam uitam:iniustas tallias iniquas sententias:per has quidem multi subditi in desperationem la buntur:per has alter dionisius syracusanus profugatus est:alter inter emptus.non uelit singularis haberi.Nam regendi auctoritate mode stiæ:& honestate uite seruata:si aliis conformis fiat: allicit eorum ani mos ad eum diligendum:quoniam sicut scriptum est.Omne animal diligit sibi simile.Non sit uitæ uoluptuose adamator.Non iurisdicti onum suæ rei publicæ:& subditorum neglector:per hec enim Sarda napalus regnū amisit:& seipm̄ cū omni ære suo in ignē præcipitauit:

& in hoc solum ut inquit Iustinus imitatus est uirum. Præclare igit de Epis Ambrosius ait. Quanto pre cæteris gradus episcopalis altior est: tanto si per negligentiam dilabitur ruinam incurrit grauiorē. Nihil præterea est ꝙ in tantam deordinationem & confusionem inducat sicut negligentia prælatorum. Ob eam enim: ut Bernardus ait: in eis est terra sursum: & cœlum deorsum: pedes sunt supra caput: & facies ē retro: interiora effusa sunt extra. Deus ibi conculcatur & terra deificatur: diabolus honorifice recipitur: dens uero contumeliose repellitur: Terra sursum est: & cœlum deorsum: ubi terrena cœlestibus ꝑponuntur: pedes sunt supra caput: ubi uiri spūales despiciuntur: homines uero terrena sapientes ad regimen temporalium utiles in honore habētur: facies est retro: cum in operibus que uidentur bona potius utilitatis terrena intenditur: q̄ merces æterna queratur. Interiora sunt extra cum bona interna negliguntur: & exteriora diliguntur. deus uero cōculcatur: & terra deificatur: ubi deficit charitas: & regnat cupiditas: diabolus honorifice recipitur & deus contumeliose repellitur ubi raptores & usurari cum honore recipiuntur: & magnis expensis procurant boni uero pauperes: uel repulsam patiuntur: uel male procurantur. & illius quidem præclarissime sententiæ: ut magis scilicet amet q̄ timeatur: rationem ipse ponit cum subdit. Semper cogitans deo se pro uobis redditurum esse rationem: hec profecto cogitat semper debet: qui iudex est animarum quia supra se iudicem habet deum: ut regiminis curam tanto solitius agat: quanto se redditurum rōnem pro cōmissis sibi apud districtum iudicem pensat. Valde enim solicitatur in bono opere si quisq; in cunctis que agit semper cogitat de extremo fine: un de scriptum est. In omnibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis. At uero de casto amore: de quō impresentiarum ē sermo: quantūcuuq; uehementi penam nemo suscepturus est: nec rōnem rediturus: quoniam in eo nullus prorsus potest contingere error. De timoris autem excessu utiq;: quoniam per eam nonnunq̄ sic franguntur subditi: ut in prælatum tanq̄ in tirannum multa: etiā usq; ad perniciem machinentur mala. Sed circa rōem ab eis reddendam in primis considerare prælati debent: ꝙ de rebus preciosissimis ac ꝓcellētissimis sunt rationem redditurí: quoniam de animabus rōnalibus ad

summi dei imaginem creatis. Iuxta illud Apl̄i Pauli ad hebreos: Vlti mo ip̄i uidelicet præpositi puigilant q̄si reddituri r̄oem de aiabus ue stris: subinde non de una: nec de omnibus solum cōiter: uerumetiā si gilatim de singulis exemplo saluatoris: qui ad eius patrem cœlestem loquens: ut Iohannes in euāgelio scribit aiebat: pater sancte quos de disti mihi ego custodiui: & nemo ex eis piit: nisi filius pditionis. ter tio de ip̄arum fructibus: ceu uigilātissimus custor Iacob ad laban di xit. Oues tuæ & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non co medi: nec captum a bestia ostendam tibi: ego damnum omne redde bam: postmodum de ip̄arum qualitate huic p os Ezechielis ait domi nus ad pastores. Ecce ego iudico inter pecus pingue & macilentū con siderare item debent q̄ deficientes in ratione non leuiter punientur: sed proculdubio animam pro anima reddēt. Iuxta illud quod in ter tio regum scribitur. Custodi uirum istum: qui si lapsus fuerit: erit aīa tua pro anima illius. Considerent demum: q̄ non pro cōmissis solū: sed etiam pro negligenter omissis penam luent. Propterea Salomon sexto prouerbiorum monet. Fili mi si spoponderis pro amico tuo de fixisti apud extraneum manum tuam: illaqueatus es uerbis oris tui: & captus propriis sermonibus: fac quod dico fili mi & temetip̄m libe ra quia incidisti in manum proximi tui: discurr: festina: suscita amicū tuum: ne dederis somnum oculis tuis: nec dormient palpebræ tuæ: Eruere q̄si damula de manu: & quasi auis de insidiis aucupis. Quibus quidem de causis non aliquando: aut sæpe: sed semper: præceptor nos ter inquit: prelati cogitare debent se pro subditis deo reddituros eē rō nē ac pinde. pmptōres fiant ad ea facienda q̄ p ip̄is sunt facturi. cū igit̄ tot sunt opportuna ad rectū regimē præsidentium: nō imerito greg. dixit. q̄ ars artium est cura animarum. Et q̄ ualde pensandum est ad culmē regimis q̄sq̄ q̄liter ueniat: & q ad hoc recte pueniēs: q̄lr uiuat & bene uiuens qualiter doceat. Et recte docens infirmitatem suā quot tidie cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat: aut puentioni uita contradicat: aut uita doctrinam destruat: aut doctrinam p̄sumptō ex collat: uirtutibus pollens coactus ad regimen ueniat. Nō uacuus sed coactus accedat: quoniam monstruosa res est: ut Bern. ait Cantat gra dus summus & animus infimus: sedes prima: & uita ima: lingua mag

niloquia:& manus ociosa:sermo multus:& fructus nullus:uultus gra uis:& actus leuis:caput canum:& cor uanum:facies rugosa: & lingua nugosa.iugens auctoritas:& mutans stabilitas.

Textus Augustinus

Nde uos magis obediendo non solum uestri:sed etiam ipsi us miseremini:qui inter uos quāto in loco superiori tanto in periculo maiori uersatur.

Commentum Ambrosius

Vāq̄ aurelii augustini interpres simus:nullo tamen melio ri modo ip̄m interp̄tamur:q̄ cum suatum sniatum ip̄m in terpretem arcessimus.ob eam rem ip̄m sepenumero loquē tem ītroduximus:ob eam causam ut hunc textum sanius excellētius q; exponamus:libet nobis cum eo in libro de uerbis domini dicere. Nihil est in hac uita:& maxime hoc tēpore difficilius:laboriosius: ac periculosius ep̄i aut presbyteri officio:sed apud deum nihil beatius:si eo modo militetur:quo noster imperator iubet. Ob grande igit̄ offi cii periculum:difficultates:laboresq; subditi miseri prælatorum debēt id autem faciunt optime.si eis obediunt.Quippe ex ip̄a uera subdito rum obedientia:duplex oritur miseratio.Nanq; imprimis obediēdo subditi sibiip̄is:subindē eorum prælatis miserentur.Sibiip̄is quidem miserentur:si iussa complent:q̄m sicut non obediendo peccant:peccā do uero in se ipsos crudeles sunt:quia seipsos odiūt: quoniam qui dī ligit iniquitatem odit animam suam:quia seipsos in̄ seruitutem redi gunt:quoniam qui facit peccatum seruus est peccati:quia se ip̄sos occī dunt:quoniam peccatum cum consumatum fuerit inducit mortem: Ita econtra obediendo:libertatem:dilectionem:& uitam consequūt̄ æternam: iuxta saluatoris sententiam:si uis ingredi uitam serua man data:ad hunc item sensum scriptum est.Miserere aīæ tuæ:peccata scili cet commissa delendo:& futura euitando:subinde subditi obediendo prælatis miserentur:quoniam p̄ subditorum obedientiam prelati ab

innumeris laboribus difficultatibus:& periculis tam anime q̃ corpis liberantur: qui quanto in loco superiori tanto in periculo maiori uersantur. Inde fit ut lenius est de plano corruere: sic grauius est(ut diuus inquit Ambrosius)de sublimi cadere dignitate:quia ruina que de alto fit:grauiori casu collidittur. Et ideo magna sublimitas magnã debet habere cautelam:honor grandis:grandiori debet solicitudine circumuallari. Cui plus creditur plus ab eo exigitur. Ob eam rem sub diti omnes:prælato compati magnope debent:quia illi omnes credi ti sunt:& de eis omnibus & singulis est rationem redditurus. Transe git quod iam exposuimus ex superiori sententia. si enim subditi plus amare prælatos debent q̃ timere:sane fit ut magis sint ad obediendũ promptiores. Amor enim hylarius ferimus quæcunq̧ ferimus. Amo re igitur iuga libẽtius subimus mandatorum:quoniam legis plenitu do est amor:sicut scriptum est,qui diligit legem adimpleuit. Sed que nam sint ista maiora pericula:in quibus prælatus in altiori positus fa stigio uersatur:q̃q̃ ex prælibatis intelligi satis possint:non tamen in utile uidetur:illa in unum q̃ succincte redigere. Nanq̧ presidẽtes plu ribus maioribusq̧ sunt impediti negociis. Ipsi nẽpe sunt in quos om nium hominum oculi sunt coniecti. Ipi sunt: a quibus omniũ subdi torum exquiretur ratio. Ipi sunt quibus maiores preparantur insidie Diuturniora exquiruntur exilia:exquisitiora dantur flagella:crudeli ores inferuntur neces. De altiori cadentes magis collidunt:collisi tar dius eriguntur. Deniq̧ pro pari crimine maiori cruciantur supplicio propterea quicunq̧ desideraverit primatum in terra (ut præclare dic tum est a Crisostomo)inueniet confusionem in cœlo. Nec inter ser uos xp̄i computabitur:qui de primatu tractauerit. Nec unusquisq̧ e orum festinet:quomodo aliis maior appareat:sed quõ omnibus infe rior uideatur:quoniam non qui maior fuerit in honore ille iustior ẽ sed qui iustior fuerit ille proculdubio est maior.

Textus Augustinus

Onet deus:ut obseruetis hæc omnia tanquã spiritual' pulchri tudinis amatores:& bono xp̄i odore de bona conuersatione

fragantes: non sicut serui sub lege: sed sicut liberi sub gratia cõstituti.

Commentum Ambrosius

Væ nam est rõ: ut deum roget qtũs donet & cõcedat: ut ob seruemus hec omnia: nisi quia ipe dixit. Sine me nihil po testis facere. Nanq deus est omnium reꝝ pncipiũ: forma: & finis. Quippe ut pncipium efficit omnia: ut forma est omniũ rerũ ordo: ut finis: idest ad quod reducunt omnia. Nec ullo ignorantie ge nere id eum effugit: qm̃ totus oculus est: qui oĩa uidet: nec loci ab eo tollit distantia: quia totus pes est: qui ubiq est: neq aliqua aufert ibe cillitas: qm̃ totus manus est: quæ omnia opatur. Hinc parens nr̃ sup id quod in orone dñica dicit: pr̃ nr̃ qui es in celis ait. deus est in seip so sicut alpha & o: In mundo sicut rector & auctor: In angelis sicut sa por & decor. In ecclesia sicut pr̃familias in domo. In anima sicut spon sus in thalamo. In iustis sicut adiutor & ptector. In reprobis sicut pa uor & horror. Hinc etiam ꝙalte ad Lucillum stoicus nr̃ Seneca scribẽs ait. Prope deus est: tecum est: intus est: ita dico lucilli. Sacer intra nos spũs sedet: malorum bonorũq obseruator & custos. Hic, put a nobis tractatus est: ita nos ipe tractat: bonus enim uir sine deo nemo ẽ: qd a Socrate prius assertum fuerat: qui ut Marcus Tullius in his libris: qui sunt de natura deoꝝ memĩt dicere solebat. Nemo unq uir bonus sine aliquo afflatu diuino: quod si ita esse firmiter asserendũ sit: ut om nium reꝝ atq bonarum actionum deus sit auctor suæ excælse maies tatis seruoꝝ suorum mandata quis seruabit: nisi ipius donet clemẽtia ut seruentur. Non enim est uolentis uelle: nec currentis curre: sed dei miserentis. Perinde scũs Dauid leuabat oculos suos in montes: unde pueniret auxilium ei. Sed in quos montes nisi in illos excælsos mõ tes æternitatis: prem. s. filium & spũm: qui omni fine & pncipio carẽt qui penitus sunt imutabiles quorum inaccessibilis est altitudo: quo rum fundamentum est ineuertibile: quoꝝ agentes sunt fæcundissimi quoꝝ noster intuitus clara ẽ uisio in hesio: requies & amplexus & uera nostra beatitudo. Hi quidem sunt ille triceps mons: cuius radix æter na: cuius basis infinita: cuius profunditas est abyssus: cuius magnitu

do ultra & citro est incompræhensibilis. Hæc inquam illa est essentia substantia: seu natura: quæ deitas est: per quam filius pater & spiritus sanctus: quanq̃ proprietatibus distincti: unus sunt deus: unus motor unus creator: & unus dominus: qui fecit celum & terram: a quo ut ad iecit Dauid suum extat auxilium: ad quem oculos corporis ac mẽtis: semper: ceu noster præceptor fecit: eleuare debemus: & eius humiliter supplicare celsitudini: quatenus suam gratiam donare & largiri digne tur: ut tanti nostri seruemus præcepta parentis: quorum obseruantia spiritualis pulchritudinis iudicemur amatores. O quantis igitur ex tollenda est præconiis tantis patri sollicitudo: quam erga suos: quos ĩ christo genuit filios gessit: ut non solum tanquam uerus doctor: q̃d prosequendum: quidq; euitandum sit: docuerit: ut non modo tãquã uerus pastor: quæ sint suis ouibus necessaria pascua demonstrauerit: sed etiam quo pacto illa habeantur: operam dedit: illum scilicet dep̃ cando: qui dat æscam omni carni: qui dat cibum in tempore oppor tuno his omnibus: qui in eum sperant: & aperit manum suam: & im plet omne animal benedictione: qui operandi concedit uires: & bene operanti tribuit gloriam. Imitatus quippe est doctorum princeps: gentium doctorem: qui in omnium suarum epistolarum calce: grati am domini nostri Iesu christi cum illis: ad quos scripserat: esse roga bat: quatenus per illam: quæ docuerat adimplerent. Et porro tam per fectorum uirorum nunquam frustratur oratio: quoniam Dauid teste Prope est dominus: scilicet ad exaudiendum omnibus inuocantibus eum. non tamen qualitercumq;: sed ut adiecit inuocantibus eum ĩ ue ritate: hoc est his: qui equa mente: iustoq; animo: æqua & iusta postu lant ab eo.

n

Commentum Ambrosius

Taq; hoc efficacissimum est patrocininm: præpotentem scilicet inuocare deum: quo uniuersa seruemus mandata: Roborari enim & illustrari opus ẽ mentem: & rore irriga ri superno: ut iussa compleat. At uero ipse immortalis deus splendor ẽ: nunquã deficiens: uita indefesse non moriens: fons semp̃ scaturiens

nota de malis monachis

Seminale uitæ seminarium: sapientiæ ꝑncipale principium. Initialæ bonitatis initium: & omnis saluteferæ actionis infallibilis origo: atq; infatigabilis cardo: quod cum ita ꝓrsus sit: qs ambigit: ceu nr̄ postulat orator: ut si ex alto donetur: cuncta seruare queat? Sed quis cœlestium expers est donoꝝ? nisi qui labe pollutus est peccati? Purgemus igitur imprimis fratres mentem: postulemus deinde e superis uires: quibus hec omnia quæ sunt nobis pro salute acquirenda demandata: ualeamus integre: perfecteq; seruare. Sed o infandam religiosorum ꝑfidiam: qui uniuersa religionis contemnunt præcepta. O stultam eorū curam: qui aliqua obseruantes: reliqua aspernantur. O insanam alioꝝ mentem: qui cum perfecte cuncta seruarẽ possint indiminuta imperfectaq; delectantur & gloriantur obseruantia. Primi quidem non monachi: sed dæmoniaci: non religiosi sed demoniarchæ sunt appellādi qui dæmonum fræti nequitia: uniuersa dirumpunt mandatorum uīcula: & ruptis in omnium bonorum ab eis agitantur deserto: in quo quasi lasciuiens hircus: & indomitum Rhinocerus effrænate ꝑ deuia incedens: in interitum præcipitantur. Hi nimirū excogitare debent q̄ magna: quāq; execrabilis est animorum iactura: cum suæ religiōis uota minime reddunt. Quippe de religioso statu in societatem dilabuntur reproborum: & de angelico fastigio cum demonibus in cruciatus eiiciuntur æternos: fiunt item hominibus ludibrio: plaudunt enim eis manibus: omnes transeuntes per uiam sibilant eis: & sup eos capita mouent dicentes. Hæccine est ista religio: quam adiuistis perfecti decoris? fiunt abominabiles deo: a quo eis ꝓculdubio dicitur. Iugressi contaminastis terram meam. hoc est ecclesiam & monasteriū: & domum meam prophanastis: & hereditatem meam: quam ꝑ religionis obseruantiam ꝓmiseram uobis: posuistis in abominationem. Si enī uineam quis deuastat: torcular eius demolitur: & sepem qua circūdata est igne consumit: non solum deridendus atq; abhominandus est: Sed acerrimo plectendus supplicio: quāto magis q̄ sanctā religionē ꝑ mādatoꝝ cōtēptū nitit̄ euertere? nūqd ēt r̄ligio ipā una ex uineis dn̄i sabaoth ē? & qd ē eius sepes nisi obseruātiū cetus? qd torcular nisi ipā mādatoꝝ obseruātia corpa ī seruitutē r̄digēs ex q̄ celeste gaudiū tāq̄ uinū cōfluit amēissimū: o remūerator uberrie deus ut ex modica tꝑaliq;

pæna immensam & æternā tribuas gloriā. O q̄ igit̄ inextricabili rei sūt iuditio: qui tam pulchram: tam amplam: tamq̧ fertilem dei possessionem deuastant. hi profecto acriores sunt apris de silua: & crudeliores singularibus feris: que uastāt et depascunt letas segetes pauperū. hi leonibus uoratiores: q omne genus inuadunt animalium. hi deteriores & nequiores his: qui sacra incēdunt templa. Et o utinam sibiipsis tantū nequam essent: & non aliis darent offendiculum: præstant enim hi filii belial his qui in ea boni sunt occasionem: ut malum agant & recedant a uia dei: hi uero qui adhuc mundo uiuunt: & religioni afficiuntur: uidentes eam destitutam moribus: orbatam bōis religiosis: repletam transgressoribus: & omni genere turpitudinis infectam. deuotionem perdunt: & a sancto ad eas intrandi præposito animum auertūt Quocirca longe illis utilius extitisset: si ad nullam unq̄ habuissent religionem ingressum: & mundane potius uacassent mercature aut militiæ: q̄ sancte religionis nomen & habitum deferre: uitam uero omni phariam ducerent religioni contrariam. Sane igit̄ a sapientissimo Cōcinnatore nostro dictum est. Si quid uouisti deo: ne moreris reddere displicet enim ei infidelis & stulta ꝓmissio: sed quodcūq; uoueris redde. Multo enim melius est: ut mox adiecit: non uouere: q̄ post uotum promissa non reddere. Quare qui se inhabiles ad seruandam sanctam religionem cognoscunt sanctius est eis in sæculo uiuere: q̄ ipsam: imo sanctos fundatores: immo deum uerum: & rerum omniū auctorem: in ipsa contemnere. Sed qui iam eam professi sunt: summo studio niti debent eam ueluti sponsam formosissimam complecti: & sine macula & ruga seruare illesam. Nam si apud Rechabitas tantum Ionadab ualuit mandatum: ut sicut in Hieremia propheta scriptum est: non biberent uinum cunctis diebus ipsoꝝ: & neq̧ ipsi neq̧ nati natorū utriusq̧ sexus domos ad habitandum hædificarent: uineam non plantarent: sementum non sererent: neq̧ haberent: sed omnis uite sue tempore peregre in tabernaculis uiuerent. Si Pharisei a deo seniorum seruabant traditiones: Sicut in Euangelio Mathei legitur: ut nunq̄ nisi lotis manibus māducaret. Si Romani eoꝝ sic obediebāt cōsulibus ut ꝓ eorū seruādo edicto ꝓpriis nō pcerēt liberis. Si psarum leges atq̧ medorū: nemo sicut hester ꝑmo recenset̄ auderet uiolare: q̄to magis christicole

Malus monachus nō solū sibi q̄ pluribus nocet.

uerus heres deb; ſeq legē paternā &c.

fidei religioſi ſuorum ſanctorum patrum mandata: quæ non niſi ſpi
ritus ſancti conſcripta fuerunt conſilio ſeruare debent: ut. ſ. tanq̄ legi
timi non adulteri filii in eorum ſuccedant hereditatem. Etenim omiſ
uerus heres: legem debet ſequi paternam: ut ea uidelicet opera cōpleat
quæ pater iuſſit facienda: Perinde ſaluator noſter Ieſus xp̄s dei homi
niſq; filius iudeis ſe iactantibus abraam habere prēm dixit. Si filii A
braæ eſtis: opera Abraæ facite. Eatenus qui uel diuum Auguſtinum:
uel Baſylium: uel Benedictum: Dominicum: uel Franſciſcum ſibi pa
trem uendicāt eorum opera faciant. & quæ facienda reliquerunt adim
pleāt: alioqn non eorum ſolum: uerumetiam ſummi dei eos non præ
teribit maledictio: quoniam qui eos ſpernit: deum ſpernit: qui miſit
eos qtūs tantarum eſſent religionum propagatores. Quid prodeſt ꝙ
nomen habeant: habitum deferant: locaue inhitent religionis: & man
datoꝝ ipſius ſint contemptores: Nonne directe eos omnipotentis: q̄
p os Hieremie ꝓphete enuntiauit feriet ſententia: Aitenim dn̄s inob
edientibus ei. Nunqd ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta: ī
qua inuocatum eſt nomen meum in oclis ueſtris: Ego ego ſum. ego
uidi dicit dn̄s. Ite ad locū meū ī ſylo: ubi hitauit nom̄ meū a ꝑncipio
Et uidete q̄ fecerim ei ꝓpter maliciam populi mei iſrael. Et nunc quia
feciſtis omnia opa hec dicit dn̄s. Et locutus ſum ad uos mane conſur
gens: & loquens: & non audiuiſtis: & uocaui uos & non rn̄diſtis: fa
ciam domui huic: in qua inuocatum eſt nomen meum: & in qua uos
habetis fiduciā: & loco quem dedi uobiſ & pribus ueſtris ſicut feci ſy
lo: & ꝓiiciam uos a facie mea: ſicut ꝓieci omnes fratres ueſtros ſemen
effraim. Cum igitur omnis religio: atq; & omne religionis monaſte
rium dei domus eſt: omnes in eo hitantes: & ſuæ regulæ præcepta nō
ſeruantes a facie eiicient̄ imortalis dei. Quicquid ergo profeſſione ſu
mus: actione potius. q̄ noīe demonſtremus: ut nomē ſicut glorioſus
antiſtes Ambro. ait cōueniat actioni: & actio rn̄deat nomi: ne ſit no
men inane. Et ꝙ nō ſit deifica ꝓfeſſio: & illicita actio: ne ſit religioſus
amicus: & inreligioſus ꝓfeſſus: ne uel reſiſtens: uel repugnans: uel con
temptibiliſ quæ religiōis ſunt omittens cum ægyptiis peruulos iſrae
litici generis: hoc ē q hūilr ī religiōe deo famulāt̄ necare conet̄ ac īſup
cū herode naſcētē ꝑſequat̄ ſaluatorē: qui oīs eſt religionis cardo. Qui

autem regule partem cōtennunt:ptemq; seruant: parum accuratis at tendunt ad illud quod Aplus Iacobus inquit. Quicunq; totam legē seruauerit:offendat autem in uno:factus est omnium reus. Quid est factus est omnium reus:nisi qui legis transgressor factus est: quæ ex omnibus tanq̄ quiddam pfectum constat præceptis:Ideo Apls mox adiecit. Qui enim dixit non mechaberis:dixit & non occides. q̄ si nō mechaberis:occides autem:factus es transgressor lægis: quoniam nō ex uno præcepto tantum:sed ex omnibus lex ipsa conflatur. Itidem e nim est:si p foramen submergatur nauis:& si tota dissoluatur: quēad modum par est:si quispiam uno:aut pluribus intereat uulneribus.nē pe talibus apud inferos eueniet quod illi contigit monacho:qui cum indumento quodam ptim monachali:ptimq; seculari indutus in ad ulterio cōphenderetur:uir adultre ad eum dixit. Domine monache ex hac pte qua ueste indutus es monachali:ne excōmunicatus sim nō te tangam:sed ex hac qua indutus es seculari bene licet mihi te uulne rare:& sic ea ex pte miser monachus multis pfossis uulneribus extinc tus est. Eo pacto quocunq; ex peccato quis damnetur pculdubio dā natus est. Qui tandem uniuersa seruant præcepta:sine decore tamē ut pote minus pie:minus feruenter:minusq; deuote & attente illa cōplēt saluantur utiq;:sed p ignem. Nihil enim pfecto nisi expurgatissimū & nitore candens intrabit in gloriam. Si eni monache ieiunas fac qd̄ xp̄s adiecit:caput.f.tuū oleo unge misericordie. Si castus es: noli glo riari in castitate tua:ut ex te illam tibi uendices:& fragilem iudices:& detesteris fratrem:sed potius deo gratias habeas: agas:& pro uiribus referas:qui tibi munus dedit castitatis:& pro fratre ora:ut fortis fiat ī tentationibus:& donum recipiat continentie. Si es pauper exterius: noli diues esse interius:quid prodest rebus carere corporaliter & cupi dum insatiabilemq; esse mentaliter. Audi quid Saluator dicat. Beati pauperes spū. Illi nempe sunt spiritu pauperes:qui diuitiis etiam si af fluant:cor non apponunt. Si obediens es: fac ut tua obedientia de suo nihil habeat. Etenim quantum de se habere comperta est tantum a sua deficiet perfectione. Et demum si quod mandatum seruas: cu ius te ad mortem ducit transgressio:sic illud serua :ut de illius obser uandæ circumstantiæ non te ducant ad cremium. Ex his oībus illud

tantum hortari ualeo: ut quicunq; secundum regulā uiuere statuerūt & si non ad unguem (ut dicitur) totam custodire possunt: ab his tñ q̄ regulariter ꝓfessi sunt non discedant.

Commentum

Spūalis utiq; pulchritudinis dēt eē amator: qui salutifere legis desideraē eē obseruator. Quid est spūalis pulchritudo nisi uirtus animi? qd aūt uirtus nisi hītus mentis rōi cōsentaneus. Perinde Augus' in li. de spū & anima eam esse hītum mentis bñ institute definiuit. Mentē aūt bene institutā instar bñ instituti regni accipito: quod tunc bñ institutum eē censetur: si recte in eo cōsolatur: recte imperet: recteq; obediatur. Sic mens bñ instituta est: cum rō recte cōsulit: uoluntas recte imperat: & uires uoluntari subiecte bñ recteq; obediūt. Hec bona institutio q̄ maximū est aīæ firmamentū: ab ipsa efficitur uirtute. Nanq; uirtus ipa est: que rationem illuminat uoluntatem inflammat: & eam de uitiorum seruitute ad præclarum sublimat imperium: uirtus memoriā imbuit: imbutam conseruat: cōseruatam auget: auctam decorat: decoratam lætificat: letificatā ad summi dei imaginem: rerumq; omnium similitudines ducit: ductam irradiat: irradiatam ad iugem extollit contemplationem: contemplantē uero omnis obliuiōis facit expertem: expertemq; quoq; efficit capacē summi dei: & rectum domicilium eius: ut obeius in ea presentiam uere beata efficiatur. Quid plura? uirtus regnandi lex est: regentiū regula: regendorum norma: præsidentium sceptrum. iudicantium æquitas: pauperum tutela: oppessorum leuamē: domus gubernaculum: & oīs rei publice regimē. Pulchre igit' inquit Seneca: uirtus regna urbes ac ꝓuincias tempat: fert leges: colit amicitias: inter ꝓpinquos liberosq; dispen sat officia: mō arto fine circūdat' paupertatis: exilii orbitatis: non tamen minor est: si ex altiore fastigio ī ꝓuatū: ex regio ī hūilē subducit': ex publico & spatio iure ī āgustias domus l'āgli cohit: qm̄ ex ide fit pccoꝝ excidiū: & tā rc̄te acqrēde btitudis uia: ut ñ ueriti sint stoici ī ea fœlicitatē sancire: pinde marcus tullius cicero: illoꝝ disciplie defensor acerrimus ī pclaro suaꝝ padoxaꝝ libro ait: pcii q̄ti estinanda est

uirtus:quæ nec eripi:neq; subripi potest:neq; naufragio neq; incen
dio amittitur:neq; tempestatum neq; temporum ꝑturbatione muta
tur:qua præditi qui sunt:soli sunt diuites:soli enim possident res fru
ctuosas & sempiternales.Soliq; quod est ꝓprium diuitiarum contēti
sunt rebus suis:satq; esse putant quod est:nihil appetunt:nulla re īdi
gent:nihil sibi sentiunt deesse:nihil requirunt.Sicq; in ea omnis desi
derii statum locant.Nos autem multum inter uiam terminūq; distarē
dicimus.Non enim uiam qua germani Romam ueniunt quispiā rec
te assererat Romam esse.At enim ꝑ uirtutem ad summum bonū tāq̄
ꝑ gradus ascendimus.Summum autem bonum non est:quoniā hoc
incommutabile est.Illa uero deperdi uel saltē remitti pōt:hoc inreferi
bile ad aliud est.Illa uero ꝓpter hoc est.Rursus habentem uirtutē cō
tigit q̄nq; dormire:& nihil ꝓrsus agere.Et insuper in maximis malis
atq; aduersitatibus fortune positum esse.At uero qui fœlix est:qm̄ su
præmum possidet bonum.Ociosus esse non pōt:& omnis penitus ē
expers mali.Ideo de illis qui sic fœlices erunt:ueracissima inquit scri
ptura.Absterget deus omnem lachrimam ab oculis sanctorū: & iam
non erit amplius:neq; luctus neq; clamor:sed neq; ullus dolor.Et q̄q̄
uirtus ipm̄ supremum bonum(ut diximus)non sit:est tamen rectum
iter:& indeuium ad illud ꝑueniendi uehiculum.Est uestis qua induti
ad eius admittimur nuptias.Est pulchritudo:qua illud nostri capit᷑
amore.Est decor quo nos q̄ dulciter amplexat᷑.Est odor quo nos ad
se attrahit & copulat.Est dulcedo ꝑ quam illius gustamus suauitatē.
Est splendor:ī quo lux illa ineffabilis suam recognoscit similitudinē.
Est candidatus ornatus:quo nos ille qui est candor lucis æterne: spæ
culum sine macula dei maiestatis:& imago bonitatis illius nos insig
niuit.Est clipeus quo nos:Imperator ille cœlestis:de nostris fecit hos
tibus triumphare.Est insignium:quo dux ille inuictissimus nos suos
milites & ualidos pugnatores extitisse cognoscet.hos & alios uirtutis
effcūs ipe deus:q solus ē:q ē sūmū bonū uelut admirās:sc̄e ꝑ salomonē
aīe īqt:q̄ pulchra es amica mea:q̄ pulchra es.ocl'i tui colūbaꝝ:absq; eo
qđ intrīsecus latet.Capilli tui sicut greges capraꝝ:q̄ ascēderūt de mō
te galaad:dētes tui sicut greges tōsaꝝ:q̄ ascēderūt de lauacro. Omnes
gemellis fœtibus & sterilis nō ē īter eas.Sicut uicta coccinea labia tua

& eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici: ita genæ tuæ ab sq; eo q intrinsecus latet. Sicut turris Dauid collum tuum: quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clipei pendent ex ea: omnis armatura fortium. Duo ubera tua: sicut duo hinnuli capreæ gemelli: q pascuntur in liliis: donec aspiret dies: & inclinentur umbre. Vadã ad mõtem myrre: & ad collem turris. ppter quæ mox transigit: tota pulchra es amica mea: & macula nõ est i te. Et ut uirtutis beata & fœlix anima recipiat merita: eam ad se arcessit dicens. Veni de libano sponsa mæa Veni de libano. Veni coronaberis de capite amana: de uertice Sanir: & hermon: de cubilibus leonum: & de montibus pardorum. Sed illđ non est prætereundum: q sicut corporis pulchritudo: ita & animæ in duplici: scilicet qualitatis quãtitatisue proportione consistit. Non enim pulcher quis dicitur: si in magnitudine excessum uel defectum: patiatur: sed potius quidem monstrum. Neq; si communis est statur & membra habeat difformia. Quis enim illum appellabit pulchrum qui tricubitum habens corpus: cubitalem haberet nasum? Aut quis etiam si membra singula pporcionata habeat pulcher esset: si male coloratus esset. Etenim sicut alia membra maiora alia minora sint: oportet sic aliter illa: aliter uero hec colorata sint opus est: bñ igitur sensere philosophi: pulchritudinem in uarietate astruentes. Cõspiciamus picturas si totæ rubeæ: uel to te nigræ sunt: pulchræ non sunt. In hoc ĩeffabilis sapiã & potentia laudatur creatoris: q duo entia omnino similia non fecit. Nam si omnino & prorsus in omnibus & singulis similia essent duo profecto non essent. Sed in quibus iam proportionibus mentis consistit pulchritudo: uideamus: sacre litteræ beate uirginis pulchritudinem describentes eam rutilãtem ut auroram: pulchrã ut lunã: electam ut solem: & ut castrorum aciem ordinatam: terribilẽ dixerunt. Et rursus de seipsa inquit. Nigra sum sed formosa filia irlm Sed quid p rutilantẽ aurorã nisi prudentiã intelligimus? Nanq; sicut aurora fugat noctis tenebras: dieiq; lucem inducit: sic prudentia ignorãtie tenebras tollit: lucentisq; ueritatis claritatẽ tribuit. Spectat enim ad prudentẽ mala & bona scire: illa ut tanq̃ tenebras uitet: hec ut tãq̃ lucẽ psequatur. Quid per lunam nisi iusticia significat. Triphariam enim luna uariatur: primo quidem in sua est consistentia: quando .s.

tota lucet:tunc luua pulchra tuncq̧ perfecta est. Est & alius eius se hñ di modus:cum scilicet noua augetur.ẽ & postremus:cum uidelicet se nescẽs:decrescit:sic & iusticia in sua accepta consistentia totum quod dam est pfectissimum: et lucem suam ad singula effundens:quid tũc aliud eam esse diffinimus:nisi clarissimum totius orbis splendorem: quod suum est:quodq̧ singulis opus est tribuentem:Hic malis penã bonis præmium:deo latriam:excælsis perduliam:singulis beatis duli am tribuit. Hic iubet unum deum colere:prohibet iurare uana per ip sum:dies sanctificare festos demandat:Hic cõpellit filios uenerari pn tes:rapinas:furta:latrocinia:simonias:falsos testes:iniustos neces:iuf tasq̧ tallias punit. Hic leges condit:conditas seruare iubet. omne ho minum genus tutat:omni sexui:omniq̧ statui opportune occurrit: Nam hic superioribus obedientiam:inferioribus disciplinam:pibus æquitatem:omnibus deniq̧ unitatem fidemq̧ reddendam sanciuit: Hic inferis statuit cruciatus esse æternos:In limbi tenellos immisit te nebras:ad complendas pnias purgatoria loca distinxit. Hic initiatos animos purgatasq̧ mentes ad sempiterna cœli gaudia ducit. Conside ratur item iustitia ut solum augens:cum.s.bene agentibus ut de uirtu te in uirtutem proficiscantur præmia donat. Consideratur tandẽ:ut decrescens:cum uidelicet male operantes decrescere facit: quo sublatis præmiis condignas eis inferat pænas. Per solem q̃uis charitas cõiter i terpraetatur:quoniam sicut ille inter corpora omnia lucida primatũ tenet:ita & charitas omnium est regina uirtutum. nos autem non ab surde per ip̃m fortitudinem uolumus significari. Nam sicut in tota cœlesti machina:nullum tantæ efficientiæ astrum est sicut sol: ita ex omnibus uirtutibus nulla est quæ plures maioresq̧ hominibus do net triumphos:q̃ præclarissima fortitudinis uirtus. Hinc ut refert Ci cero apud ueteres cum de uirtute ageretur sola fortitudo uirtus puta batur. Et merito quidem quoniam quis cum prudentia: uel iusticia: uel temperantia:fide:spe:uel charitate ordiri uitam pdest:si fortis nõ est:si usq̧ ad finem perseuerantia:quæ pars est fortitudinis: armatus non extiterit:perinde omnia a fine merita appellanda esse phõꝝ prin ceps Aristoteles censuit. Veritas item ip̃a non qui inceperit:sed qui p seuerauerit usq̧ in finem iudicauit saluandum.

Per ordinatam castrorum aciem tempantiam ad expugnandā uitiorum cohortem intelligimus. Sicut enim castrorum acies bene disposita hostes debellat: sic per tampantiam: luxuria: gula: & omnis immoderatus appetitus: immoderataq; actio reprimitur atq; in rectitudinem dirigitur. Vnde & Tullius eam rōnis dñium in libidinem: & alios importunos motus esse dixit. Parens autem noster in libro de moribus ecclesiæ eam definiuit esse amorem sese deo integrum incorruptumq; seruantem: cuius officium est cōtennere omnes corporeas illecebras. In dialogo autem de libero arbitrio: arbitratus est tempantiam esse affectionem coercentem cohibentemq; appetitum ab his rebus quæ turpiter appetuntur. Nam ipa facit hominem abstinentem parcum: sobrium: moderatum: pudicum: tacitum: & uerecundum: bene igitur Prosper in libro de uita contemplatiua dicit. Temperantia si in animo habitat: libidines frenat: affectus temperat: desideria sancta multiplicat: uitiosa castigat: omnia intra nos confusa ordinat: cogitationes prauas remouet: sanctas inserit: ignem libidinose uoluptatis extinguit: mentem placita tranquillitate componit: & rōem semp ab omni tempestate uitiorum defendit. Ex his ergo satis constat quo pacto per illa quatuor beatæ uirgini tributa: quatuor fontes significantur honestatis. Nunc quid p illa quæ sequunt intelligere debeamus: uidendum est. Etenim per hoc ꝙ ait. Nigra sum non solum eius insinuatur humilitas: sed eam fide præditam esse notificatur. Sed mirabilis forte uidebitur expositio: ut per nigredinem interpretemur fidem cum hec lucis: illa uero tenebre uim obtineat: tñ si qs nigredis interius scruter ꝓprietatē: congrue in alma dei genitricæ: p eam intelligit fidem: non qm fides obscurā & enigmaricam dat de rebus noticiā: sed qm ex oibus coloribus nullus est: q magis cōgreget uisum q̄ nigredo hinc nature indagatores eā colorē cōgregatiuū uisus definierunt. In oi enim colorꝫ aspectu uisiones dispgunt & alliciunt oculi. In nigredinis aūt intuitu etiā si disperse sint cōgregantur: & oculi intuentium roborant. Quid p hoc intelligimus nisi fideles qꝗ uisiones: & de duplici xpi natura notiones: q̄ passionis tpe ab Aploꝝ & alioꝝ oim pierūt mētibus: i solius btē uirgis aīa unite cōgregate cōseruateq; extiterīt & adeo qdē ut in ea sola tūc de xp̄o remāserit fides. Per hoc qđ adiecit

sed formasa:qua tantopere freta erat:spem ipsam insinuauit. Non eni p formositatem coloris species est accipienda:cum ipsa nigrã & fuscã: se diceret:qn potius ipsa pceriras:qua quis tam uultum q̃ faciem eleua ram habet ad superos. At enim hec est spei sancte imago. Perinde bea tus Greg. in pclarissimo moralium libro inquit:spes in æternitatem aĩmũ dirigit. Per id quod tandem transegit:filia hierusalẽ charitas de monstratur. Quid enim irlm:nisi pacis interpretat̃ uisio. Sed que uir tus pacis est auctrix:nisi charitas? Nam cum pax ut Augus. ait:securi tas sit mentis:tranquillitas aĩ:simplicitas cordis:uinculum amoris:si multates tollens:bella cõpescens:iras cõprimens:supbos calcans: hũi les amans:discordes sedans:inimicosq; cõcordans. & hec charitas gig nat:iure fit:ut p filiam hirlm charitas denotet̃. His omnibus & ĩ gra du quidem excellentissimo btã uirgo refulsit. Et ideo ad eam maxĩe dicit altissimus. Tota pulchra es amica mea:q. s. oĩbus sit uirtutibus ornata:& nulla macula est in te:quia nullo fuit peccato labefacta ta ne q; alicui peccatorum generi obnoxia. Subinde ad cæteras aĩas hoc idẽ dicit:quas his uirtutibus pditas:& ab oĩbus intuetur peccatis mũda tas. Et ut redeamus unde digressi sumus:quid est aĩæ pulchritudo ni si harum omnium uirtutum pedissecarũq; suarum splendidum orna mentum? Etenim sicut humanum corpus:unum quoddã totũ consi deramus:cuius mẽbra pncipalia sunt:cor:cerebrum:& epar: in qbus spũs uitæ pncipalr̃ consistit. Et alia utpote oculi:aures:pes:manus:uẽ ter:& cætera his ministrantia:quæ a prioribus depẽdent:& ad illa re ducuntur. Ita uirtutem totũ quendã aĩæ ornatũ cõtemplamur: cuius cor charitatẽ:cuius cerebrũ spem:cuius epar fidẽ designamus: qm̃ ab his potissimum rõnalis aĩæ immortalis uita pficiscit̃. Prudentia uero iusticia:fortitudo:tpantia:& harum filiæ illis famulat̃. Et sibiipsis ita oẽs mutuo inherẽt:ut q una caruerit oĩbus careat:& q unam hẽt om nibus ut inquit Bern. hẽat. Nõ enĩ prudencia pfecta:si iusta:fortis: tẽ perata:fidelis:sperans:& charitate prædita non est:neq; iusticia uera ẽ quæ iprudens est:quæ fortis non ẽ:quæ tpantie:fidei: spei:& charita tis exps est. Neq; charitas uera est:quæ iniusta intemperata:iprudẽs: & in oĩ fortuna frangibilis est:quæ uel cum fide & spe non est:uel eis non succedit. Et iccirco ornatus iste per uestẽ xpi incõsutilem merito

significatur. Et ecce quantitatis & qualitatis proportio ad uerã aĩ pul chritudinem opportunam: qm̃ omnes & imperfecto gradu singłe re quiruntur uirtutes: tunc quippe adeo erit excellens: ut nulla cum ea: possit creata pulchr. tu do conferri. Per pulchre igitur ait Seneca ad lu cillum. Si animum boni uiri nobis liceret aspicere: o q̃ pulchram faci em: q̃ magnifico placitoq; splendor fulgẽtem p uirtutem. s. ornatum uideremus. Ista inquã o frẽs mei: ista uidelicet uirtus debet eẽ sacerdo tum pulchritudo: monachorum ornatus: heremitaꝝ specimen: prælatorum apparatus: pontificum uestis: & omnis rõnalis spũs decor. q; si prædictus & decoratus extiterit animus: aut saltem hunc adamauerit: cõcupiueritq; ornatum: ad summi dei: tantiq; nostri pceptoris exeqn da mandata: fiet absq; dubio propensior. Oppugnaret enim ut qs uir tute adamaret & ab obedientia: & obseruantia: que pcellentissima uir tus est discederet mandatoꝝ. Recte igitur parens noster ait: donet de us ut obseruetis hec omnia tanq̃ spiritualis pulchritudinis hoc ẽmẽ tis uirtutis amatores.

Commentum Ambrosii: super uerbo & bono xp̃i odore: de bona cõ uersatione fragrantes.

Onus xp̃i odor: bona fama est. Et quidem recte bõa fama odor dicitur: qm̃ sicut ex cinamomo: balsamo: & aliis preci osis & aromaticis rebus odor: sic bona fama a scĩs homiuũ operibus emanat: iuxta illud bti grego. fama a bono opere uires acci pit: ꝓpterea de sancta scribitur Iudith ꝗ erat in oĩbus famosissima: qm̃ timebat dominum ualde: rursus ceu bonus odor ꝑ ꝑuas rẽ a q̃ ꝓ ficiscitur idicat: ita bona in xp̃o fama apud eos xp̃m denuntiat qui sic redolent. Perinde gloriosi apli ꝓpter sancta eorum opera: sicut uas e lectionis ad corinthios scribit: dicebant xp̃i bonus odor sumus. Præ terea bonus odor miruminmodum recreat & reficit: unũ ad sui pomi olfactum Aristoteles ad dies plures uitam suam prorogauit: Iudẽ bo na efficit fama. Perinde sapiens dixit bona fama im̃pinguat ossa cum scilicet ad eorum interiora peruenerit. Et rursus uariis odoribus dele ctatur cor: iõ bñ scũs inquit grego. Quẽ me uidere nõ licet eius bona

me pascit opinio. Amplius bonus odor q̄q̄ regulariter: & sui natura: uim habeat proficiendi: secundnm tamen recipientium dispositionē: ut ab ipsa docemur expiētia: cōtigit ut alteri ātidotū: alteri mortifer: quoddam sit: sic si bonā famam sanctorum: boni audiunt: eis salutifera ē si uero mali pernicies: perinde cum apostolus diceret: Christi bonus odor sumus deo: mox adiecit in his qui salui fiunt: & in his qui pereunt. aliis quidem odor mortis in mortem. aliis autem odor uite in uitam. Bonus item odor ex rei odorabilis concussione fragrat: eo pacto bona fama ex huius mundi flagellis qua reuerberans exultat. Inde in canticis canticorum ait Salomon. Perfla ortum meum: & fluent aromata illius. Sed quid per ortum nisi conscientiam intelligimus: quā cum perflant & pulsant huius mundi procelle: constantie: patientiæ: cæterarumq; uirtutum emittit & undiq; effundit odorem. Bōus quoq; odor uim magnam habet attrahendi. Vnde in cantica scriptum est Curremus in odorem unguentorum tuorum. Perinde qui de natura libus scripserunt historiis: dicunt: q; ob eius suauem odorem panthe ram cætere sequuntur beluæ. Cæte etiam inquiunt flatus odore alios ad se trahit pisces. Carnium etiam odores tam uultures q̄ cancros a remotissimis trahunt regionibus. Hanc etiam uim bona fama mirumī modum optinet. Nam quid reginam Sabbam a finibus terre aduidēdam Salomonis sapientiam traxit? Eius bona fama. Quid beatū Antonium ad uisendnm Paulum primum heremi cultorem induxit? q̄ sibi desuper reuelata fuit præclara fama. Quid beatum Augustinum ire ad Sanctum Simplicianum: a quo postmodum in uita instructus heremitica mouit? profecto bona eius fama. audiuerat enim q; a iuuētute sua deuotissime deo uixerat: & uere sic erat. Magnum igitur bōe fame tractum Hieronymus admirans ad Paulinū de Titiliuio inquit Abultimis Hispaniarum Galliarumq; finibus quosdam uenisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma nō traxerat: unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis: celebrandumq; miraculum: ut urbem tanti ingressi: aliud extra urbem quererent. Sed quid ueteres cōmemoramus? Nos hisce oculis nostris perspeximus: ad suarum reliquiarum arcam: Diuum Nicoaū Tollentinatē: ob clarissime sanctitatis sue famam ab omnibus q̄tuor

anglis terre: orientali scilicet occidentali. Australi.atq; meridionali plaga maximam gentium simul duxisse cateruam

Non minoris arbitramur admiratonis: diui Clementis urbeuetali famá tanti extisse: ut opus fuerat domos plurimas demoliri: ut patés esset aditus incredibili populi multitudini: q̃ ad eius corpus conflue bat uenerandũ. Quis non deniq; stupeat: q̄ eum sanctissime matris nostre monicæ ab ostiis tyberinis. per Martinum quintuũ pontificẽ maximum ad urbem corpus transferereť edicto silentio ne tumultus fieret: tanta facta est non solum per totam Romam: uerum etiam per omnes circumadiacentes regiones cõmotio: ut uidetetur in omnium ac singulorum auribus aclamasse preconem: quatenus accurrerent: uo litarentq; ad tanti doctoris martiris reliquias uenerandas Etsic in eũ quem tantopere euitare studuerant incredibilis populi frequentiæ tu multum et p̃suram inciderũt: et eo quidem usq;: ut uix aditus patere reliquiarũ latoribus posset. confluebãt undiq; utriusq; sexus caterue confluebat incredibilis languẽtium multitudo. clerus omnis conco mitabatur sanctas reliquias: Alii ex deuotione flebant. alii sanitatem recipientes deo gratias referebant. Alii decantabant gloriæ melos: po pulus uero omnis iubilabat. et sic tota letante Roma: sacro gaudente collegio innumeris in omnium egritudinum generibus sanatis infir mis p̄ diuam monicam magnificatus est facer Augustini ordo quid plura? bonus christi odor bona uiri sancti fama est quoniam sicut odores resoluendorum humorum proprietaté habent: sic bona fama bonas ꝓximorum mentes indeuotioné liquefacit. testis est. Rachuel q̃ ut in thobie libro legimus audita senioris Tobiæ bonitate: et eius filium uidelicet Tobiam iuniocé intuens irruit in eum: et ipsum am plexans: et cum lacrimis deosculans dixit. benedictio sit tibi fili mi quia boni et optimi uiri filius es: cum igitur tot tantasq; habeat cum odore fama conuenientias congrue per illum hanc intelligendã esse transigimus: quæ quantum magnifacienda quantumq; defendẽda sic constat quidem ex eo: q̄ saluator noster nunc crudelem illum appel lat: nunc maledicit qui negligit suam famam. Et merito quidem: q̃m fama non solum proficit aliis dum uiuit homo: sicut doctrina oris: sed etiam longe post obitum: quia durat perinde sapiens ait: bonum

nomen permanebit in æuo. Et insuper: quia melius est bonum nomẽ ut psalmista inquit: q̃ diuitiæ multæ: cuius rationem in libro de rẽmediis utriusq; fortune perspexit Seneca: quoniam bona opinio hoĩum tutior est pecunia. Sed illud sane est aduertendum q interdum ex malo: cum scilicet laudatur homo in desideriis suis: & iniquus benedicitᷣ Iterdum de rebus & negociis secularibus: utpote cum de potentia: sapientia: & diuitiis quis laudatur. Interdum de bonis operibus: sed in malum utq; finem: cum uidelicet ob mũdi gloriam cupit laudari: Interdum ex bonis: boni finis gratia factis oritur fama: hec solum postrema bona est: & bonus xp̃i odor dicitur: & de hac uir scũs duntaxat intelligit cum dicit de bono xp̃i odore: de bona conuersatione fragrãtes: ac si patenter assereret: donet uobis deus: ut fragrãtes bono odore bona fama: de conuersatione: hoc ex bonis operibus: xp̃i scilicet gratia & non ob alium finem exorta: quoniam qui gloriatur in domino debet gloriari: diuino comite auxilio: uestraq; micante uirtute. Hec omnia quæ scripsimus & mandauimus obseruetis.

Commentum Ambrosii. Super uerbo non sicut serui sub lege: sed sicut liberi sub gratia constituti.

Lli profecto sunt serui sub lege: qui coacte timoreq; pænæ a lege illatæ: legis exequuntᷣ mandata. Illi sũt sub gr̃a liberi cõstituti: qui amore libereq; salutifera adimplent præcepta. Lex enĩ uetus in seruitutem redigebat: gratia quæ est lex xp̃i: nos libertati donauit Illa pollicebatur temporalia· hec largitᷣ æterna. Illius obseruatoribus omnia contingebãt in figura: Istius cultoris nudã expeditãq; sequuntur ueritatem: per illã serui eramus: per hanc liberi & filii facti sumus dei: quoniam dedit cœlestis pater filio suo Iesu christo potestatẽ: omnes eos filios dei facere. qui eum in mundum uenientem p indubitatam reciperent fidem. placet quippe deo timor noster: quoniam foras expellit peccatum: & initium est sapientiæ. Sed eum magis delectat amor: quoniam per ip̃m iocunde uoluntarieq; sacrificamus ei. At enĩ non ex necessitate aut ex tristicia seruiendum aut sacrificandum ẽ: qm̃ hylarem datorem diligit deus. Perinde preceptor noster suã claudens

orationem ait donet deus:ut obferuetis hec omnia:nō ſicut ſerui ſub lege:qui timore operantur pene:ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti: quia libera iocundaq̧ obediunt uoluntate. Ad hoc Sanctus Dauid eius filium Salomonem ceu in libro paralypemon ſcriptum eſt indu cere ſatagebat dicens. Tu uero Salomon fili mi ſcito dn̄m patris tui: & ſerue ei corde perfecto & animo uolenti. Ad hoc iudei qui erant hi eroſolimis fratres qui erant per egyptum inducere nitebantur dicētes in libro machabeorum. Det uobis cor omnibus ut colatis eum: & fa ciatis eius uoluntatem corde magno:& animo uolenti. Et Apoſtolus Paulus iubet aſianis:ut obediant dominis carnalibus in timore:& tre more in ſimplicitate cordis ſicut Chriſto:non ad oculum ſeruientes: quaſi hominibus placentes:ſed ut ſerui Chriſti facientes uoluntatem dei ex animo:cum bona uoluntate:hoc eſt non coacte:ſed libere atq̧ letanter. Tum quia ſeruitia coacta deo non placent. Tum quia mlto facilius ea:quæ uoluntarie facimus adimplemus. Hinc a Philoſopho dictum eſt. Volenti nihil eſt difficile. Nam cum uoluntas primatum teneat in anima.cæteris imperat uiribus:Inde fit ut ſi ipa prompta ſit mox aliæ obediunt potentiæ neceſſe eſt. Tum quoniam nil ita terret dæmones:ſicut mentis in deo leticia. Hinc beatus dicebat Antonius. Vnica ratio nincendi inimicum:eſt lætitia ſpiritualis. Tum quia hy laritas deo ſeruiendi non ſolum tolerabiliores facit labores:ſed maxi mum eſt incitamentum: ut alii ad bene beateq̧ faciendum conuertan tur. Profecto & ſi neſciamus utrum odio uel amore digni ſumus:ſig num tamen maximum ad hoc diſcernendum id eſſe arbitror: ut quiſ piam deo gratus ſit:ut non ſegnis:ſed ſolicitus:non meſtus:ſed iocū dus:non inuitus:ſed uoluntarius:non contractus.ſed cōtinuus ī deo exiſtat ſeruitio. Perinde Saul pſallentium choro ſe iungebat. Perinde ſanctus dauid in tipano & choro:in cordis & organo:& in cymbalis bene ſonantibus laudare dominum de cælis iuſſit. Perinde etiam eccle ſia cantores ſtatuit:ut orantes iocundum haberent animum: iocūdas decoraſq̧ altiſſimo funderent laudationes. Dicente pſalmiſta præcini te domino in confeſſione:pſallite deo noſtro in cythara. Tum deniq̧ quoniam confert libera & iocunda uoluntas in agendo toti homini robur:quod experiens Salomon dixit. Animus gaudens ætatem flo

ridam facit:spiritus tristis desiccat ossa. Itaq; cum deo ultro & læto ai
mo oblatum seruitium tam utile tanq̄ præstans sit. Vnde uir sanctus
ait. Donet deus ut obseruetis hæc omnia: non sicut serui qui quod fa
ciunt ex quadam coactione: & animi angustia faciunt: sed sicut liberi
ea scilicet libertate: qua nos xp̄s liberauit: qui quod agūt libere & uo
luntarie agunt. Ex quibus q̄ clare patet Diui nostri parentis sex conti
nere orationem. Imprimis enim ut sua seruentur mandata: quod in
uerbo obseruetis insinuauit. Subinde quoniam ad id nobis potentes
non sumus: a deo petiit nobis impendi auxilium: quod in uerbo do
net deus notificauit. Tertio manifestauit ad quæ sumus specialiter as
tricti: quod p demonstratiuū: hec quæ scilicet in hac cōtinentur regu
la annūit intelligendum. Quarto docuit qualiter ista obseruāda sint
accipienda: qm̄ integræ quod per demonstratiuū omnia nobis uolu
it innotescere. Quinto ostendit quorsum seruanda sint: quoniam ob
duplicem finem proprium scilicet: & cōmunem proprium quidem in
tellexit: cum dixit tanq̄ spūalis pulchritudinis amatores. Cōmune cū
adiecit: & bono xp̄i odore de bona conuersatione fragrantes. Nam cō
scia: quam spūalis exornat pulchritudo propter nos est: fama p quam
bonus odor interp̄tatur proximi gratia est. Postremo obseruandorū
p̄cedtorū manifestauit formam: p id quod ultimo subdit. Non sicut
serui sub lege: sed sicut liberi sub gratia constituti: ac si diceret non co
acte: sed sponte: non tristi sed hylari: iocundoq; animo sunt hec omīa
seruanda. Qui enim inuite & cum mentis tristicia religionis exequū
tur mandata minime a dæmonibus distant. Qui ut euangelista lucas
testatur ad iussum xp̄i exeuntes clamabant. Nō a fatuis quorum pre
cordia sunt quasi rota carri. Non a Simone Cireneo: qui licet crucem
domini portaret: meruit autem nihil: quoniam angariatus illam tulit
Non a Iuda Scarioth: qui cum de tam sacro esset collegio suum tradi
dit Saluatorem. Non a militibus Pilati: qui Cristo in æscam fel: & in
potu dederunt acetum. Non a malis Rusticis: qui cum sui domini
odio cuncta operantur: Caueamus nos fratres his similes fieri:
Caueamus Fratres in religione Taliter Deo seruire: Sed similes si
mus Angelis Dei: Et omnium beatorum contionibus: Qui in ue
ritate eius seruientes maiestati: Lætantur. Gaudent: Iocundantur:

ſpallunt atq; iubilant.

Textus Auguſtinuſ

Tautem uos in libello hoc tanq̃ in ſpeculo poſſitis inſpicere: ne ꝑ obliuionem aliquid negligatur ſemel in ſeptimana uobis legatur. Et ubi uos inueneritis ea quæ ſcripta ſunt facientes agite gratias domino bonorum omninm largitori. Vbi autẽ ſibi quicunq; ueſtrum uiderit aliquid de eſſe: doleat de præterito: Caueat de futuro orans: ut ei debitum dimittatur & in tẽtationem non inducatur Amen.

Commentum Ambroſius

Ibellus iſte merito dicitur ſpeculum: tum quoniam ſicut ĩ ſpeculo nos quales corporaliter ſumus intuemur: ſic qualr̃ ſpiritualiter uiuimus per canones iſtos dignoſcimus: tum quoniam ſicut cum ſpeculo quæ ad corporalem ſpectant pulchritudinem componimus: ſic quecunq; ad mentis pertinent ornamentũ: cũ libri huius obſeruantia in anima aggregamus: tũ qm̃ ſicut ſpeculũ ex plumbo & uitro conſtat: ita ſpiritualis hominis uita ex duobus conflata: ex humilitate per plumbum: & ex utriuſq; hominis integritate: per uitrum ſignificata: per libellum hunc deſcribitur: tum deniq; qm̃ quæcunq; in duabus aliis regulis: & in ſermõe de margaritis ſparſim ediderat in unum: hoc in libello redacta tamq̃ in ſpeculo poſſumus intueri: quem quidem inſpicere ſepenumero debemus. Etenim inſpectio iſta: quanto fiet crebrior: tanto utiq; erit utilior: econtra quãto rarior tanto periculoſior. Namq; recti itineris contemptus in multa pericula labi facit uiatores. At uero religioſorum rectiſſimum iter regula eſt: Quam ob rem conari ſummo ſtudio debent ab ip̃a non deuiare. Nec ip̃am quouiſmodo negligere: quod faciunt ſane ſi deũ timent Ideo ſapiens ait. Qui timet deum nihil negligit: ſi eis non exigua eſt proprie animæ cura. Propterea inquit Apoſtolus. Si omnis ꝑuaricatio & iobĩa iuſtã accipit mercedẽ retributõis: quõ nos effugiemus ſi

tantam neglexerimus salutem:quæ scilicet sanctam consequitur reli gionem. Si eos rerum mundanarum non distrahunt negocia. Diffici le enim est immo & impossibile:ut quis solicitus sit anime sue & mū do. Crebro igitur legenda est hec regula. Sed ut modum præfigeret: a quo nulla tergiuersione se quispiam possit excusare:semel saltem in septimana iussit eam a nobis legi. Primo ne per obliuionem aliquid negligatur:q quod quidem insinuat:q a memoria excidere non dēt. quod ad salutem ptinet animarum. Dedit enim nobis deus memori am:quam phi thesaurum appellant imaginem:ut non uana non car nalia:non cætera qui ad pniciem ducunt: sed:bona:iusta: laudabilia & salutifera in ea cū propheta quæ dixit. Memorabor iusticiæ tue so lius:recōdamus:ac si diceret:nec uanum:nec turpe:nec detestabile qp piam in mea obtineo memoria: sed solum quæ ad tuam spectāt ius ticiam domine. Et ideo beatum esse illum in psalmo dicit:qui in lege dei meditabitur die ac nocte. Et de se iquit. Lex tua domine tota die meditatio mea est. Et rursus inquit in corde meo abscōdi eloquia tua ut non peccem tibi:quid enim est in corde abscōdere eloquia dei:nī si memorie diuine legis retinere mandata:qtūs sic seruentur:ut cōtra eius non peccetur maiestatem. Perinde etiam Salomon ait. Fili liga le gem meam in digitis tuis:& scribe illā in tabulis cordis tui. Et ī deu tronomio dixit deus ad israel. Erunt uerba hec quæ præcipio tibi ho die in corde tuo:& narrabis ea filiis tuis:& meditaberis sedens in do mo:& ambulans in itinere:dormiens atq; consurgens:& ligabis ea q̄ si signum in manu tua:eruntq; & non mouebūtur:ante oculos tuos scribesq; in limine & postibus domus tue. Et a sapiente etiā dictū ē:q̄ precepit tibi deus:cogita illa semper. Sed quæ uiri sancti præcipiunt deus præcipit qui per eos loquitur. Igitur uerus & bonus religiosus: suæ regule præcepta ante oculos semper habere:& de illorū obseruan tia semper cogitare debet. Perinde diui ac uiri bti:Bernardus & Nico laus Tollentinas reducentes sibi ad memoriam suæ regulæ professio nem sepissime apud se dicebāt. Memēto ad quid uenisti. hinc & idem btūs Nicolaus pro sue obseruātiæ gloria ī manu libꝝ gestat. ubi scri ptū ē. pcepta patris mei Augustini seruaui:ac si diceret:iccirco solē ge ro:& sicut sol fulgeo:& glīa mea apđ altissimū magna ē qm̄ prīs mei

præceptoris mei : ducis mei:& capitis mei:Aurelii Auguſtini adim pleui mandata.O fratres mei:ſi pellices ut placeant amatori bus nunq̃ ſui obliuiſcuntur ornamenti.Si Pharaſei:& Saraboyte ſub prætextu magnæ obſeruantiæ in protenſis fimbriis alligatas ſpinas calcaneum lacerantes:incedentes nunq̃ relinquebant.Si ut uidemus multa ulcæ ra ſpõte iugiter nutriuit: ut ſub dei nomine lucra faciant.ſi milites ut prædentur Mercatores ut locupletentur:indefeſſi ſemper uagãtur:Et eorum nunquam obliuiſcuntur obiectu:quid nos deo uero: & patri noſtro Auguſtino ſeruientes facere debemus:quantum laborare quã tumq; inſudare debemus:Quam crebriores & continuas curas pro re gulæ obſeruantia ferre debemus:quantum etiam totis uiribus ſtude re:ut a noſtris mentibus in omni noſtra actione obiectum illud bea tificum glorioſiſſimum atq; excellentiſſimum quod ſummum bonũ eſt nunquã diſcedat:Porro tres ſunt potiſſime Sathane uirtutes:qui bus de miſellis animabus crebros reportat triumphos.Obliuio:neg ligentia:& concupiſcentia.Ex obliuione:negligentia:ex negligentia: concupiſcentia:ex concupiſcentia ruina & præcipitium oritur anima rum.Eam ob rem bene parens noſter iquit:ut ſemel ſcilicet ad minus in ſeptimana hec regula nobis legatur:ne per obliuionem aliquid ne gligatur.Omnes ergo qui ueram uitam ducunt rligioſam:ſic omnes ſuas potentias ab illicitis retrahant:ſicq; ad uirtutes impellant:ut ſi e tiam dormiant non niſi Chriſtum:& quæ Chriſti ſunt cogitant:Ne per obliuionem precepta ipſa tranſgrediantur:ac deinde tranſgreſſiõe facta iuste damnentur.Propterea iudei ita legem domini lectitabant ut quater in die quaterq; in nocte legerent in uolumine legis . Phari ſei:tum in fronte:tum in brachio decalogum deferebant ſcriptum:ut ſemper memores eſſent mandatorum dei.Deus item ſicut in deutero nomio ſcribitur:precæpit Regi iudeorum:q; poſtquam ſederit in ſo lio regni ſui:deſcriberet ſibi deuteronomium legis huius in uolumie accipiens exemplar a ſacerdotibus leuiticæ tribus:& haberet ſecum:le geretq; illud omnibus diebus uite ſuæ: ut diſceret timere dominum deum ſuum:& cuſtodire uerba & cerimonias eius:q̃ i lege pcepta ſũt pceptor etiã nr̃ ñ ob aliã cãm i ſuponbus mandauit:ut ſingul diebus codices certa hora peterẽt:& diuus hiero.ð mõachi mãibus ñ excidere

T enim imago suum representat imaginatum: sic uerbum exterius uerbi interioris est nunctius Ob eam rem a philosophorum principe Aristotele preclare dictum est. Voces sunt note earum que sunt in anima passionū Et Seneca in prouerbiis dicit. imago ani sermo est: qualis uir: talis oratio: quod q̄ apperte eorū monachorum insinuauit oratio: in qua ex alterius ore cintille ignis ardentis: ex alterius uero euolabāt muscæ. Hinc antiquus sermo dicit Qui felle cor habet infectum: spuere dulcia nō potest. Quare sane fit ut qualem quisq; habet animum: talia enūtiet uerba. ut si bonum bona. Si econtra malum mala: si feruentem feruentia: si frigidum frigida: Si tepidum quoq; tepida proferat necade est: Sed cū diuus parens noster aurelius Augustinus fornax extiterit karitatis ipso testante: q in libro confessionum ait. Vulnerauit cor meum charitas tua domie merito uiuendi precepta suis eremitanis tribuens a charitatis exorsus est mandato dicens. Ante omnia fratres charissimi diligatur deus: de ide proximus: Et iure quidem: Quoniam sicut charitas omnium est regina uirtutum: omnium abolitio peccatorum. omnium præceptorum finis: omnium deniq; bonorum perfectio: ita inter seruanda precepta ipsa est primo anteponenda. Nanq; adepta charitate habemus quod satis est ad salutem: Ipsa uero sublata nihil prosunt cætera. Et enim prudentia. Iusticia. Fortitudo. Temperantia. Fides. Spes: & si q̄ sub his alie sunt sine charitate tanq̄m cadauera sunt absq; anima: quæ figuram dumtaxat habēt humanam: homines autem sunt minimæ.

Karitatis autem duo sunt brachia: alterum: quo deum: alterum uero quo proximum dilectione complectimur. Nec unius dilectio absq; alterius amore uera & perfecta potest esse karitas. Et ideo qui charitatem habere concupiscit: utrunq; scilicet deum & proximum diligat necesse est: quis ordine quodam: quoniam bonum quanto maius est ac eq; præstantius: tanto proculdubio est amabilius. Sed cum immortalis & præpotens deus suppremum sit bonum: Iure parens noster suos eremitanos alloquens ait fratres mei charissimi. Ante omnia a nobis diligatur deus: deinde proximus: Et rationem adiecit: quia ista pcepta sunt principaliter nobis data a mundi scilicet saluatore seruāda qui in euangelio non tam doctori legis: q̄ temptatori callidissimo. & nequissimorum phariseorum legato interroganti: quod est mandatū magnum in lege ait. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo in tota anima tua: & in tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem est simile huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum: In his duobus mandatis uniuersa lex pendet: & pphete. Sequitur.

Secundum mandatum de modo & tempore orandi.

Textus. Augustinus.

Valiter autem oporteat nos orare uel psallere describimus Idest in matutinis dicūtur psalmi octuagintaocto cum debitis antiphonis uersibus & responsoriis. Ad primam & tertiā dicantur sui psalmi: antiphone due: Lectiões due. Simili modo ad sextam & nonam dicantur sui psalmi cum debitis responsoriis & antiphonis. Hoc idem in uesperis & completorio seruetur. Ad lucernarium autem psalmus unus. Responsorium unum: Antiphone tres Lectiones tres.

Commentum. Ambrosius.

Otū parentis nostri incondendis regulis studium fuit suā

aliorumq; suorum fratrum mentes a terrenis segregare: & ad cœlestia erigere: Id autem potissimum per karitatem & contemplationem fit. ob eam rem postq̃ de charitate posuit mandatum. Nunc de oratione annectit præceptum: per quam ad dei contemplationem eleuamur di cens. Qualiter autem oporteat nos orare uel psallere describimus. ubi primo diligenter a notandum est. Quoniam dicit qualiter oporteat nos orare: q; dei famulus saluatoris imitans uestigia: qui prius faciebat & postea docebat & legi se subiectum esse afferens non uenisse se sol uere legem: sed adimplere consitebatur: non aliis orandi imponebat onus: & se extinebat: sed se de oratiõe legi date obnoxium esse fateba tur: cum ait qualiter oporteat nos orare. & male legunt illi qui aiunt: Vos quod & in primo mandato etiam insinuauit cum dixit: ãte om nia fratres karissimi diligatur deus: deinde proximus .&c. a nobis: quia ista præcepta principaliter sunt nobis data. ita q; tanq̃ unum ex suis fratribus ad hec se astruit esse obligatum. Secundo notandum est q; i ter orare & psallere hoc inter est: Quoniam quicunq; psallit orat: nõ autem econtra: q̃q̃ hore canonice sine psalmis ab ecclesia non dicant. Et quoniam serui dei: & ad psalmos & alias orationes dicendas obli gantur. Ideo utrunq; & qualiter orare & qualiter psallere oporteat rec te docuit. Forma autem quam dedit orandi hec est q; in matutinis di cantur psalmi lxxxviiii cum debitis antiphonis uersibus & responso riis. Ad primam & tertiam &cetera. prout in textu continetur: alii ue ro: qui alios numeros habent: non ad multitudinem: sed ad quotatio nem: seu ordinem illos referunt: ut tertium. sexagesimum. secundum quintum. octoagesimum. octauum: & sic deinceps uelint interpretari Pro cuius euidentia aduertẽdum est primo: q; si iste numerus psalmo rum lectionum uersuum & responsoriorum in omnibus exemplariis non eodem modo reperitur non est mirum: tum quoniam facile i nu meris contingit error: tum quoniam cum alius datus sit postmodũ orandi modus non adhibita est diligentia in conseruanda descriptio ne illa. Nam in primitiua ecclesia quilibet prout erat a deo inspiratus diuersos psalmos cum diuersis antiphonis & lectionibus in suas ora tiones eligebat: prout etiam hoc tempore in partibus ultra mõtanis

extat consuetudo:ubi alia & alia diocesis aliud & aliud tenet offitium Secundo est diligenter animaduertendum: quod quantumque tenella esset ecclesia & diuersimode a diuersis diceretur offitium: semper tamē sep tenarium canonicarum horarum seruauerunt quod & triplici fecerūt de causa: Tum quia sanctus Dauid septies in die laudem dicebat deo Tum quia oratio quam saluator noster dicēdum nos docuit septem cōtinet petitiones: Tum denique quoniam redemptor noster christus Iesus omnia salutis nostre mysteria in illis horis consumauit. Nam nocte in numeris apparentibus signis nascitur: orat: traditur & ut la tro cum gladiis & fustibus capitur ac ducitur: omnem exhibet patien tiam: gladium Petro perhibendo: obsculum iude proditori dando: eum & alios hostes suos karitatiue monendo: auriculam abscissam sanando. Voluntarie se pati ostendendo: ea que instabant predicēdo ad locum proditioni congruum: se transferendo: Hostibus obuiam procedendo: eos solo uerbo soletenus prosternendo: se ipsum eis in dicando. Quid plura? Nocte ipse qui erat uia: ueritas: & uita: terre coe lique patrator: obprobriis falsorum testium saturatur: alapis a seruis ce ditur. Vt falsus propheta puerili ludo illuditur & conspuitur: a disci pulis deseritur: a petro negatur: & protinus oculo misericordie eum ī tuetur. Tandem nocte corpus eius in sepulchro quiescit. Anima in ī ferno alligato Sathana cum deitate parat educendam prædam. Mane quod est hora prima inconcilium ducitur iudeorum: Falsa contra eū queruntur testimonia extorta ab eo ueritatis professio iudicatur blas femia. falsis opprimitur accusationibus. Pilato traditur: Et ut quibus dam placet ab inferis resurgit. Hora tertia accusatur. Herodi mittitur ab ipso & sua cohorte spernitur: a quo etiam illusus ī ueste alba ad ex amen Pilati remittitur: clamoribus iudeorum crucifigitur: ī pretorio Pilati flagellatur. Spiritum sanctum mittit. Hora sexta iudicatur: cō dempnatur: conspuitur: illuditur spinis coronatur: arundine ceditur: crucem sibi baiulās egreditur: felle & aceto potatur: cum sceleratis cō putatur: blasfematur: irridetur: tenebris corporalibus occasus ueri so lis ostenditur. Hora nona matrem consolatur. Clamans & inuocans patrem moritur: uelum tēpli scinditur: terra mouetur: petre diuidūtur.

Monumenta aperiuntur. Centurio confitetur: alii sua pectora tondẽtes reuertuntur. Hora uespertina lãcea latere perforato exuulnere sanguis & aqua egreditur. Sero quod est hora completorii cenans cum apostolis cenam legalem: sacramentalem istituit: apostolorum pedes lauat & extergit lintheo: apostolis predicat: pro eis patrem orat: ad locum proditiõis properat: tristiciam suam manifestat discipulis trinã orationem emittit. factus in angonia guttas sudoris sanguinei desfluentis interram fundit: de cruce deponitur: aromatibus conditur inuolutus sindone: sepulchrum lapide grandi clauditur: signatur: custoditur atq; uallatur. Cum igitur tot tãtaq; salutis mysteria deus & dominus noster Iesus christus in his septem horis fuerit operatus merito canonicate & per officium solemnizate extiterunt. ꝙ autem septem fuerint dies primi a deo creati: in quibus omnia fecit: & in ultimo quieuit. quod septem sint macrocosmi & microcosmi: idest maioris & minoris mundi etates. Septem sint planete: Septem candelubra. Septem prime uirtutes. Septem pietatis officia. & alia huiusmodi per appropationem dicta sunt: sed ut dei famulus nullum tempus sine dei laude pertransieret præter has cõmunes & canõicas horas duas alias ad fundendas preces altissimo instituit: quarum alteram lucernarium: alterã ante somnium appellauit. Lucernarium erat prima hora noctis in sero. quando cõmuniter luminaria in domibus accenduntur: ita ꝙ sicut nunc consuetudo extat ut pulsetur tribus uicibus campana & aue Maria a fidelibus persoluat: ita ea hora uolebat sanctus uir ut fratres in unum in oratorio conuenirent: & diceretur psalmus unus Responsorium unum. Antiphone tres: cum lectionibus tribus. Hora ante somnium erat quando iam facta cena iminebat tempus eundi dormitum: tunc etiam iusserat ut ab omnibus inunum congregatis certi psalmi cum quibusdam orationibus soluerentur. Hãc horam preter lapsam resuscitauimus & nos in eadem beati Augustini religione mãdauimus enim ubiq; in ordine anteq̃ eatur dormitum. Vt in unum fratres conueniant: & pro uiuis & defunctis in primis faciãt suffragia cum psalmis & orationibus institutis. Deinde faciant confessionem: Tertio qui preest absoluat confitentes. Quarto aqua benedicta fiat aspersio. Postremo benedictionem recipiant a præsidente & sic in noie

domini unusquisq; intret suam cellam uel ad orandum uel ad dormiendum cum debito silentio. Sequitur

Tertium mandatum de audiendis lectionibus.

Textus. Augustinus.

T tempore opportuno post lucernarium omnibus sedentibus legantur lectiones.

Commentum. Ambrosius.

Nter orōnē & lectionē hoc interest:qm̄ ut augustinus in commentariis psalmoꝝ ait.Orō tua locutio est ad deum lectio locutio est dei ad te: Quando legis deus tibi loquitur: quando oras:tu deo loqueris:per orationem tuas facis deo petitiones:per lectiones deus te docet:quid & quomodo petere debeas:per orationem affectum tuum referas q̄q̄ ille notior sit ei q̄ tibi: per lectionem uolūtatem tibi manifestat: per lectionem ipse iubet quid facere debeas:p orationem eius tu iussa comples: Et quoniam nemo adimplere potest que ignorat.Iccirco dei seruo non solum opus est orare:sed etiam lectioni uacare.Et quoniam finis præstantior est his que sunt ad finem & orationis gratia mandatur lectio. Proinde merito primum iussit orare:& postea lectiones audire: Debent autem lectiōes tempore opportuno audiri:opportunitas autem temporis in presentiarum bifariam accipitur ut scilicet quādo tempus illud iustis:maioribus & necessariis negociis nō impeditur.Minora enim semper maioribus cedūt: Rursus oportunum tempus ad lectiones audiendas diuinus non solum quando fratres soluti sunt curis:sed etiam quādo sobriores sunt Sed post horam lucernariam:que est ante cenam cum iam facta sit digestio sobrietatis tempus est ideo eo tempore congrue lectiones: audire fratres iubentur. Sed quo pacto innuit: cum addit: omnibus sedentibus legantur lectiones: per sessionem duo indicantur ad lectiones capescendas opportuna:utpote qui es & attētio. Nam sedens qui

escit & qui quiete fruitur. si uult est attentioni idoneus: ideo recte in quit aristoteles: Sedendo & quiescendo anima fit prudens: aduerteu dum tamen quod non tantum corporis q̄m mentis opus est quies: Ideo per hoc: quod ait sedendo intellexit quietem corporis. Cum ue ro addit & quiescendo intellexit quietem mentis ad quam uelut ad p̄ uiam dispositionem ipsa sequitur attentio: ita q̄ qui uult bene capax esse lectionis: motum corporis: fluctuationemq̄ mentis abiiciat: & at tentionem habeat necesse est. Sed cum non omni tempore idem dica tur officium: quale & quantum singulis mēsibus dicendum sit: expo nit cum dicit.

Textus. Augustinus.

Octurne autem orationes mēse nouembri. decembri: Ianu ario: & februario: antiphone duodecim: psalmi sex lectiōes tres: marcio. aprili: septembri: octobri antiphone. x. psalmi quinque lectiōes tres: maio: Iunio: Iulio & augusto antiphone octo: psalmi quatuor: lectiones due.

Commentum. Ambrosius.

Vm omnia ut inquit Salomon tēpus habeant: omnia sunt tempori accommodanda Hinc fit ut ecclesia librum Gene seos uno tempore: quando scilicet creatus est mundus alio tempor̄ scilicet quando dominus resurrexit actus apostolorum & A pocalipsim Iohannis alio epistolas Pauli. alio parabolas Salomonis: alio alias partes biblie iuxta temporum dispositionem legi precepit: Sic augustinus iuxta mēsium proprietates & prolixitatem noctium officium statuit esse dicendum prout in textu clare patet. Sed quo pa cto dicit aliquis cum augustinus non dū clericus esset has p̄mas duas regulas edidit & officium sic collegialiter dicendū statuit dicendū q̄ nullus possit nouā religionē fundare: nec nouas dare regulas: aut no uum officiū sine sedis aplice auctoritate instituere: noua est lex: nouū q̄ ius: sed antea q̄cūq̄ aiarum hēbat curā poterat illis ritū uiuēdi dare

At uero sanctus Augustinus curam habebat animarum receperat.n. potestatem a sancto Ambrosio fratres congregandi. Et sanctus Simplicianus sicut ipse in sermone qui incipit. Vt nobis per litteras declarauit sanctus pater Hieronimus testatur duodecim fratres sibi donauit. & alios postmodum denuo recepit. Vnde in eo sermone inquit p rexi ad uirum illum Simplicianum deprecans cum fletu & gemitu: ut mihi quosdam de suis fratribus seruis dei donaret. & donauit eos mihi paterne: & quare eos paterne mihi donauit: quia sciebat me uelle monasterium in affrica ædificare: & assumptis mecum anastasio. Fabiano. Seuero. Nicolao. Dorotheo. Ysaac: Nicostrato: Paulo Cyrillo Stephão: Iacobo & uitale paupculo: q pecunie sacculũ apd Mediolanũ inuenit: & nõ rapuit: de quo iã sermonẽ fecimus qa īuenit & nõ rapuit: nec post au℞ abire uoluit. Istis igit' mecũ assũptis imitari cupiebã cũ karissimis meis amicis. Enodio alippio & Põtião: q diu mecũ fuerũt: & cũ cæteris duodecĩ: quos nup assũpserã illos: quo℞ famã etiã sanctus presbyter Hieronimus mihi descripserat. habens igitur Augustinus hos fratres sub se potuit illis regulam dare: & diuinum offitium dicendum conscribere: & q̃mq̃ ita sit: non tamen horum fratrum eremitarum pater dici proprie potuisset: nisi postmodum in eorum patrem ab ecclesia fuisset confirmatus: sicut de facto extitit ceu ĩ nostro defensorio diffuse probauimus: Sicut nec Franciscus minorum. Nec Dominicus predicatorum: Nec Benedictus monachorum q̃mq̃ illos congregasset & regulam dedisset. pater dici potuisset: nisi per ecclesiã quisq̃ sue religionis pater confirmatus extitisset Quoniam quicunq̃ promouetur ab alio debet promoueri: & nemo se ipsum. Vnde Petrum Andream Iohannem & deniq̃ Paulum christus ad apostolatũ uocauit:

Sequitur quartum preceptum de operibus manuum.

Textus. Augustinus.

Perentur a mane usq̃ ad sextã: & a sexta usq̃ ad nonã uacẽt lectioni: & ad nonã reddãt codices: & postq̃ refecerit siue ĩ orto:

siue ubicunq; fuerit faciāt opus usq; ad horam lucernarii.

Commentum: Ambrosius.

Voniam tempus nobis datum est:ut illud totum uel ī dei laudem:uel in negotiis pro uita conseruanda expendamus Ideo uir sanctus omnem temporis partem in debita distribuit exercitia Nam a mane usq; ad horam sextam iquit manibus operentur tum pro conseruanda sanitate:quoniam inquiete nimia omia membra fiunt languida: tum pro necessitatibus mōasterii & fratrum subuentione:tum pro recreanda mente:Nam q̄ diu anima in ergasculo corporis manet illius passionum est particeps:& ideo uacare contēplationi semper non potest quinimo si in uita contemplari nititur: multis temptationibus obruitur: quas ut effugere possit salutiferum remediū est exercitium:propterea Hieronimus monet: semper aliqd boni operis facito:ut te diabolus inueniat occupatum:non enim facile capitur a temptatore:qui bono uacat exertitio.Et addit a sexta usq; ad nonam uacent lectioni.Et ad nonam reddant codices.Que autem lectiones:quarumq; doctrinarum erant ille.Arbitramur noui & ueteris testamenti & earum non modo disciplinarum: que ad deuotionē excitabant animum:sed que opus erant ad diuinum uerbum predicādum & ad tuendam: & defendendam contra hereticos christi fidem: quorum ipse malleus & hostis acerrimus factus erat: & tales q̄les ipse erat suos cupiebat fratres euasuros.Redditis autem codicibus eorum custodi ad refectionem accedebant & quidem famelici: quoniam otium fastidium parit:exercitium famem fames autem miromodo dulcia reddit que fastidium facit insipida: qua quidem refectiōe cum gratiarū actione explera iterum usq; ad horam lucernarii exercitium siue in horto: siue ubicūq; opus erat faciebant:& eo pacto totam diem in bonis expendebant operibus:scientes q̄ de omni tempore amisso erant reddituri rationem perinde beatus Hieronimus ad demetriadē inquit: nihil in sancto proposito otio deterius est: quod non solum non acquirit noua: sed etiam parta cōsumit sancte uite ratio processu gaudet & crescit cessatione torporis. Sequitur.

Quintum præceptum de abdicatione proprietatis:

Textus. Augustinus.

Emo sibi aliquid uendicet proprium: siue in uestimento si ue in quacunq; re. Apostolica: enim uita optamus uiuere.

Commentum. Ambrosius.

Idens dei seruus q̄ graue peccatum est in religioso proprie tas: mandauit ut in nulla re aliquid sibi uendicent propriū etiam in uestimentis: que sibi ad usum sunt concessa: ac si a perte diceret: si hec que uidentur esse impartibilia debēt dici commu nia: ut dicatur nostra tunica nostra cappa quantomagis & alia omnia que diuidi possunt: Et rationem reddit quare nemo debet sibi uendi care aliquid proprium: quia ut iquit: apostolica uita uiuere optamus apostolica enim uita erat: ut in actibus scribitur apostolorum: ut nul lus diceret aliquid proprium: sed essent eis omnia commūia. & distri bueretur unicuiq; prout cuiq; opus erat: ad hancantem communem uitam seruandam charitas que non querit que sua sunt: nos impellit Dei benignitas super iustos & iniustos effusa nos concitat: saluatoris clementia: qui non pro bonis tantum: sed pro peccatoribus mori dig natus est nos hortatur. Malicia item proprietatis ad eam abdicandā. propter quam Iudas laqueo suspensus est anania & Caphira perierūt Ianuarius damnatus est: & alii in numeri eterno cruciantur igne nos mouet. Sequitur

Sextum præceptum de euitanda murmuratione.

Textus. Augustinus.

Emo cum murmurio aliquod faciat: ut non simili iuditio murmuratorum pereat.

Commentum. Ambrosius.

Vare que pro fratribus & monasterio facienda sunt sine murmuro fieri debent? ne simili iuditio murmuratorū pereant: Sed quod & quale murmuratorum fuerit Iuditium, dicat tibi in primis: Maria soror Moysi: que cum contra eum: murmurasset mox percussa est lepra apparens caro eius candens sicut nix. Dicant tibi filii Israel: quorum nullus in repromissionis terram intrare potuit: qui contra deum murmurauerat: Dicant tibi chore dathan, & Abiron: sub quorum pedibus diruta est terra: & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & substantia eorum: Descenderūtq; uiui in inferno operti humo: & perierunt de medio multitudinis: Quoniam steterunt ad uersus Moysen & Aaron dicentes: sufficiat uobis: quia omnis multitudo sanctorum est. & in his est dominus: Cur eleuamini super populum domini? Dicat tibi Senacharib rex Assiriorum: qui murmurans contra deū: ipsum arundine a uēto agitatam appellans percussis in suis castris ab angelo in una nocte centum octoginta quinq; milibus armatorum: & reuersus Niniue: adoransq; i templo deum suum Nesdraac ab eius fuit filius interemptus. Dicant tandem & alii innumeri: qui eorum murmurationibus diuersis fuerunt penis affecti. Sequitur.

Septimum præceptum de reddenda superioribus obedientia.

Textus. Augustinus.

Ideliter obediant: hi patrem suum post deum honorent: præposito suo deferant sicut decet sanctos.

Commentum: Ambrosius.

Lli pfecto fideliter obediūt: qui non solū faciunt quod eis

a superiore iniunctum est: sed etiam quādo: quomodo & propter qd demandatum est faciunt. in deum totum quod per eos benefactum est referentes. Cum uero subdit. Hi patrem suum post deum honorēt præposito suo zē. per præpositum intelligit priorem localem: qui fratrum curam immediate gerit: de quo dixit in tertia regula: Præposito uestro tanq̄m patri obediatur per patrem quem iubet post deum honorari illum intelligit: qui omnium uniuersalē curam gerit: quem in tertia regula appellauit præsbyterum: idest seniorem non quidem ab annis: sed a prudentia & præsidentia. ubi cum dixisset præposito uestro tanq̄ patri obediatur: Statim adiecit multo magis præsbytero: q omnium uestrum curam gerit: hic post deum honorandus est: Quoniam sicut maximus pontifex i toto orbe uicem gerit summi dei: ita & generalis in sua religione non solum: Augustini Benedicti uel Frācisci uicem gerit: Sed etiam principaliter omnipotētis dei qui eos misit ad has religiones instituendas. propter hoc saluator in euangelio ait. Qui recipit prophetam scilicet missum in nomine prophete scilicet mittentis: qui est rex & princeps prophetarum mercedem prophete accipiet: ac si aperte diceret: qui in propheta misso honorat deum: qui est prophetarum institutor. a deo mercedem recipiet. Sequitur.

Octauum præceptum de electione audienda in mensa.

Textus. Augustinus.

Edentes ad mensam taceant audientes lectionem.

Commentum. Ambrosius.

Rima simul in hoc pcepto seruāda pcipiūr pmū ut sedeāt ad mensā: pPter hoc rephēdendi sunt illi: & si mōiti nō se correxerint castigādi si bibētes uel comedētes ad mēsā stēt: & multomagis qui hinc inde comedentes discurrunt: Secundum est ut taceant: Nemo enim in mensa sine prioris licentia loqui debet.

Nanq; summum silentium in ea seruandum est. Tum propter contumelias: murmurationes: tumultus: contentiones: & uaniloquia euitãda: in que omnia facillime incidunt comedentes: Tũ ne pandantur archana. quoniam: ut uulgo dici solet in mensa & in aculeo referantur occulta: Tum propter honestatem ac modestiam custodiendam: cauponum enim stipendiariorum ac lenonum est edacitati loquacitatem contiũgere. Tum ut ipsa lectio sine tumultu audiatur: Tertium est ut lectio legatur scilicet tam diu q̃ diu durat refectio: cuius rationem in tertia regula posuit cum dixit: Cum acceditis ad mensam donec inde surgatis quod uobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu & contentionibus audite. Ne sole uobis fauces sumant cibum: sed & aures esuriant dei uerbum. Ita q; sicut corpori corporalem: ita & anime spiritualem tribuere cibum debemus: At uero saluberrimus suauissimus ac iocundissimus anime cibus: quem esurit & appetit ipsum est uerbum dei. Sequitur.

Nonum præceptum de sollicitudine prepositi.

Textus. Augustinus.

I autem aliquid opus fuerit ꝑpositus eorum sollicitus sit.

Commentum: Ambrosius.

On ob aliã cãm officiales creant᷑ nisi ut solicite que ad eorum spectant offitium exequant᷑: At. n. ꝑpositus talẽ curã gerit monasterii: Iccirco siue in spũalibus: siue in tẽpalibus aliqd alicui: uel toti mõasterio opus fuerit: uel p se ipm: uľ p suos i feriores officiales iuxta rei exigẽtiã aut p aliquẽ aliũ ꝑut expediẽs: uidebit᷑: facere solicitus sit: alioqn noscat se de negligentia saltẽ a deo esse puniendũ: q sicut nullum bonũ iremuneratũ: ita & nullũ malũ quantumcũq; exiguum relinquit impunitum: modo omne defectum: qui propter sui euenerit incuriam sibi dignoscat esse imputandum. Seqt᷑

Decimum preceptum est de usu uini concedendo:

Textus. Auguſtinus.

Abbato & dñica ſicut conſuetudo ē q uolũt uinũ accipiãt

Commentum. Ambroſius.

Mnes illi ſancti patres ſummopere nitebantur carnem domare:ut incentiua extinguerentur libidinis:& ſpiritui eſſet ſubiecta:& præcipue:abſtinentia eſce & potus uini. quoniam in illo ut propheta inquit.multum cõſiſtit luxuria:propterea uir ſanctus Auguſtinus ſuorum fratrum collegio.ut illorum priſcorum patrum imitarentur exemplum:uinum interdixit preterq̃ in magnis ſollemnitatibus & in diebus dominicis & ſabbatis in quibus illud ſumere uolentibus conceſſit: Sed pleriq; omnes illius potum tantum abhorrebant ut nunq̃ quauis de cauſa ipſum auderent accipere. unde in ſermone ad clericos yponenſes eos obiurgãs ait:pergite ad fratres meos:& diſcite ab eis:quia mites ſunt & humiles corde: pauperes ſpiritu:& filii obedientie egredimi foras:& qd eſtis uos:& quid ipſi ſint conſiderare uos uolo.Nunquid & uos eſtis.quales ipſi ſunt:O utinã tales eſſetis quales ipſi ſunt:Vos enim uoratores eſtis:& ipſi ſummæ ſobrietatis.Vos diſcurſores ciuitatum &ipſi uiſus hominum fugiũt Vos impudici:& ipſi caſti:Vos deriſores:& ipſi feruẽtiſſimi oratores Vos pellibus cuniculorum uel uariorum ornati iacetis:& ipſi ouino colore nigerrimo aſperrimoq; ſunt induti:Vos delicate paſci ſumme curatis carnes uarias affectantes:Et ipſi poſtq̃m heremũ intrauerunt: nunq̃m carnes ſumpſerunt:Vos uina electa ſpeciebuſq; inebriata q̃rit is & ipſi ſemper puſillum aque recipiunt:Ecce quanta illorum fratrũ erat abſtinentia & parcitas bibendi q; non ſolum non bibebant uinũ ſed aquam in exigua capiebant menſura:& merito quidem:quoniam abundantia panis & aque peſſundedit ſogdomam

Sequitur.Vndecimum mandatum de fratribus foras mittendis.

Textus. Auguſtinus.

I opus fuerit ad aliquam necessitatem mitti duo eant.

Commentum. Ambrosius.

Vo scilicet ad pauciores eãt: pinde in tertia regula dicit nec eant ad balnea siue quocũq; ire necesse fuerit minus q̃ duo uel tres. & non uagandi gratia more circumcellionum eant sed cũ opus fuerit ad aliquã necessitatem uel ꝑ bono publico monasterii: uel ꝑ aliqua necessitudine alicuius ex fratribus mitti: inqt enim mitti qm̃ non nisi missi a superiore fratres extra monasteriũ ire debẽt & cũ qbus ꝑpositus iusserit ꝓficisci tenent̃: tum ut ꝓpria sicut religiosos decet abdicet̃ uoluntas: tũ ut congrua & conueniens cõsignetur societas: Tum ut prepositus tã monasterii q̃ fratrũ facilius cõmodius ꝗ oppor tunitati possit occurrere: soli aũt incedere nullatenus fratres dñt: tum qm̃ ue soli: qm̃ sicut scriptum est si ceciderit non habet sub leuantem: tum causa cois recreationis habẽde: quoniã nulla sine socio iocunda est possessio: Tũ ut alter de alterius moribus possit reeddere testimonium. Tum deniq; causa euitãde murmurationis secularium: quoꝝ semp fuit cõsuetudo religiosis solis incedẽtibus detrahere: seq̃t

Duodecimũ mandatũ de non manducando extra monasterium.

Textus. Augustinus.

Emo extra monasterium sine ꝑcepto manducet: neq; bibat Non enim hoc ad disciplinam pertinet monasterii.

Commentum. Ambrosius.

D disciplinã enim monasterii spectat: ut in incessu: statu & in oibus motibus uestris: q̃ ad modũ in tertia regula dicit nihil fiat ꝙ cuiusq̃ offendat aspectum. Offenditur autẽ plerumq; in manducando & bibendo secularium aspectus: qm̃ nunq̃ ita parce cibũ potũq; sumere religiosi possunt qn ab eis iudicent̃: aut ꝙ

nimis auide:aut ꝙ ſupfflue:aut ꝙ īmunde ſumpſerint: & nonnunꝗ modeſtiā uertunt in hypocriſim dicentes:corā nobis uolūt ſobrii apparere:in mōaſterio aūt deuorant ſicut lupi rapaces.Si aūt contingat ꝙ fratres uel ꝓpter pluuiā:uel ꝓpter negotioꝝ imminentiā extra horā prandii uel cene notabiliter ꝑterlapſam foris detineanť & comederint ꝑſertim ſi debiles fuerint:huius mandati ut arbitror:tranſgreſſores non fiunt dummō ſilentiū:benedictionē: & alias ordinis cerimōias:quoad fieri poſſit:obſeruent ſciētes iuxta aplm ſcribentē ad Romanos: ꝙ non ē regnum dei eſca & potus:ſed iuſtitia & pax & gaudiū ī ſpū ſancto.Qui.n.in hoc ſeruit xpo:placet deo: & ꝓbatus eſt hominibus.Itaqꝫ q̄ pacis ſunt ſectemur:& q̄ hedificatiōis ſunt inuicē cuſtodiamus.Nolite ꝓpter eſcā deſtruere opus dei:Oīa qdem ſunt mūda. ſed malum eſt homini q per offendiculū manducat:Bonū eſt nō mā ducare carnem:& non bibere uinum: neqꝫ in quo frater tuus offenditur:aut ſcandalizatur:aut infirmatur. Sequitur.

Tertiumdecimum mandatum de uendendis & emendis rebus.

Textus. Auguſtinus.

Lopa monaſterii mittanť fratres uendere:ſollicite caueant ne qd faciant contra ꝑceptū ſcientes quoniam exarcebant dominū in ſanctis ſuis:Si aliquid emant ad neceſſitatē monaſterii:ſollicite & fideliter:ut ſerui dei agant.

Commentum. Ambroſius.

Ancti illi patres tū ut otium euitarent: quo nihil in famu lis dei periculoſius.Tum ꝓ uictu & ueſtitu habendo:tum ut Aplm Paulum imitarenť:qui ultra ꝑdicationē nocte & die manibus opabatur:ne populis:qbus ꝑdicabat: fieret onerosus in hortorum cultura:& in aliis artibus:que ſine peccato ſcādalo & offendiculo in heremo fieri poterant laborabant:& olera & alia q̄ inde naſcuntur:& ciſtellas & ſportulas & alia huiuſmodi:que ſine infamie & peccati labe faciebant:uendere mittebant: & quoniam in uendēdo emendoqꝫ multa ſolent cōmitti peccata: uel in q̄ntitate: uel in q̄litate

rerum uel etiā in actu ipso nunc mendacia dicendo: nunc plus uendēdo aut minus emendo: q̄ sint ipsarum rerum ualores: ideo ait sollicite caueant ne qd faciant contra pceptū. Preceptū.n. est ut nulla opere uel uerbo i emendis uendendisq̄ rebus frans fiat atq̄ deceptio: scientes qm̄ exar cebant dn̄m in sanctis suis. Exacerbare.n. exaspectare est. Exasperare aūt quempiā est ipm non mō ad rigorem iusticie: sed ad crudelitatē i ducere. Deus ergo exarcebatur in sanctis suis: qñ per falsos ministros sanctorum mysteria male & iniuste ministrantur: igitur studeant mini striteorum ministerium fideliter & iuste executioni demandare: & i om nibus sollicite & fideliter tam in uendendis q̄ in emendis ad necessita tem monasterii spectantibus ut seruos dei decet pagere. Seqtur
Quartumdecimum mandatum de euitando ocioso uerbo.

Textus. Augustinus.

Ciosum uerbū apud illos non sit. Mane ad opera sua sede ant post orōnem tertie eant ad opa sua: nō stantes fabulas cōtexant nisi forte aliqd sit p utilitate aīe sedentes ad opa taceant: nisi ut necessitas operum exigeret: ut loquatur quis.

Commentum. Ambrosius.

Ciosum uerbū uanum est uerbum: uanū uerbū uane cōsci entie est index nec absq̄ iuditio erit: q illud ptulerit: quia ab omni statu rectitudinis depiunt: qui p uerba uana dila buntur: ppterea inqt apostolus: Colloquia mala corrumpunt bonos mores: Et ideo non solū apud illos. s. q emunt & uendunt: Ociosum uerbum esse non dēt: sed nec apud alios quoscunq̄. Alliga igit̄: ut d uus antistes Ambrosius ait. Sermonē tuum ne luxuriet: ne lasciuiati ne multiloquio peccata sibi colligat sit restrictior: & ripis coherceat̄: cito lutum colligit: amnis exundans: Iugum sit uerbis tuis: & statera atq̄ mensura ut sit grauitas in sensu: in sermone pōdus atq̄ in uerbis modus scito sicut scriptū est: q mors & uita i potestate lingue. mors aūt q̄ p linguā ingredit̄: p has uias serpit: si uidelicet falsum turpiter.

ꝓcaciter indeuote: & non opportune loq̃ris. igit͛ hec tibi caue: ut i te otiosum non reprehendat͛ uerbum. Adiecit subinde in maiorē supe rioꝝ declarationem. quas conditiones seruare debeant in opibus faci endis. s. q̃ non stantes fabulas contexant: sed sedentes taceant: nisi for te uel ꝓ utilitate aīe: uel ꝙ opeꝝ necessitas illud exigat: ut qs loq̃t͛ & hoc qd̄e ubiq̃ & semp: & apud quoscūq̃ ab eis modestia & sanctimo nia seruetur.

Textus. Augustinus.

I quis aūt non omi uirtute adiuuante misericordia dei hec conatus fuerit iplere: sed cōtumaci animo despexerit: semel atq̃ iteꝝ cōmonitus: si non emendauerit: sciat se subiacere discipline monasterii: sicut oportet. Si aūt talis fuerit etas ipsius uapu labit: hec aūt in noīe xp̄i fideliter & pie obseruātes: & uos ꝓficietis. & nobis non parua leticia erit de uestra salute. hec sunt que ut obseruetis precipimus in monasterio constituti. Amen:

Commentum. Ambrosius.

Ihil ꝓfecto condere leges ꝓdesset: nisi ille obseruarent͛: ni hil p̄cepta dare: nisi executioni mandarent͛: Ad uero obim plenda exequendaq̃ mandata duo sunt p̄cipua incitamēta timor. s. pene: & premii atq̃ mercedis expectatio: altero transgressor afficit͛: altero fidelis obseruator letat͛: Et quoniā ex timore ad amorē ꝓficiscimur. Iccirco parens & p̄ceptor nr̄ utrunq̃ ponens p̄mū ante posuit dicens: si quis aūt nō oi uirtute: adiuuāte misericordia dei hec conatus fuerit adimplere sed contumaci aīo despexerit & reliqua que subdit usq̃ ad p̄riculam illā: hec aūt in noīe xp̄i fideliter. & cetera. ubi alteꝝ adiecit: Quoad primā litterā ait in primis. Si quis non omi uir tute idest totis uiribus appositis. & rursus omi uirtute tam. s. morali q̄m theologali adiuncta q̄m sicut q unius mādati fuerit transgressor factus est oim reus. Ita & hec p̄cepta q sine aliis uirtutibus seruauerit trāsgressoris eoꝝ penas nō effugiet. Secūdo ait adiuuāte misericordia

dei: ut intelligãus: ꝙ q̃q̃ oẽs uires nr̃as in his p̃ceptis exequẽdis ad hi beamus: nihil tñ sine diuine misericordie adiutorio facimus qm̃ ut ait apl'us non est uolentis uelle: nec currentis currere: sed dei miserẽtis ipsa etiã ueritate testante: q̃ apte locuta est dicens: sine me nihil potestis facere. Tertio ait sed cõtumaci aio despexerit: contumax. n. qs reddit᷑ multipharia͂: Primo quidem: qñ pemptorie citatus uenire contẽpnit: Secundo quando maliciose: se occultat: Tertio quando impedit ne citacio ad eum puenire possit: Quarto qñ citatus ad iuditiũ uenit: sed iuri parere non uult: Postremo quãdo offensa est manifesta & iussus a iudice non uult emendare. Quouis mõ cõtumax accipiat᷑ p in obedientiam & rebellionem fit contumax: igit᷑ ille despicit mandata aio contumaci: q non tanq̃ ignarus & impotens sed in obediens & rebellis mandata adimplere contempnit: hic si semel atq; iterꝝ cõmini tus: Si non emẽdauerit: sciat se subicere discipline monasterii. Monasterii uero disciplina secundũ diuersa statuta diuersa est: Alia. n. est carceratio: alia est ieiuniũ: alia in nuda terra sessio: alia censura ecclesiastica. alia fustigatio ad q̃s: uel aliq̃ꝝ istaꝝ ul'aliaꝝ si pl'es fuerint ꝓut optet maiori. s. uel minori transgressione: in obedientia: rebellione: & qualitate psone pensata delinquens damnet᷑: ita ut si talis fuerit etas ipsius idest ut non sit senio cõfectus uapulabit. i. fustigari cũ psalmo debet. Demũ subnectit alterꝝ dicens: hec autẽ in noĩe xp̃i fideliter: & pie obseruantes. & uos ꝓficietis: Et nobis non pua leticia erit de ur̃a salute: ac si diceret q hec q̃ p̃cipimus in monasterio seruabũt duo faciẽt unũ sibi scilicet in uirtute & diuina gratia proficientes: Alterum mihi Augustino de eoꝝ salute leticiã dantes: qm̃ gloria pr̃is est filius sapiens. Ille. n. uerus est sapiens: q deũ cognoscit & amat: & ille uerus est amator: q illius mandatoꝝ fidelis est obseruator: fit itaq; ꝙ magna fuerit leticia. Augustinus de suis fratribus affectus: qñ illos uidit sua obseruare mandata. Postremo est ad notandum: ꝙ primum mandatum. s. ante omnia fratres karissimi diligatur deus: deĩde proximus: a nostris fratribus ĩ memoriã huius regule adiũctũ est ĩ exordium tertie & hec ultima clausula: utpote hec sunt: que precipimus in monasterio cõstituti ponitur ꝓ exordio ab hugone de sancto uictore: q̃mq̃ nos in uetustissimis atq; emendatissimis exemplariis illã in rubricã in uenerimus

prescriptam quibus proculdubio transigitur: ut utraq; fuerit ab Augustino composita: quorũ hanc solis suis fratribus heremitanis tertiã heremitanis & canonicis uoluit esse cõmunẽ ad laudem dei: & nostrarum animarum salutem. Amen.

Vnum preterea non est omittendũ: ꝙ cum in nostro exordio huius interpretationis: ac in nr̃o defensorio in ambiguũ duceremus: quo i loco Aug. hãc secundã regulã ediderit: dicentes id clare ad hunc usq; diem cõptum non haberemus: Volentes postea ꝑmam regulam interpretari: diligenter huius sacratissimi doctoris dicta inuestigauimus: & libros multos ac etiã sermones legendo: incidit in manus nostras: in uetustissimo codice sermo qdam de moribus & uita clericoꝝ: qui incipit. Nolite arbitrari fratres karissimi: ꝙ alienũ sumpserim exordium: in quo de his regulis expressam faciens mentionẽ: eas in monte Pisano condidisse astruxit dicens: Tria. n. precipue ad uos ꝑ̃sbyteros spectant: forma uiuendi: ordo ministrandi: & modus iudicãdi: de forma uiuendi habetis regulam: quam in monte Pisano: ꝑut potuimus fratribus nostris ꝑmo diligenter condidimus iuxta apostolicã formã ibidem ut & uos nostis docemur. Quomodo deus & ꝓximus diligatur. Quibus horis & temporibus psallere & orare & mãibus operari debemus: Et quomodo unum sentire: & omnia simul possidere i domino. Vbi q̃uis unam solum dicat tñ de utriusq; exordio aliquid ponit. Nam a principio usq; ad clausulam istam exclusiue & quõ unum sentire: Id totum ad secundam regulam spectat. Id autem & quõ unũ sentire: & omnia simul possidere in domino prima regula cõtinet: sed quenam sit causa: ꝙ in singulari regula nominet q̃ in monte Pisano edidit: si due sunt quas ibidem cõposuit: Dicimus ut cõmuniter aiũt: & res constat. ꝙ sicut tertia est supplementum secunde ita & secunda est suppementum prime: Nam i prima preceptum karitatis & de modo orandi omiserat: quod in secunda posuit & ideo ambas simul unã appellat. Et hec proculdubio ratio est: quare tertia est canõizata & nõ prima nec secunda: quoniam hec tertia tanq̃ perfectior: completior & discretior & humane fragilitati cohaptabilior aliarum est cõplemẽtũ Deo gratias. amen.

Cõmentarii Ambrosii Choriolani generalis Augustinũ in primam regulam sancti Augustini.

Ostq̃ beatus Augustinus lacrimis sue sanctissime gẽitricis monice p̃dicationibus diui p̃sulis Mediolaneñ Ambrosii: & seruo℞ dei Simpliciãi ligurieñ:atq; suo℞ frm exemplo: relictis manicheo℞ erroribus ad xp̃i fidẽ est cõuersus: & sacro sci baptimatis fonte ãno etatis sue trigesimo renatus:sic xp̃i karitas cor eius uulnerauit:ut non mõ katholicus xp̃ianus factus est:sed oĩ terrena selicitate contẽpta a p̃fatis uiris sanctissimis Ambro.& Simpliciano nigra cucullã indutus zona pellicea cinctus factus est seruus dei:& cum Simpliciano & suis f̃ribus in mõasterio:q̃d (ceu i p̃clarissimo li. suaℜ cõfessionũ memit) extra meia ciuitatis Mediolãi plenũ multis bonis f̃ribus situ erat in obia:paupcate castitate:in explicabiliq; scimonia:sicut Sigibertus ad macedoniũ scribẽs se uidisse & oculata fide ꝓbasse astruit fere p annũ cũ dimidio mãsit & uixit: & qm̃ erãt qĩ i libertate uiuentes q̃q̃ ꝓbatissimi atq; p̃fecti essent uiri ex p̃cepto tanti p̃ris sim pliciãi p̃mo iter eos q̃madmodũ Sigibertus in eadẽ inq̃t ep̃la: Augustinus instituit:ut uitã ap̃licam oẽs piter tenerent:& nihil inter eos ꝓpriũ diceret:tandẽ eius sancta expostulante parente in Affricam fmeare ꝓposuit.Et accepta licẽtia & bñdictiõe a sancto Antistite Ambrosio cũ fletu & planctu: a btõ Simpliciano petiit ut ei aliquot ex suis fratribus condonaret:ut una cũ illis in affrica erigeret monasteriũ:& in sancto ꝓposito eremitane cenobiteq; religionis in illo famularent altissimo.Vñ in sermone de tribus generibus monacho℞: q̃ incipit: Vt nobis p litteras:ita inq̃t.Vt nobis p l̃ras declarauit sanctus p̃r Hieronimus tria fuerunt in Egypto genera monacho℞:quo℞ duo optima sunt:sed tertiũ omnino tepidũ:& oĩ affectu uitandum:Que sunt illa duo: q̃ op̃tia p̃dicant nisi heremita℞ atq; cenobita℞ genus & ordo:quo℞ uita clarissima:& sancta congregatio tpe p̃dicationis ap̃lice sumpsit exordiũ. Isti sunt illi uiri p̃fecti: q̃bus frequenter adhesi tpe erro℞ meo℞:p quos etiã illumiari merui: quo℞ etiã sanctitatis fama ad aures meas p̃ueniens baptizari non distuli:& pia m̃re me instigante apud Mediolanũ: ut ad p̃riam remearẽ:eos habere in uiscerib9 karitatis:& cũ eis piter uiuere uolui: ꝓpter q̃d ad uiℜ illũ simplicianũ

q a iuuētute deuotissīe deo uixerat ī oī karitate: prexi depcās cū fletu & geitu: ut mihi quosdā desuis frībus donaret: Et donauit eos mihi pr̄ne. q̄re pr̄ne eos mihi donauit: qa sciebat me mōasteriū in Affrica edificare: & assumptis mecū: Anastasio Fabiano .Seuero. Nicolao do rotheo. Isaac: Nicostrato: Paulo cyrillo: Stephāo Iacobo: & uitale pau peulo: q peccunie sacculū apud mediolanum inuenit: & nō rapuit: de quo sermonē iā fecimus: qa inuenit & non rapuit: nec post aux abire uoluit: Igit̃ istis mecū assumptis imitari cupiebā cū charissimis meis aīcis. Enodio: alipio & pontiano: q diu mecū fuerūt: & cū ceteris duo deci: quos nup assumpserā illos quox famā etiā scūs pr̄sbyter Hieroni mus mihi descripserat: & in sermōe de obseruantia clericox: q incipit audistis in mensa fr̄es charissimi ait: attendatis fr̄es: & uos ī pr̄em ue strū. nā pmo uocatus sū excelsus philosophus: erā. n. īter oēs magnos noīatissimus: & liberaliū artiū sagacissimus īdagator: excelsus īq̄ erā celsitudine scīe: q̄ inflat: nō charitatis q̄ edificat: nā cedrx odoriferx uo cabant me Romāī pncipes folii abundantē: sed nō hēbā fructū: excel sus erā & īpius sup oēs coetaneos meos: Elatus & sup exaltatus super cedros libani: & accessit ad me mr̄ pietate plena: pdicatio sancti uiri e piscopi: uita & exēpla scōx pr̄m Pauli antoni: & simpliciani: & cū his oībus uox dñi confringentis cedros cōminuit cedrus libāi ab hostia pparata ad uictimā in odorē suauitatis: & sic factus sū pr̄ excelsus: De inde ad affricā uēi mecū ducens decē & nouē de frībus meis simul ui uentes in placito sancto: & cupientes segregari a seculo: & sanctus pr̄ ualerianus cupiens esse pticeps fructuū & orōnū nr̄ax locū istū secre tū: in quo sumus: donauit ut multi urm̄ uiderunt: Sed loco isto edifi cato in xp̄i noīe: & scē trinitatis pontifex yponeñ factus sum: & uoca tus sum pr̄ excelsus multox: loq̄bat̃. n. augustinus de secundo mona sterio: frm̄ heremitax: ad quos uisendos tunc accesserat: & tñ sermonē hunc quē fecit post refectionē in mensa ad clericos quos secū duxerat direxit: Sed quispiā diceret in altero sermone dixit duodeci fr̄es secū sumpsisse: in hoc aūt decē & nouē astruit in affricā duxisse: ergo ī eius dictis contraria inuenit̃ sententia: Sed si quis attentq cogitat augusti ni pcessum: inueniet nullā in dictis suis esse repugnantiā. nam licet a btō Simpliciāo duodeci dūtaxat accepisset: cōgregauit nihilominus

(ut mox dicemus)alios in tuscia:exqbus septem potuit assumere: ut numerus decē nonarius exploderet᷑:Sūptis ergo p̄noīatis duodecim frībus siplicianū & alios cū uberrimis & ī numeris lacrimis:obsculis & āplexibus relinq̄ns:cū enodio alipio pōtiano & pia mr̄e ex liguria ueīt in tusciā q̄ ita oībus:sicut aug. in suis cōfessionibus memorat in uia & in oī eoꝝ egritudine curā gessit:q̄i oēs genuissēt: ita seruiuit q̄i ab oībus geita fuisset: cū uero ad colles tuscos deuenisset: audiuit in montibus Pisanis nōnullos dei seruos eremitā uitā ducere: quoꝝ fa ma pcepta mox illos adiuit:ut cū eis pabulo diuīe pasceret᷑ dulcedīs: & cognito eoꝝ scō proposito deo famulandi: uehementer hortatus est eos:ut collegialiter uiuerent & uitā ducerēt aplicā:q̄ nulla pōt īueīri p̄stantior nullaq; deo gratior & acceptior:cuius moīta & exhortationes huīliter suscipientes dep̄cati sunt eū:ut in scriptis redigeret:que obseruanda iuberet.oīm igit᷑ eoꝝ uota suscipiens: hāc p̄mā regulam q̄ incipit cōmuni diffinitione decreuimus edidit:editā & oīm inibidē habitātiū manus ꝓprie subscriptione munitā: & uoto ac iuramento obseruādi: que in ea scripta sunt: firmatā illis tenendā atq; obseruandā tradidit.Et q̄m in hac p̄ma de dilectione dei & proximi:ac etiam de modo orandi & psallendi non dederat preceptum anteq̄ abillis discederet:Secundam eis cōposuit & dedit q̄ incipit:ante oīa fratres charissimi diligat᷑ deus deinde ꝓximus.de qbus in sermone de moribus clericoꝝ.q incipit Nolite arbitrari fratres ꝙ alienū sumpseri exordiū expressam facit mentionē dicēs.Tria.n.p̄cipue ad uos p̄sbyteros spectant.forma uiuendi.ordo ministrandi:& modus iudicādi.De forma uiuendi hētis regulā quā in mōte Pisano ꝓut potuimus fratribus nostris p̄mo diligenter condidimus iuxta aplicā formā. Ibidē ut & uos nostis docemur.Quō deus & ꝓximus diligat᷑.Quibus horis & temribus psallere & orare:& manibus opari debemus q̄ sunt mandata in secunda regula contenta.Et quomodo unū sentire:& oīa simul possidere debemus.que in hac p̄ma ponunt᷑.Sed quid eū mouit:ut si has duas in mōte Pisano condidit: ꝙ unā in hoc sermone eas nominet. Dicimus ꝙ sicut altaris sacramentū interdum in singulari:& interdū in plurali nominatur:q̄m licet quo ad materiales species plura sint: tamen quo ad uirtutē:effectū:& finē ad quē sunt instituta: unū sunt:

Sic istas duas reglas: cũ una sit: ĩsupplemẽtũ alterius: & utriusq; unus sit finis: unã augustinus nũcupauit: & tertia edita fuit in utriusq; supplementũ iõ illa acceptata: ap̱pbata & cõfirmata: & utrisq; tã eremitis q̃ canouicis obseruanda: tãq̃ ueris & legitis augustini filiis ab ecclia tradita ẽ: &.n. sicut in retractatiõe exordii interpetratiõis nr̃e in secundã regulã in calce eiusdẽ interp̃tationis posita asseuerauimus: hec perfectior: cõplerior: discretior: & hũane fragilitati cohaptabilior est que absurdũ nõ foret: ut simul cũ aliis una regula diceret͂: qa q̃mq̃ tria sie opuscula: uũ tñ ad aliud ordinat͂: & duo p̃ma ad tertiũ. & tria omnia ad unũ eundẽq; finẽ contendũt. Vbi ergo his regulis heremitas ĩ mõte Pisano habitantes reformasset: & ad tenendã uitã aplicam eos astrixisset: multi ad illã sanctã societatẽ uenerunt: pluraq; loca sicut etiam nunc extant: & nos uidimus: ibidẽ cũ illis erexit: ibidẽq; plura edidit opa: postea assumptis aliq̃bus de his: quos in dicto mõte cõgregauit cũ pia mr̃e: Enodio: Alippio: Ponciano & aliis duoderim quos et sanctus Simplicianus dederat uersus Romã iter arripuit. & quotquot seruos dei in agro Senensi & Romano inuenit uisitauit: confortauit: & apostolicã uitã ducere secundũ p̃cepta iam data docuit: Sed ambiguus est animus. Quo .n. pacto in monte Pisano p̃mo dedit reglam: cũ iam Mediolani: ut p̃tulimus in monasterio sancti simpliciani: secundum uitã aplicã fratres illos uiuere docuerit. Dicimus q̃ uel Mediolani nihil redegit in scriptis: uel si p̃cepta cõscripsit: nõ ea sibi attribuit: tũ quia sub potestate erat alterius .s. sancti simpliciani: & iussus ab illo fecit: quod tunc egit: Tum qa nullã curã tunc habebat animarũ: & ideo eũ non decebat regulã condere: sed cũ fuit in mõte Pisano sui iuris erat: & curã gerebat eoꝝ: quos secũ ducebat: curãq; sumpsit eoꝝ q monte incolebant: potuit ergo regulã facere: & eã in scriptis redigere: ꝑut defacto fecit & p̃mo hanc edidit q̃ interp̃taturi sumus: ĩ cuius expositiõe p̃mo titulũ eius declarabimus: subĩde ad interp̃tandũ textũ accedemus: q̃ntũ ad p̃mũ titulus siue rubrica hujus regle talis est.

Ncipit prima regula Beati Augustini, doctoris ecclesie excellentissimi: quam primo fecit & tradidit fratribus heremitis in monte pisano cõmorãtibus ipso existente

iam fratre in reditu suo: quem fecit de Mediolano Romam uolens in Aphricam redire:quam qdem regulã fecit de consensu eorundem fratrũ cuius tenor de uerbo ad uerbum seqtur & est talis.

Titulus dicitur a titone:idest sole: qm̃ sicut sol mundũ uel queq; obscura illuminat:ita titulus librum uel eius sequentia:quod aperte lateq; patet in huius libelli titulo:in quo per ordinem indicant̃ decem.

Primo quod est nomen libri.

Secundo que eius materia.

Tertio quis eius ordo.

Quarto quis eius auctor.

Quinto ad quorum instantiam eam condidit.

Sexto ubi eam edidit.

Septimo qualis eius status quando ipsam composuit.

Octauo quando eam fecit.

Nono qua auctoritate eam composuit.

Decimo quis finis componendi eam.

Nam duo pma indicant̃ p hanc dictionẽ regula q̃ non solũ libri huius nomen est.sed q̃ sit materia eius p illã insinuatur. Regula enim dicit̃: q; normã recte uiuendi prebeat:uel quod distortũ prauũq; corrigat:perinde Isidorus ait.Regula dicta est:q; retro.i.sursum ducit nec aliqñ deorsum trahit: Priscianus aũt regulã quasi mensuram regentẽ esse astruit.At uero in hoc libello uiuendi normam atq; mensurã. augustinus pbens quid euitandũ:quid ue prosequendum sit docet quatenus ascendamus semp sursũ:de orsũ uero nũq̃ trahamur.Ordo qdẽ expmit̃ in hac dictiõe pma:qm̃ inter tres regulas quas edidit hec primũ in ordine;non tñ in dignitate & pfectiõe locũ tenet:Auctoris nomẽ mãifestat̃ cũ subdit̃.beati Aug.doctoris ecclie excellentissimi: Illi ad quoꝝ instantiã eã cõposuit fuerũt heremite:q in mõte pisano cõmorabãt̃ qbus eã pmo tradidit:subinde fr̃ibus cõgregatis ĩ centũ cellis:tertio illis quos ĩ affrica cõgregauit dedit: locus ĩ quo eã cõposuit mõs pisanus ut ait fuit:Status Aug.qñ hãc regulã fecit ĩduit̃ cũ dicit ipso existente fr̃e,Erat.n.frater heremita sic a btõ Ambro. & simplici ano Mediolani post baptisma ue diximus ĩdutus:Composuit autem eã in reditu suo:quẽ fecit de mediolano romã ueniẽs ac uolẽs ĩ affricã

redire:tunc secundũ & trigesimũ agens annũ. Auctoritas cõcipit in eo quod dicit:quã qdem regulã fecit de consensu eoꝝde fratrũ:Nam licet Augustinus eis non antea pfuisset: ipsi tñ met fratres se ei sponte subiecerũt:& de eoꝝ consensu eã instituit: in cuius cõsensus euidẽtiã oẽs se subscripserũt:sicut i fine regle apte inqt:finis aũt pncipalis ẽ:ut seruãtes pcepta: q in ipa regla scripta sunt eterne uite cõpotes fierent.

Textus. Augustinus.

Ommuni diffinitione decreuimus apud uos:quod nũq̃m postmodum ab ullo poterit infringi.

Commentum. Ambrosius.

Hinc præclarissimus ille doctor: Basilius te omnium uirtutum formam & speculum quoddam extitisse in natura testatur. Quid plura: Beatissime pater de Augustino ecclesiæ splendore denudare potero? Augustinus ut Anastasii uerbis utar: fuit apprime uir totius prudentie. In sermone uerax. In iudicio iustus. In consilio prouidus. In commisso fidelis. In paupertate humilis. In castitate fortis. In omni sua actione compositus. Augustinus in bello potens. In certamine uictor Fuit par angelis in feruore. Par prophetis in diuinorum reuelatione. Apostolis in prædicatione. Martyribus in desyderando passionem. Virginibus in continentiæ obseruatione. Eas ob res Longianus atq; Paulinus uiri probi & graues: beatos: ac pure relucentis uirtutis lumine ad modum illustratos se fuisse fatebantur? Si Augustinum in carne uidere & affari meruissent. Existimabant enim ceu Valerius pontifex: eodem cum Paulino admiratur in sancte matris ecclesiæ templo neminem esse natum cuius Augustinus non modo magister: sed etiã pater dici non possit. Existimabant omnium hominũ in eo quoquo modo relucere uirtutem Existimabant eum illum fuisse principẽ: quẽ non dicam maximi pontificatus dignitate: sed sapientia scientia & sũma uirtute sua: totius fidei curã suscepisse. Existimabãt deniq; ut ego ipe reor: Pythagoram Socratem Platonem Aristotelẽ cæterosq; mũdi sapientes cum Augustino: nequæ grauitate: nequæ scientia: neque ulla uirtute potuisse conferri. Testis est Cyprianus qui doctores omnes silere iubet: ubi: os mellifluum aperitur augustini. Testis est doctor ille sanctissimus & Romanorum Pontifex maximus Gregorius qui ad Innocentium præfectum africe scribens in comparitõne simulaginis Augustini furfurẽ sua opera fuisse fatebatur. Testis est Ricardus qui de augustino loquens: hisce uerbis usus est. Hic perseuerãtiæ palma: sic intelligentiæ pane cibatus: sic diuine sapientiæ: aqua potatus fuit: ut in omnem terram audiatur sonus: & in fine orbis terre uerba sanctitatis eius. Et eo quidem usque: q; cæteri doctores stellis: hic uerbo soli comparetur. Nam ut in omnem orbem sol radios sue lucis emittit: ut reliqui Planete: & astra singula lumen a sole suscipiunt: eatenus augustinus splendore sapientiæ suæ omnem Christi fidem illu

minauit. Nec dicere quispiam aliqd potest: quod a fonte lucidissimo sapientiæ & scientiæ augustini haurire fere non uideatur. Testes deni q; sint Macedonius: alanus: Isidorus: Petrus: Damianus: Egesippus: abbas: Iulianus episcopus: ualentinus monachus: anselinus: beda: Crisostomus: Boetius: Celestinus Pontifex Maximus: Bonifacius Comes: Octauianus Dux: Campaniæ: Marcellinus: Cassiodorus: Seuerus antistes: Volusianus: Bernardus: & alii complures qui nihil de eo hússe: nihil mediocre: sed totum summum: totum perfectum: totum deniq; immensum sensere. Quis deniquæ augustini ingenii amplitudinem non miretur? Nam & si magno & excellenti ingenio præditi: innumeri extiterint multaquæ fuerint ab eis præclara & excelsa edita plerique tamen omnes: unum eundemq; dicendi modum affecuti fuere. augustinus uero homo cœlestis: trinitatis imago: abyssus sapientiæ: ea mentis acie refulsit: ut non uno dicendi phylo contentus: uerũ singulis in operibus alio usus stilo fuerit. existimarat enim hic docto rum princeps non res modo: uerum potius rebus seriem dicendi oũ: fuisse accomodandam. Contemplamur etiam sæpenumero apud aristotelem philosophiæ profunditatem. Contemplamur apud Claudianum affirmandi modum. Contemplamur apud Platonem explicandi facilitatem. apud Ciceronem elegantes persuasiones: apud Liuium hystoriarum ueritatem: apud Lactantium aliena destruere: apud Item alios aliud contemplamur. Sed anceps sum: quidnam magis in augustino miremur: cum hæc omnia longe lateque: suis in operibus accomodauerit. Nã hic Philosoph ie dogmata. Historiarum plenam noticiam: iocunditatem: facilitatem: elegantiam: persuasiones: impugnationes: cuiuslibet status monitiones: adeo complexus est: ut in omnibus singularis uideatur. Quid opus est uerbis? Hic ubiquæ magnus. Vbiquæ fortis. Vbiquæ admirabilis. Vbiquæ omni sanctitate copiosus: In omnibus maximus & unicus apparuit. Maximus in exemplo: maximus in scientia: Maximus in sanctitate: Maximus in uita extitit Regulari. Nam hic est ille in numere multitudinis Imperator Sub cuius Regula pluresquam duæ ac uiginti militant religiones.

Hic unicus extitit:qui ad defensandam fidem:ad iudicandam uerita tem:ad diuinum referandum archanum:ad præcellentissimam pandē dam sapientiam solertissimus omnium fuit. Iure itaque Nectario sae tus ualerius inquit:q̄ nisi deus fidelibus suis fortunati tempore :illū sapientiæ cumulum ac sanctum patrem aurelium Augustinum con cessisset ac donasset:sãctificatio nostra desolata fuisset:dies festi nostri conuersi fuissent in luctum. Sublata nostra in opprobrium:honores & sublimitas nostra i merorem & planctum. Hunc igitur beatissime pater:totis uiribus animatisq̄ mentibus in auxilium opemq̄ accersir persuadeo:quoniam nec uereor:ut sicut eius tempore ab omnium he reticorum iaculis ecclesiam eripuit. Sic hisce temporibus summus :& immortalis deus orationibus & innumeris meritis eius ab omni tur corum & infidelium atrocitate eam eximere dignabitur. iesu piissimo præstante qui uerax est & pientissimus xp̄ianorum defensor.

Amen Deo gratias.

Sermo eiusdem Magistri Ambrosii Choriolani. In quo quidem ostendit:q̄ augustinus est imago trinitatis.

Voniam nonnulli quauis de causa nescio concitati: augustinum ut mea in oratione differui. Trinitatis imaginē nullo pacto dici posse retulere:ne quid ab surde aut erroneæ dixisse uidear:meum in apertum ducere animum præsenti sermone decreui quem nō ut ptinaciter aliquid asserere quod absonū uideat̄ institui: sed ut ida gata ueritas elucescat:hoc scribendi opus suscepi:in quo imaginis q̄dī tatem & noticiam p̄mum indagabo. Subinde nōnulla transigere ac ꝑ bare gestiam. Postremo quasdam ꝑ uiribus ambiguitates dissoluam: Ostendens non augustinum solum:qui tam apte: tamq̄ dilucide in diuisibilē illā trinitatē i unica & ieffabili eētia cōsistere apuit:uerꝫetiā

quamlibet dei creaturam ratione prǽditam eatenus posse nuncupari Vbi si quid quod aures minus dominationis tue demulceat reperies illud tuæ ingenti peritie corrigendum offero. quod tanto ago liben tius: quanto non dubito uehementius: summa cum charitate meum affectas honorem.

Vo quippe sunt in homine: quibus ad indiuisibilis æterne q; trinitatis noticiam proficiscimur: quorum uestigium al terum: alterumq; imaginem sacri doctores appellare cōsue uerunt. Hoc nempe: ceu a sapientissimo Salomone didicimus in nu mero: pondere: & mensura consistit: aut in rei principii. medii: atq; fi nis distinctione: ut quidem sensere Philosophi. Non nulli ex specie: figure: & ordie cōstitui oppinati sūt: alii uero i vitate ueritate: & boni tate consistere existimantes: patri tanquam uno primo principio ex quo sunt omnia. V nitatem filio ceu sapientiæ prime: quam solam sci ri contingit ueritatem: paraclyto uero spiritui sancto: quoniam caris matum dona ab eius missione manant: bonitatem uelut appropriata quædam contribuere. at uero imaginem discretam & unicam quan dam similitudinem: & rei ad rem coexigentiam esse aiunt: quam sim pliciter minime suscipiunt: sed eam dirimentes aliam magis: aliam ue ro minus perfectam esse dicunt: quam magis ac omni ex parte faten tur esse perfectam his præmunitā esse cōditionibus diffiniunt. Quod in natura sit intellectuali: quod in eo sit: quod ex altero sit natura ꝑ fectum. Quod unum alteri simile sit & cōforme. Quod utrunq; unā eandemq; perfectionem & essentiam obtineat. Quod secundum spe ciem ipsum representet imaginatum: & eo quidem usq;: ut hec illud omnipharIam imitetur. Hinc plerIq; imaginem ab ipsa imitatione sū psisse nomen ferunt: quoniam eam imaginatum in omnibus imita ri oporteat. Hoc modo si quis imaginem sumat. recte sentit dei solū filium patris imaginem nuncupando. Ipse nanq; solus est: qui cum simplex & intellectus summa puritate nitens: ac natura ex patre geni tus: unius eiusdemq; substantiæ & essentiæ persistēs. ei prorsus coom nipotens ē & coeq̄lis. altero qdē mō imago sumit̄: cū nec tot circūsti pata cōditōibus unitatē nāe pfectionū eq̄litatē: Naturalem originem

& uim omnimodam designandi repellit:in natura tamen intellectuali similitudo quedã existens. Ipsa quoquomõ personalia indicat & representat: sic non solum homines:quin modo quodam excellentiori angelos ad dei imaginem conditos esse fatemur. Est nanquæ angelus & homo rationis & intellectus particeps:ac summo & immortali deo in his similis:quoniam ut una est dei essentia:una natura:eademquæ substantia:personæ autem tres: pater a nullo est susceptus:filius a Patre solo genitus:amborum autem nexus paraclitus spiritus sanctus: ab utroquæ procedens:coetemi:coomnipotentes:& coequales: sic & hominis unica est animæ substantia:tres autem potentiæ: memoria uidelicet:intellectus & uoluntas:eiusdem essentiæ coeuæ. Non enim aliquod est temporis interuallum excogitandum:in quo memoriam intellectum præire.aut intellectum uoluntatem antecedere pẽsitemus Sunt & rursum coequales:quoniam quicquid memoria tamquam apocrisarius animi obtinet illud intellectus uelut iudex nouit & discernit:illud uelle & eligere:aut iddem reiicere odio libere appetitus tamquam rex in anima potest. Series item auctuum earum est potentiarum quam inter se diuinæ personæ habent. Distat autem a uestigio in his imago:quoniam hec secundum speciem:illud autem secundũ genus: Hec distincte magis:illud confuse potius repræsentandi officium habet:pedes nanquæ impressione:que uestigium quoddam est:pertransisse:illac hominem nosces. Sed Egesiam uel Gorgiam pertransisse ꝓpendere profecto:nisi secundum accidens nequibus. Cesaris autẽ imagine:idem mox cesar in mentem uenit. Eodem quidem modo principium:medium:atq; finem contemplantes: Tria esse in diuinis conferimus:sed que tria:qualemq; distinctionem intelligere nequiuimus: Ex ipa uero imagine:tres in una natura:sic esse personas dignoscimus ut ea equales,coeternas:& distinctas esse intelligamus.

Vnc alterum genus complectar:ubi ea ipsa:que hac de re in animo sanxi probare gestiam. Ex quibus illud primo transigãus.ĩ ea solũ creatura imaginẽ reperiri:q̃ ꝓdita rõe ab oĩm fuit opifice plasmata:iccirco sui creatoris

imaginem quispiam defert quoniam ipius est capax. Sed capax dei: homo est: quia ipsum intelligit & amat. Nosse autem & amare deum his datum est solum: qui prediti sunt ratione. Ea de re beluis neq; religio: neq; imago data est dei: quia participantes non sunt rationis.

Transigamus insuper ab imaginato quamlibet re ipa imaginem: distinguit: manifestum est autem hoc in rebus omnibus perpendēdis Cæsaris nanq; a cæsare. Priami a Priamo imago secernitur. Seorsum contrarium si sancire possemus: in eo foret potissime: quem patris æterni imaginem confitemur. unde in sapientie libro aperte ostendit. eum lucis æterne candorem: & speculum sine macula: dei maiestatem & imaginem esse bonitatis illius. at uero fidelium: nemo ambigit dei filium eius a patre realiter esse distinctum.

Transigamus quoq; aliquam esse creaturã: que recte trinitatis imago dicitur. Respectus nanq; omnis: qui aliquando esse cepit creatura quedam est. at enim quam in homine uel in angelo imaginem fancimus trinitatis respectum & habitudinem quandam esse constat: nec illam sane mentis quispiam æternam esse diceret: cum deus solus sit. qui æternitate mensuretur. In eo: Item quod in homine unicam esse anime essentiam: tres autem potencias dicimus trinitatis esse imaginē probauimus. Sed facturam illud esse dei quis asserere uerebitur? Homo enim & quicquid in eo est esse: aliquando a deo suscepit.

Transigamus postremo bipharìam quidpiam posse alterũ appellari: aut quoniam illius in recto: uel quia in obliquo suscipit predicationem. Primo quidem modo: hominem rationale dicimus esse aĩal: lineam uero quantitatem: altero autem modo: eundem corpus & animum: domum lapides & cementum teste aristotele dicere consueuerunt. Cum non nisi ex anima & corpore hominem: & ex lapidibus & cemento constare domum dicamus. Vel istec esse in eis censeamus: augustinus item memoriam: intellectum: & uoluntatem unam esse mentem asseruit. Quoniam in una mente eademquæ sunt animæ substantia. Igitur sepæ una pro altera suscipitur prædicatio.

Sed in quartodecimo de trinitate uolumine hanc ipſam ueritatem aperto rotondoque ore teſtatus eſt dicens. Eo enim ipſo imago dei eſt mens: quo capax eius eſt. Et in libro de ſpiritu & anima inquit. Non poterat anima eſſe imago dei ſi mortis freno clauderet̃. Et Bern. in li. de miſeria uite hoīs ait. Me amas in deo: quia imago dei ſum: & paulo īferius. Imago dei ē oīs aīa rōnal̃. Et Petrus lōgobardus ī ſniis apte ex aug. uerbis hec uerba trāſegit. Ecce illius ſūme ũitatis atq; tritatis ubi eſſentia una eſt: & tres perſone: imago eſt humana mens. Subiectum rurſum fundate rei prædicationem ſæpenumero ſuſcipere in recto ſolet: ſic anima: ſæpe memoria: ſæpe intellectus: ſæpe appetitus & a philoſophis & a theologis uocat̃. Et id ceu ab Egidio doctore profecto ſingulariſſimo didicimus emphatice loquendo ueritatem obtinet. At uero trinitatis imaginis ſubiectum eſſe hominem, teſtatur opifex primus qui geneſeos libro inquit. Hominem ad noſtram imaginem ſimilitudinemq; formemus. Confirmat iddem ratio quoniam ad aliquid ſubiectum eſt ꝓprium: propriumq; exigit fundamentum. Ex his itaq; omnibus cōſeramus auguſtinnm non modo ſed hominem quemlibet trinitatis poſſe imaginem dici: cum rationale & intellectiuum quodlibet huius imaginis ſubiectum ſit. Sed ipſe tanto magis ſic appellari ſine iniuria poteſt: quanto præceteris hominibus trinitatem explanauerit. Mens enim atq; animus eius in diuinarum perſonarum cognitionem & amorem ſic uerſabatur: ut noctesquæ dieſquæ: penſare nitereretur: quam magnum eſſet ineffabile trinitatis myſterium: quod cum mortalibus uiribus ad illud attingere nequiuiſſet: ingentiſſimo ſuccedebatur affectu: ardebatquæ immenſo amore ſuō: ac ita perfecta charitate ſubcenſus. Infundebatur ei ſuperna gratia: qua patrem & filium: & ſpiritum ſanctum proprietatibus conſtitutos unicam: & ſimpliciſſimam habere eſſentiam intelligebat. Infundebatur inſuper diuino illo afflatu earum tanta cognitio: ut que ſecum ipſe intelligeret poſteris: qui nec tanto ualebant ingenio: neq; tanta imbuti gratia eſſent peruia relinquere poſſet. Solemus item ut Pictagorici aiunt dicere: amicorum alterum alterius eſſe imaginem: quoniam alter nos in alterius ducit cognitionem: ſed ut ex diuine ſapientiæ ore prodiit: Quiſquæ amicus eſt dei: qui eius mandata integræ ſeruat.

At uero ex omibus q in ſcē matris eccleſie templo nati ſunt amici dei
hinc unus exſolertiſſimus extitit: qui eius precepta cuſtodiuit: qui ei
ſicut uero domino ſeruiuit. Si Auguſtinus itaq; rationalem habuit a
nimam: ſi eam imaginis eſſe dicimus ſubiectum: ſi cognitio & amor
ſumus eius in trinitatem uerſabatur: ſi ad eius ſimilitudinem plaſma
tus ſit non erronee: non incompte: non abſurde: ſic dicici & appel
lari poteſt. Rurſum cum imaginis officium ſit nos in illius ducere co
gnitionem quod imaginatū eſt: & hic nobis pre ceteris trinitatiſ cog
nitionem dederit uocari ſic poteſt: ut trinitatis imago: hoc eſt ad ima
ginem illius factus: ad eius nos ducens cognitionem dicatur. Poſtre
mo ab hac ſententia grammatici non diſcrepant: qui ſiguris utentes
caſum pro caſu: pro parte totum in oratione texere ſepenumero con
ſueuerunt: ſic nos haud incongrue trinitatis imaginem dicimus: quo
niam ad illius eſt imaginem factus. Vt uehementiorem etiam inter
dum ſermonem efficiamus. Hiſce uti uerbis ſolemus. Vt Cæſarem ſu
iſſe omnia dicamus: cum nec tamen omnia fuiſſe: quin potius illa ua
luiſſe cenſemus. De imagine ſic ſuo modo coapta ſermonem.

Oſtremo ad ſoluendas ambiguitates ſermonem conuertā:
Tranſigere quippe ſacri doctores conſueuerunt inter ima
ginem quandam eſſe & imaginatam cōſubſtantialitatē. Sic
eiuſdem eſſe cum deo nature & ſubſtantiæ creaturā oporteret: ſi eā tri
nitatis imaginem diceremus. Abſit autem ut in tātum labamur erro
rem: ut ſiue homines ſiue angelos illius habere eſſentiam & naturam
a quo plaſmati ſunt conſeramus. quis enim ſic tolleret quod ſinitimi
quod caducum eſt & mortale: quod eſt tempori & uariatiōi ſubiectū
æternum & incommutabile eſſe: atq; infinitum? Quis creaturam eſſe
creatorem? Hercule: Nemo?

Vantum quoq; uim dicunt eſſe imaginis ut eam imaginati agant
omnem ſecum ſimilitudinem gerere. Nec in re ipſa aliquid eſſe aiunt:
quod in eius imagine clare ac diſtincte uelud i lucidiſſimo quodā ſpe
clo ñ reluceat: ſed q̄ nāq; poſſet unq̄ eē creatura: q̄ tā magna: tā excelſa

tanq̃ foret bonitate prædita:tanta uirtute insignita:tãta gloria ac bti tudine imbuta:ut adeo distincte:adeo dilucide:adeo aperte:incõpræ hensibilem & ineffabilem & omni ex parte infinitam patris & filii & spũs sci inessentia unitatem:inpersonis distinctionem:inter se poten tiæ ac uirtutis omnis equalitatem uelud quoddam incircunscriptum & ineffabile simulachrum gereret. Dei sapientiam:dei inquam filium patris solum esse imaginem ex his conferunt:qui cum eiusdẽ substan tiæ:eiusdemq; nature:in omnibus & p omnia similis ei integre & per fectæ patrem manifestat. Non itaq; aiunt recte sentimus qui ul'augu stinum uel aliam quamuis creaturam trinitatis eẽ imaginẽ asserimus: Sat his duobus argumentis una solutio sit. Namquæ ad unum eun demq; terminum contendunt eadem solui ratione oportet. At uero ĩ spicienti constat:harum quamlibet rõnum:de primo imaginis gener̃ ueritatem transigere:qnippe quod quinq; clausulis p̃munitum:dei fi lio duntaxat competere differtum fuit. Amplius si quecunq; ad aliud se habent natura simul esse:ut diffinire philosophi opus est:hoꝝ alte rum fiat oportet:uel ut ad se imaginẽ:aut nullam trinitatis imaginẽ: creaturam esse feramus. Atq; habitudinem si quispiam tolleret: Non modo philosophie sed dialetice expers uideretur. Alterum si quis as serat longe perplexus erit animus cum aperte intelligat haud ullã um quã fuisse creaturam:que illi p̃ncipi coeterna extiterit:q eius in uerbo creaturam omnem ex nihilo inesse produxit? Relatiuoꝝ constat duo esse genera. Vnum quippe:quod mutuam inter terminos coexigenti am ponit:eatenus pater ad filium refertur ac mutuo se coexigunt: qs enim sine filio patrem esse:uel absq; patre excogitare quis filiũ posset Alterum genus est cuius extrema non inuicem habẽt coexigentiã:sic creatura ad creatorem dicitur:cum tamen ipse nullam exigat esse crea turam? Quod enim æternũ est:haud illud coexigit:quod est tpe cir cunscriptum. At uero hoc in genere imaginem contineri liquet. Nõ itaq; ĩmortali & uero deo coeternam esse uti existimarunt oportet. eo rum præterea que ad aliquid sunt fundamẽta & subiecta coeterna sint nequaq̃ opus est:oportere tamen respectus p̃iter pullulare asserimus: Quis enim ambigit Siluium Enea fuisse priorem? Eneam tamen gua tum coeuum esse Siluio patri quis non asserit. Eodẽ pacto posteriorẽ

deo esse creaturam nulla probatione egemus.deum uero ut imagina tum quoddam est.Creaturam haut sub huius relationis tegurio ma nentem preire non concedimus: Tametsi hac sublata ratione: ille æternitate.Hec uero tempore mensuretur.Nec ob id quispiam accidēti uel tempori subiiciatur deus oppinetur:cum actus purus immixtus: & æternus sit.Nostro tamen ab animo sic cōcipiatur:necesse est: cum ea quæ sui puritatem antecellunt:non pure:non simpliciter: sed cōpo site & mixte capiat opus sit.Differamus tandem ad præpotentis dei imaginem creatum esse hominem: ipsum tamen imaginem esse non concedamus:substantiam nanq; accidens:subiectum formam esse nō est excogitandum.Absonum enim existimaret si quis lignum albedi nem diceret:quoniam eadem illud esse affectum constaret.Dico igit sepenumero subiectum pro forma capi:& pro parte totum esse suscipi endum.Eam ob rem si ad dei plasmatum imaginem eius fungat̄ noīe nec oberrat:ut ea tandemq; disputauimus apertius intelligant̄ tripha riam in homine imaginem esse dei conferamus.Primum quidem mo dum:qui respectu diuinarum sumitur personarū antea designauimus Alter est qui naturam & essentiam circumaspicit diuinā:ut sicut unus est deus omnium rerum principium:a quo cetera sunt producta. Ita uno ex homine ceteri traxerunt originem.Et sicut idem immortalis: inuisibilis ubiq; totus nullibi circunscriptus:ubiq; presens:& omnem mundum gubernans:eatenus una est anime essentia in homine inui sibilis:immortalitate prædita:tota in toto: & tota in qualibet huma ni opificii parte:nec in nulla circunscripta portōne. Verum per singu las partes uitam effundens consistit.Tertia demum est que in eo con sistit:ut deum noscat & diligat:& ipsius gesta pro uiribus imitetur sal uatoris:quo eius gratia imperfecte quidem nunc:tunc ad plene refici atur.cum deum facie ad faciem poterit intueri:quando eum sicut nos cet amabit: sicut delectabitur ita quietabitur:sicut quietabitur ita se deo conformem prestabit:& eo quidem usq;:ut ab eius gratia secerni nulla occasione ualebit. Amen.

Ambrosii Choriolani in sacra Theologia professoris Sacri Ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini. Oratio de laudibus eius dem Sancti. Coram Paulo Veneto secundo: Pontifice maximo & cetu Cardineo fœliciter incipit.

Vasi sol refulgēs sic iste refulsit in templo dei: ecclesiastici quinquagesimo.

Ihil profecto in omni natura corporea est: ex quo tot ĩ uniuersa mundi machina effectus: tot rerum uicissitudines: tot deniqꝫ quæ proficiscantur oblectamenta splendoris: quot quidem ex planetarum principe: Et si fas est dicere oculo mundi: & moderatore omnis luminis sole: emanare cōstat Ob eam igitur causam nature indagatores maximi ex omnibus corporibus: quæ uita carent ei tribuere primatum. Sane itaqꝫ fit: ut si ĩ omni hominum genere quispiam inueniatur: qui sic cæteros superet homines: quemadmodum solem cæteris præstare corporibus cernimus. Eum inter animantia: quæ ratione utuntur unicum solumqꝫ predicemus & referamus. Hunc autem splendorem fidei: doctorū principem scientiæ sapientiæqꝫ: quæ iubar splendidissimum omniumqꝫ parentum uirtutum. Aurelium Augustinum esse censeo. Non iniuria igitur sacro sancta Romana ecclesia hanc de ipo laudem hodierna in epistola cecinit. Quasi sol refulgens sic iste refulsit in templo dei. Et quanquam in omni gratiæ sapientiæ sanctimoniæ omniumqꝫ uirtutum genere: sic in eo uehemens splendor extiterit. Vt nulla lingua mortalis: nulla uis naturæ: nulla humani ingenii cælsitudo: nulla demum dicendi ubertas ad eius laudes explicandas referendaqꝫ: præconia satis sit: tamen ne tanti luminis gloriam In hac eius cælebritate silentio prætereamus. Egregiam hanc similitudinem: quæ ei cum Sole: tributa est dumtaxat hoc tempore explicare conabor

Hunc enim singularem: & fere præter consuetudinem orandi hodier na die mihi modum peperi: ne in illum sermonem inciderem: quem octauo iam peracto anno. In conspectu fœlicis recordationis Pii uestris Rererendissimis dominationibus de eodem Augustino Tibure ipse recensui.

Refulsit itaq(ut dicere incipiam)ut sol Augustinus: quoniam sicut solare corpus subito uehementem lucem suam in nostro Emispe rio effundit: ut Ether qui inter nos cœlumq concluditur: mox equæ primo: illuminatus. Nos cursu quottidiano docet. Sic Augustinus cūctis relictis erroribus: sacro facto baptismatis fonte renatus ad dei maiestatem bonitatemq conuersus ita ex templo in alterum uirum mutatus est: ita lucem susceptę fidei suis sanctis operibus repente manifestauit ecclesię: ut uelut cœli tonitrua fulgurq ab oriente ueniens: de suæ uitæ sanctitate & stuporem & admirationem toti orbi terrarū ingessit.

Refulsit ut sol Augustinus: quoniam cen lux illius in simplicibus diafonisq corporibus liberius ac uehementius recipitur: ut stelle: Vitrum. Aer Christallumq testantur. Sic maximi doctoris Augustini doctrina simplicium mentes: initiatos animos: & expurgata corda: mirum immodum mouet irradiat atq inflammat.

Refulsit ut sol Augustinus: quoniam sicut solis oculis egris odio sa est lux: quæ puris est amabilis: sic uita & erudimenta Augustini fidelibus & Catholicis Christianis tanquam cœleste quoddam Munus amori summeq uenerationi erant. In fidelibus autem atq labefactatis erroribus odio atq incredibili displicentiæ habebantur

Refulsit ut sol Augustinus: quoniam sicut Sol tutum peregrinis iter: gratumq præstat opus. Agriculis. Latrocinio uero deditos: cæterosq agentes perperam. Mestitia. Luctu. Pænaq detegendo conficit: Ita præclarum atq singulare in orbe lumen Augustinus. Veraces in Christi fide peregrinos eius sanctis ammonitionibus: pro illorum itineris fatigatione: cœlestis urbis gaudia pollicens solatus est. Quos autem de prauata eorum uoluntate: uirtutibus singlisq bonis operibus destitutos expoliatosq cognouit minis æterni cruciatus terruit &

affecit.

Refulsit ut Sol Augustinus:quoniam sicut tanta luce sol nitet & ualet:ut nullo obiecto fontaliter naturaliterq; patiatur eclypsim. Ita Augustinus tanta diuina gratia fulgebat:ut nullis minis principum nullis obiurgationibus tyrannorum:nullis deniq; contumeliis: atq; persecutionibus hereticorum a protectione fidei & confessione nominis Christi cessare ualuerit.

Refulsit ut Sol augustinus:quoniam sicut oīs tellus solis uirtute fœcunda efficitur singuleq; fiunt(ut Philosophis placet)rerum inferiorum generationes.Ita augustinus tanquā in fide patriarcha summus innumeros Christo genuit filios:totaq; per ipsum fides fœcūda facta est.Peride Diuus Basilius ecclesiam gaudere & letari iubet: quoniam per augustinum omni eius fame sitiq; extincta:suscepta robore sterilitate sublata eius micante splendore ipō marito omnium gentium ac nationum mater euasit.Hanc autem amplissimam tantā patris generationem:non modo sacer ordo noster in toto orbe terrarum diffusus:quem imprimis fundauit:non modo canonicorum: qui regulares appellantur:Diui Dominici.Diue Marie Montis Carmeli. Seruorum.Hieronymi.Cruciferum.Petri de Marrione. Sepulchri Iesu Christi.Grandimontanēsis.Fontis Embrandii.Vallis scolarum Florentii.Vallis caulium.Humiliatorum Sancti Guliermi. Victoris. Sē pignani.Pauli primi heremite.Sancte Trinitatis & redemptionis captiuorum.Sancte Eulalye. Cruciferoꝝ cū stella: Hyerosolimitanoꝝ Georgii Dalsanensium.Sancte Marie Theotonicum.Sancte Marie de Mercede.Militie Iesu Christi:Sancti spiritus in saxia. Sororū Penitentie sancte Marie Magdalene. Clamidatarum:oblatorumq; ordines ac religionen testantur:quæ omnes cum maximis præcellentissimorum uirorum ac sanctarum personarum agminibus eius sub regula degunt & militant.Verumetiam omnes fideles Christiani: qui delitioso pabulo augustini Christo sub principe uiuunt.Eam firmiter: iugiter:indefesseq; profitentur.

Refulsit ut sol augustinus:quoniam sicut sol cūctas resoluit & cō fumit nebulas:sic ingentissimus fidei feruor: & malleus hereticorum

Aurelius Auguſtinus ſingulas caligines: hoc eſt hereſes fugauit: am
mouit:confregit:atq; conſumpſit.Nam ipe hereſim Donatiſtam: he
reſim Florianam:hereſim Calicianorum:hereſim Patricianã:hereſim
Menthagiorum:hereſim Apollinariſtam:hereſim Anthioliomarita
rum:hereſim Arrianorum:hereſim ſabellianam:hereſim Origeniani
ſtam:hereſim Neonitianorum:hereſum Eunominianam:hereſim ebe
tianam:hereſim Fauſtorum:hereſim Aerrianam: hereſim Hebionita
rum:hereſim Fotinam:hereſim Montanam:hereſim Heraclitam:No
uitianam.Bonoſiorum.Circumcilionum.Antromoporphitarũ Ma
nicheam.Hermogenianam.Paulinam.Cathafrigiam.Alogiorũ. Ta
tianam.Priſcillianiſtam.Seuerianam. Iouinianiſtam. Luciferianam :
Aquariorum.Cerdonianorum.Martioniſtam. Sethianã. Arthiochi
tarum.Melchiſedetianam.Apoſtolicam.Caianorum.Angelicam. A
damianam.Archontiatorum.Valentinam.Nazareorum. Cherinthi
anorum.Ophitarum.Carpocatianam.Noſticorum.Nicolaitarũ. Ba
ſilianam.Menandrianam.Simoniacam.Felicianam.Achademicã. Iu
lianam.Maximinam.Eludianorum.Pellagianam.Arabicam.Paterni
anam.Sectagum.Tertullianam.Gnoytarum.Neſtorianam.Aceph a
litarum.Theodoſianorum.Trotoitarum.Pectilianorum.Gallianica
rum.Permenianorum.& aliorum innumerabilium:quos impreſenti
arum intermiſſos faciam perfidias:uerſutias:hereſeſq; deſtruxit.unde
pro illis ammouendis atq; delendis præter diſputationes:præter pro
clamationes:præter illa quæ paulopoſt memorabimus plura q̃ octu
aginta & octo in eos deſtinauit uolumina.Hic Ilarius accelatenſis in
quit.Doctor excellentiſſimus Auguſtinus catholice fidei defenſor:in
diuina meditatione ſemper aſſiduus:metu mortis intrepidus:ſinglos
deſtruxit ſacrilegos:atq; omnes ſuperauit heretitos.Hinc Caſſiodo
rus ait.Beatiſſimus atq; doctorum præcellentiſſimus Auguſtinus he
reticorum debellator:fidelium protector:omnium famoſorum extat
palma certaminum.Hinc Calcedonius fatur. Auguſtinus omnium
monarchia uirtutum in ſancte fidei defenſione pro qua totus ardebat
ſic preualuit atq; profecit:q contra ſingulas nequiſſimorum heretico
rum uerſutias:intrepida mente feruẽtiq; ſpiritu continuum certamen
peragerет.Hinc diuus Hieronimus.Paulinũ. Hinc ſanctus Valerius

Nectarium alloquutur. Quod nisi prepotens atq; pientissimus deus sanctum patrem Aurelium Augustinum: fortunati tempore Nobis cõcessisset ac donasset sanctificatio nostra desolata fuisset: dies festi nostri conuersi fuissent in luctum. Sabbata nostra in obprobrium. Honores & sublimitas nostra in merorem & planctum.

Refulsit ut Sol Augustinus: quoniam sicut p solem tanq̄ luminare maius omnem superiorem inferioremq; machinam cernimus illuminari: sic per scientiam atq; sapientiam Augustini: quicquid cœli terra: inferiq; optinent: quicquid. Angelorum deiq; cõstat arcanum: clare lucideq; reseratum atq; mõstratum est. Nam ipse inferni limbi: purgatoriaq; loca descripsit. Ipse eorum qualitates: penas formas: diuturnitatesq; distixit. Quatenus demones & anime patiantur. Quid acerbius ferant: quid cognoscãt. Quomodo in exteriores tenebras micti dicantur. Quid cuiq; demonum sit collatum officii Quot tormentorum uarietates habeant. Qua uicissitudine. Quo auctore crucientur. Quid eorum uermis qui non morietur. Quid ignis qui nõ cõsumẽs non lucens incendit: cruciat: & inextingnibilis manet absq; fine. Quomodo cum sit corporeus incorporeos affligat spiritus indagauit. qd Habrae sinus: quorum fuerit domicilium quo solamine: quaue spe: spreti uiuebant. Quotum inter inferna optinuerit locum explicauit. Quantus subinde elementaris æthereæq; regionis sit ambitus quãta q; earum diameter metitus est. Terram esse sicut mundi cẽtrum ĩ medio omnium sitam: herbis: floribus: frugibus: arboribus: fluminibus gelidis fontibus: adamãte: agate: allectario: amatisto: optallio: orichemelonite: magnete: ligario: iaspide: carbunculo: topation: berillo: calcedonio: corallo: chrisolito: christallo: chrisopation: & aliis innumeris lapidibus preciosis ornatam efficari ratione mõstrauit: auri: argẽti: oĩumq; mẽtaliũ spẽm: vi originẽq; scrutatus ẽ: seminũ nãm & oĩm aĩantiũ ꝓpetates descripsit. Nã qd uegetatiuũ: qd sensitiuũ: qd scd̄m locũ motiuũ: & ĩtellectiuũ sic diffiniuit: cõscẽdit ꝓfũda maris: & quicquid in illis dictu: aut admiratõe dignum sit cõtemplãs: nullum natalium genus reliquit ignotum. Omnem item multitudinem animalium aut ad uescendum: aut ad cultus agrorum. aut ad uehendum aut ad corpora uestienda institutam: ad eorum Spectatorem direxit.

Volatilium genera: & eorum cantus relatam conditori cœli laudem ostēdit. Fluxus atq; refluxus aquarum:aereos pulsus: agitationē uentorum: terremotuum:sterilitatis pestilentie: tonitruorum fulgorum Omniumq; tempestatum & procellarum:cometarum:hyatuum: Voraginum:& deniq; singularum impressionum causas & effectus docuit. Etherei ignis naturam perspitiens sidera petiit: Et solis & lune: & omnium planetarum atq; signorum motus: defectus: retrogradaciones:uelocitates:coniunctiones:influxus:aspectus: distantias: magnitudines::ortus & occasus:domos:exaltationes:triplicitates:terminos facies sufficientias: & quicquid ad eorum & tocius cœlestis machinæ uel naturam:uel accidentia spectet. Maximus nature indagator augustinus meditatus est:Eam obrem diuus Hieronimus aiebat. augustinus Episcopus uolans per montiū cacumina quasi aquila:ea que sunt in montium radicibus non considerans multa cœlorum spatia: terrarumq; situs:aquarum circulum:claro sermone pronuntiat:Non quieuit mundi peragrare oras:Nam florentis paradisi ligna: & quicquid in eo sublime est totiusq; orbis plagas descripsit. Quot in eis prouintie. Quot ciuitates. Quot flumina: quot. nationes & lingue: quiq; earum mores & consuetudines & leges & instituta. Que ue in illis rerū genera sint enarrauit. Memorauit omnium gētium uiros illustres:& quicquid factum uel gestum ab eis predarum fuerit conscripsit:Omnium insuper artium: atq; disciplinarum egregia documenta dedit. Nam quomodo congrue loquatur grāmaticus. Quomodo persuadeat rethoricus. Quomodo demonstret logicus. Quomodo sonis & cātibus Musicus delectet. Quomodo arismetricus numeret·pspectiuus aspiciat. Geometra mensuret. Philosophus nature pandat arcana. Nauifactiua. militaris:res publica:& singule artes & disciplinæ quomodo regulentur optime tradidit. Quid plura? Nullus status: nulla cōditio: nulla secta: nulla professio: nulla celsitudo: nulla gloria:nulla deniq; hunc fraglantem mundi florem augustinum suauitas uel magnitudo prætenit. Nam quicquid de uirginitate. Quicquid de coniugio. Quicquid de uiduis Quicqud de iudeis. Quicquid de paganis.

Quicquid de cathecuminis. Quicquid de neophitis deifantium ado lofcentum iuuenum: fenumquæ ætate. De præpofitorum atquæ fub ditorum lege. De clericorum: Monachorum: Cenobitarum. Heremi tarum. Canonicorum. Sacerdotum. Præfulum Cardinalium. Regiæ atquæ Imperatorie maieftatis. Et deniquæ maximorum pontificum uita poteftatequæ dici poteft preclare differuit. Quid opus eft uerbis Hic omnem uiam ad profequendas uirtutes ad fugienda uitia aperu it. Nã oibus prudentie: iuftitie: tẽperãtie: fortitudinis: fidei: fpei: cha ritatis: patientiæ hũilitatis penitẽtie. Et deniquæ oim agrediẽdaꝝ uir tutum: non modo uerbis aut fcriptis: Verum etiam fuis fanctiffimis actionibus iter atquæ aditum pandit. Et ut ut fublimia fcandam. Hic mundi creationem. Hominis imaginem. Anime immortalitatẽ. Intellectus uires. Voluntatis affectum prothoplauftorum ftatum eo rundem lapfum: & infqualentem femptibus terram exilium: patriar charum. primatum: Prophetarum arcana Apoftolorum predicatio nes. Martirum tormenta: Doctorum fcientias: & omnium fanctorũ gefta illuminauit. Hic originem: effentiam perfectionem: eorum lo quendi modum & fumendi corpus mutationis locum illuminaciões hyerarchias: ordines: choros unitates: legiones: fedes fpeties: numerũ diftinctionem: fimplicitatem: confirmationem poteftatẽ: offitia: mu tationes atquæ præheminentias angelorum intuitus eft. Hic fummi dei arcani fingula expofuit myfteria. Nam quicquid de eius aduentu quicquid de in carnatione & ortu: quicquid de circumcifione & ado ratione regum. Quicquid de oblatione quadragenaria & difceptati one in templo. Quicquid de baptifmate: ieiunio: transfiguratione ꝓ digiis miraculis: fignis: prædicationibus: paffione morte: refurrectio ne de ad inferos defcenfu: de adepto triumpho: de crebra apparitione de afcenfu in cœlum de iubilo & ftupore angelorũm in illo de adex teram patris feffione: de miffione fpiritus fancti paraditi. De archan

geli tuba. De mundi crematione. De inuocatione eiusdem: De tremē da sententia & postremi iudicii omniumquæ nouissimorum inrefra grabili decreto excogitari posset: hic cœlestis scriba notificauit. Quid moror? patris & filii & spiritus sancti æqualitatem: coeternitatem: co omnipotentiam: maiestatem: gloriam: infinitatem: sapientiam boni tatem: in essentia unitatem: in personis trinitatem: hec celsitudo para disi alte intonuit. Hec aliquando destitit hec seraphica lingua euange lizare. Eundem immortalē præpotentemquæ deum patrem scilicet fi lium & spiritum sanctum illud summum præcellentissimumquæ bo num esse ex quo omnia sunt bona. Hos item omnium beatarum mē tium unicum esse præmium: Vnicam beatitudinem: Vnicam postræ mamquæ omnium bonarum actionum mercedem hec cœlorum tu ba. Cuius clancor in omnes fines terre effusus est cūctis gentibus ex clamare cessauit nunquam. Alia deniquæ eius dicta & gesta quis enar raret? Quippe: ut Vgoni ac possidonio doctoribus quidem egregiis placuit. Tanta dictando priuatim: tanta in ecclesia diuersisquæ locis nunc disputando: nunc legendo Augustinus conscripsit: ut diebus ac noctibus quis eius libros scribere ne dum posset: sed mentitur qui se legisse totum fatetur: quos medius fidius tā mirifice & artificiose cō posuit: ut nemo perspicax ingenio uereatur hunc mundi stuporem & diuine sapientie fontem Augustinum inexplicandarum rerum fa cilitate Platonem: In referandis naturæ Archanis Aristotelem: In af firmandis ueritatibus Claudianum. In persuadendi offitio Ciceronē In ornatu demosthenem. In narrandis historiis Liuium in refellendis alienis Lactantium: In interpretatione Hieronimum. In numero & copia librorum Marcum Terentium Varronem calcidorum: Orige nem & alios demum singulos in singulis superasse. Ob eam rem Ci prianus ait. Sileāt doctores omnes: ubi os mellifluū aperit August.

Ob eã causam possidonius cum ceteros laudaret doctores cecinit. Si Augustinus adest sufficit ipse tibi: O sol refulgens cuncta illuminãs O mentium celsitudo & omnium ingeniorum profunditas. augusti ne. Vnde tuis exuisceribus tam in nauigabile occeanum sapientie de fluxit: unde tibi tanta arcanorum cognitio: ut nihil obscurum: nihil difficile: nihil dubium. nihil demum abditum & opertum esset: quin illud reseraueris atque patefeceris: Profecto nil aliud arbitrandum esse censeo. nisi ꝙ Iesus christus hominis deiq̃ filius uera & æterna sapientia sic in suum te elegerit domicilium: ut omnes ex te scientie ac sapientie fontes scaturirent: quibus omnem uniuersamque mundi machinam irrigares: atque irrigatam in salutem omnium gentium foecundares.

Quid amplius Reuerẽdissimi domini de hac celsitudine paradisi augustino dicam. Refulsit ut sol augustinus: quoniam sicut sol sui magnitudine saturnum uenerem martem cæterosque superiores & inferiores planetas excellit: ita augustinum omnes antique & noue legis uiros sanctos quouismodo superasse nõ ambigimus. Testis est diuus prosper: qui eum hisce uerbis cæteris sanctis præfecit: deus pater per unigenitum filium suum cuncta creauit: & creaturas singulas aliquo gradu perfectionis dotauit: sed beatum augustinum ad imaginem trinitatis creatum adeo sublimauit: alta scilicet intelligentia: memoria lata: uoluntate in flamata: ut nullus excepto filio dei Iesu christo sibi fuerit similis inuentus. Testis est Basilius: qui asseruit eum speculum & normam & extitisse in natura: atque beatum beatorum: sanctæque matris ecclesie præcipuum fundamentum propugnaculum atq̃ splẽdorem: nec non tranquillitatis meridiem: karitatis & feruoris plenitudinem columnam mundi: genus sapientie arcam Noe: antique & noue legis fructum: omnis sanctitatis exemplar fontem uite: lumen orbis: in cuius splendore tota ecclesia irradiatur. lumẽ indeficiens quod cuncta illuminauit. Cunctos illustrauit. Cunctos in tenebris releuasset iacentes asseruit. Testis est Audax doctor ægregius: qui spiritualis uite instauratorem & eterne salutis dispensatorem esse ƥdicauit

Teſtis eſt Remigius:qui cum alios ſanctos ſtellis hunc tantum ſoli comparauit:quoniam ſicut ſtelle inquit lumen a ſole recipiunt ita & cæteri uere Sapientie lumen ab auguſtini fonte eminentiſſimo hauriunt:ipſumq; hauſtum in alios effundunt. Teſtis eſt arabſ Ille auicēna omnium quidem medicorum princeps meritiſſimuſ:qui hunc ſolem tantam poſſidere ſapientiam teſtatus eſt:quanta humane mēti tribui poteſt. Veſtis eſt Paulinus Pontifex:qui cum in omnium minyſteriorum profunditate:uiteq; ſanctitate:eum obtinere primatum admiraretur:quid eo dignū laudis caneret:ſe neſcire profeſſuſ eſt:niſi q cū natura homo eſſet:gratia ſit angelus effectus. Teſtis eſt Seuerus Epiſcopus:qui illud examen fauumq; mellis non quidem mortalibus apibuſ:ſed dīna arte fabricatū dixit:exquo omniū.floꝝ dulcedo:omniū ſaporum ſuauitas: omnium odorum amenitas:omneſq; roris piguedo manaret. Teſtis eſt poſſidonius:qui non modo eum ſingulos Ecclesiæ doctores ſcientia:ingenio moribuſq; uiciſſe:ſed etiā ſuper Cherubin aſcendiſſe:uolaſſeq; ſuper pennas uentorum: dicere ſolitus eſt. Teſtis eſt Voluſianus:qui legi dei deeſſe inquit:quicquid auguſtinū contingerit ignoraſſe. Teſtis eſt anaſtaſius:qui tanti eum fecit ut dicere auſus fuerit.q ſicut ſolis preſentia omnia lumina obumbrantr:ſic auguſtiui ſanctitate:omnium ſeruorum dei & culpabilis & reprehenſibilis appareret. Teſtis eſt uir ſanctus & mediolanenſis antiſtes Ambroſius qui poſtquā de ſacro ſancte baptiſmatis fonte eum regenerauit:tanto ipſum omni genere pietatis imbutum perſpexit:ut diceret ſummi dei maieſtatem ſibi in aram: templum: ſacrificiumq; elegiſſe auguſtinum. Teſtis eſt Flumen illud eloquentiæ Hieronymus:q Eum tanta uirtute in orbe cælebrandum maniſeſtauit:ut Eundem antiquæ rurſum fidei conditorem aſtrueret. Teſtis eſt Sanctus Præſul Valerius: Qui cum Paulino obſtupebat:q in Sancte matris Eccleſiæ tēplo nōdū qſpiā natus eēt cuius aug.pr̄ ac magr̄ dici nō poſſit Teſtis eſt Gregorius Romanorum Pontifex Maximus.qui ſic eum magnifaciebat:ut furfurem egregia ſua opera in comparatōne ſimula

ginis illius cum Innocentio prefecto africe reputaret. Testis est uir p̄ clarissimus Boetius: qui eum hisce laudibus prescripsit. augustinus afer yponie Ciuitatis Episcopus uir eruditione humana & diuine toti orbi clarus:fide integer:uita purus:scripsit quanta nec inueniri possūt Quis ergo glorietur omnia se illius habere? aut quis tanto studio legat:quanta ipe scripsit? Quid pluribus opus ē testibus? Conferamus itaq; (ut alios innumeros silentio tribuam) nullum unq̄ hominum in toto orbe terrarum extitisse:cuius (ut Maffeo Vegio Laudensi etiam placuit) ingenium altius :iudicium nobilius:studium uigilantius: doctrina fœcundior:eloquentia artificiosior:moderatio maior:prumptitudo celerior:copia profusior:memoria capatior:elaboratio operosior:perseuerantia indefatigabilior:exercitatio perseuerantior fuerit: cuius uoces ubiq; locorum exauditas:angeli lætantes:demones cōtremiscentes:mortales obstupescentes:omnes audierunt. Sed ut hæc eius eminentia uobis magis atq; magis p̄luceat. Laudamus abel: quia ī obedientia & martyrio primus fuit. Enoc:quia in eum locum trāsferri meruit unde prothoplaustus fuerat expulsus. Noe:quia secūdus fuit orbis & iustitie reparator. Melchisedech:quia in typo ueri sacrificii primus panem & uinum obtulit. Habraam:quia exilium: peregrinationem multam:circuncisionemq; iussu dei equo animo tulit. Ysaac: quoniam castimonia clarus in figura xp̄i parenti obediēs usq; ad arā sponte sacrificandus accessit. iacob:quia colluctatus cum angelo p̄ualuit & deum facie ad faciē uidit. Loth:qa pie casteq; inter nephariē gētē uixit. iob :qa hūilitate patientiaq; plrima ualuit. Moysen:qa loq̄ns cū deo meruit mādatorū legem impetrare:& dux ppl̄i & ꝓpheta insignis fieri. aaron:qm̄ eius uirga floruit:& sacerdotiū quo ī lege p̄mus functus fuerat:p ordinē generis posteritati sue trāsmisit. iosue: qm̄ eius impio sol in cœlo stetit:donec cepti p̄lii uictoriā assequeret. Sāpsonē:qa fortissimus. Salomonē:qa sapiētissimus. Heliā:qa igneo curru nescius mortis in cœlū ascēdit. Heliseū:qa Naaman syrū mūdauit a lepra:& uidue filiū excitauit ab inferis. Dauid Esaiā. Hiereniā. Danielē cæterosq; ꝓphetas laudamus:qm̄ uates arcani sūmi dei extitere: Iohānē baptistā extollimus:qa cultor fuit heremi:initiū baptismatis & saluatorē idice ꝓmisit Petrꝝ & Paulū apl̄orꝝ p̄ncipes ueneraūr:qa in oēm

terram nomen Christi deferentes multa & grauia tormentorum genera & necem ipsam: alter ense: alter cruce: pertulere. Iohannes euangelista miris attollitur laudibus: quia uirgo uirginis custos fuit: & de sacro dominici pectoris fonte euangelii fluenta bibens diuini uerbi excelsa mysteria intonuit. andream Iacobum: & alios apostolos. & inclitos Christi martyres honoramus & magnificamus: quoniam iussa principum mundiq; gloriam cōtennentes proprium sanguinem pro xp̄i nominis confessione fuderunt. at enim nescio in quo augustinū maiori praeconio efferam. Cum ipse profecto in obedientia praeclarus In humilitate circūspectus. In castitate fortissimus. In sacrificiis deuotissimus. In fide constantissimus. In charitate ignis ardens. In oratione assiduus. In praedicationibus tuba resonans. In fugandis conuincendis deuorandisq; hereticis Leo rugiens. Malleus & gladius ex omni parte acutus. In iusticia splendor. In temperantia exemplar. In disciplinis flagellum. In prudentia speculū. In dandis generandisq; deo filiis pater patrum augustino. Item in contemplatione nemo eleuatior. In affectu martyrii nemo promptior. In substinendis laboribus effundendisq; pro Christi fide sudoribus nemo perseuerantior. In fide morumq; honestate nemo preclarior. In reseruandis arcanis nemo acutior. In referendis antiquitatibus nemo copiosior. In explanandis scripturis nullus uerior. In omni earū sensu nemo diffusior. In agendarum rerum electione nemo solertior. In praeceptis legibus dogmatibus atq; institutis sanciendis nemo discretior. In confessione nominis Christi nemo apertior. In flendis culpis nemo feruētior. In secundis aduersisq; rebus tollerandis quis constantior. In plantandis erigēdisq; ecclesiis quis efficatior? In prodigiis ac miraculis faciendis quis acceptior. In uidēdo deum quis clarior atq; limpidior. In omni eius opere quis perfectior? Quid pluribus moror? Nempe augustinus in omnibus preclarus: in omnibus excelsus: in omnibus singularis: In oībus oī sanctitate splendidus: in oībus deniq; ac p oīa admirabilis. Nam ut alia omittā qs non admiret᷑ q̄ p seip̄m an̄ decimum & octauū annū oēs artes quas liberales uocant p seip̄m nullo tradēte mḡro didicerit? qs nō admiret᷑ q̄ singul' in opibus singul' dicēdi mōis usus fuerit? qs nō admiret᷑: q̄ oībus oīa publice eius pccā legēda reliq̄rit

Quis non admiretur q ex persecutore fidei omnis a Christo ei fuerit fides commissa. In qua quidem commissione sic eam defensauit: sic p rexit: sic roborauit: sic sublimauit: & auxit: ut iure ac merito cantetur: Non est inuentum Augustino similem: qui conseruaret legem excel si: ad Ciuitatem dei amplificare ualeret. O sanctum Robur ecclesiæ. o firmamentum fidei. O calcar uirtutum: flagitiorum flagellum. Here sum malleum. Errorum gladium. Terrorem superborū. O armonia cœlorum. O tuba angelorum. O fulmen tonātis dei. O tam toti mū do necessarium Augustinum. Sane igitur quasi sol refulgens: Sic iste refulsit in templo dei. Quomodo autem refulserit: quibusue modis fulgor. Lux. Splendor. Efficientia: cæterecp solis proprietates ei recte conueniant: satis quo ad potuimus breuiter dilucidecp mōstrauimus quibus sicut Sol inter lucida corpora: sic ipe inter sanctos & potentis simos Christi milites primatum tenet dubitare nemo queat. Quam ob rem diligendus: colendus: obseruandus: inuocandusq nobis est: ut eius ineffabilibus meritis atq interuentione: nos hic prepotens tu eat deus: deniq perhennis nos suæ gloriæ æternos faciat possessores.

Amē.

Finis. Commentariorum super Canone Diui Aurelii Augustini Omnium doctorum parentis: a Reuerendo patre Ambrosio Theo logo Chorolano Ciui Romano uniuersi ordinis Eremitarum Sanc ti Augustini Priore generali editoris & impressoris Rome a Magr̄o Georgio Herolt de Bamberga Diuo Sixto quarto Pon. Maximo se dente. Anno. ix. sui pontificatus: die octaua decembris. Mccccl xxxi.

Regiſtrum foliorum huius libri

Primũ uacat	Enim dñs	Ad cuius	Inuiſibilia	Tota lucet
vita p̄cellẽtiſ.	ſuperabat	autem ps	de prudẽtia	ſed formoſa
philoſophiã	qñ autem	p̄fectio	opus fuerit	me paſcit
qui cum	tamen	tuendum	cidiorum	nomen
augeretq;				
	Alii pedũt	Mẽbri	Exiſtimãt	Confeſſio
Poterat	hic accer	oĩ loco	turpitudo	tentationem
exhortaret̃	q̃ deuouerũt	bilius iud.	quæ ĩæternũ	bellandum
p̄clariſſimo	erga nos	penitentiæ	qñ autem	contra me
de noſtris				
	Eſſe melle	Quo ſub	Subditoꝝ	Cõmentarii
Proximus	faſtidium	tot affecto	iuga boum	tredecimum
adiunxit	qs auditor	culmine	obſeruãda	aliorum
contineri	nõ inuenies	poſtmodũ	ingredi	monumenta
ſucceſſoribus				
	Textus.xxvi.	Quoniã	Aĩalium	Si opus
Textus q̃rtus	ab illo	eorũ qui	meditare	rerum uel
alii facile	carius	infirmos	corripiat	dei ut
ecce q̃ bonũ	regni cœleſ.	uitia	nõ pñt	cõmentarii
ſecundam				
	Eruditiſſimũ	Vincere	Stare	Habere
Parentũ	tiſſimis	textus.xliiii.	q̃ efficax	autẽ uobis
tentationũ	igitur	enim puo	conſtat	proprium
prepoſitum	qa ĩpudicus	ad ſe	ſpectat	
auguſtini				Ambroſii
	Qui cum	Quiſquis	Addat q̃rto	Afer quippe
Vt intelligere.	& aboĩatõi	accidat	ceret	auguſtino
dicentis	præconio	cœleſti	ſummi dei	auguſtius
quia omne	meus ſermo	tit lectões	innumeris	
auſer				Deo eſſe
				hunc enim
				aurelius
				uolatilium